



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

N. ii. 1902p

Margrett

6-

ASHMOLEAN LIBRARY
OXFORD

—
Ex Libris

EDUARD FRAENKEL
Corpus Christi Professor of Latin, 1935-53

—
1970



Ed. Frankel

T. MACCI PLAVTI
COMEDIAE.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

**DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS METRICIS
EMENDATIONIS PLAVTINAE.**

TOMVS I.

**PROLEGOMENA TRINVMVM MILITEM GLORIOSVM BACCHIDES
COMPLECTENS.**

ELBERFELDAE

R. L. FRIDERICH S

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLIX.

LONDINI
WILLIAMS & NORGATE
DULAU & SOC.

NEW-YORK
B. WESTERMANN & SOC.
GARRIGUE & CHRISTERN

VAENVDANT.

T. MACCI PLAVTI

TRINVMMS.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

**DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS METRICIS
EMENDATIONIS PLAVTINAE.**

ELBERFELDAE

R. L. FRIDERICHS

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLIX.

LONDINI
WILLIAMS & NORGATE
DULAU & SOC.

NEW-YORK
B. WESTERMANN & SOC.
GARRIGUE & CHRISTERN

VAENVMDANT.



GODOFREDO · HERMANNO

AD · EMENDANDVM · PLAVTVM

POST · MAGNVM · BENTLEIVM

D V C I · V N I C O

FRIDERICVS · RITSCHELIVS

D: D: L: M:
Deo Dedit Litteris Merito

VENERABVNDVS

PROLEGOMENON

CAPVT I.

E Plautinis codicibus Trinumum tenentibus circiter triginta, quos per Italicas potissimum bibliothecas dispersos vel inspexi vel excussi, hos delegi quibus ad hanc fabulam emendandam uterer, reliquorum exempla per aliarum fabularum opportunitatem exprompturus: **A** Ambrosianum palimpsestum, **B** 'Veterem' codicem Camerarii, **C** eiusdem 'Decurtatum', **D** Vaticanum Vrsinianum, **E** meum quendam in Etruria emptum, **F** Lipsiensem, **G H K** Vaticanos. Quibus accedit **Z** editio princeps. De his libris omnium primum video mihi singillatim dicendum esse.

A Membranae palimpsestae bibliothecae Ambrosianae, huc saeculi xvii. initio delatae, ut **ANGELI MAI** praef. in Iliad. fragm. p. iv. testimonio constat, ex illustri illo coenobio **S. Columbani Bobiensi**, cuius accurate perscriptam historiam **Amedeus Peyron** Ciceronis orationum fragmentis a semet editis praemisit: in Ambrosiana bibliotheca ab eodem **MAIO** repertae et aliqua ex parte descriptae libro singulari Mediolani anno huius saeculi xv. emissio 'M. Accii Plauti fragmenta inedita' e. q. s.: denuo a me pertractatae et aliquanto plenius descriptae in epistula Me-

VIII

diolanensi ad Godofredum Hermannum data, quae in Diurnis antiquariis Darmstadiensibus anni CIOIÖCCCXXXVII. p. 737 sqq. legitur. Pristinam codicis scripturam, quam nimia liberalitate ad Antoninorum aetatem Maius referebat, rectius Niebuhrius Opusc. hist. et phil. I, p. 174 saeculi esse quinti dixit, potuerat fortasse quarti: simillimam eam antiquissimo Vergilii codici Vaticano, paullo antiquiorem ut puto ceteris qui exstant latinis libris antiquissimis, etiam Bembini codice Terentii. Posterior scriptura, qua valde rudi et incondita Veteris testamenti quidam libri exarati sunt, saeculi VIII. est. Singulae membranae quas quarum fabularum partes teneant, in singularum fabularum praefationibus dicam, in fine autem operis uno in conspectu collocabo: ad Trinumnum haec spectant quae infra posui.

Integer codex Plautinus cum octonarum membranarum, vel potius quaternorum membranarum parium, fasciculis compositus fuerit, quos hodie quaterniones vocare consuevimus: tales fasciculos integra fabula complebat quattuor et dimidium, his eos numeris in ultimarum paginarum imo margine signatos: LV, LVI, (LVII,) LVIII, (LVIII.) Hi fasciculi quas olim continebant Trinummi membranas sex et triginta, earum hodie tantum duodeviginti superstites sunt, sive novem membranarum complicatarum paria: nam casu factum est ut duorum parium compage soluta nunc quattuor membranae singulares exstent: quae sunt fasciculi LVI. tertia et sexta itemque tertia et sexta insequentis fasciculi. Integer autem unus tantum fasciculus superest, qui est ex illis alter: reliquorum quid et quantum servatum sit, planissime ex hac quam subieci tabula

apparet, in qua litteris deperditas, servatas autem membranas eis numeris notavi, quibus paginarum ordinem posterioris scripturae Angeli Mai manus significavit.

Paginarum ordo	Fabulae partes	Codicis fasciulli	
35. 36 =	1—19 et 20—22	} LV	
19. 20 =	23—38 et 39—57		
37. 38 =	58—76 et 77—95		
A. a.			
B. b.			
43. 44 =	172—190 et 191—209		
29. 30 =	210—226 et 227—244		
45. 46 =	244—264 et 264—282		
253. 54 =	283—298 et 298—315		} LVI
39. 40 =	316—332 et 333—351		
7. 8 =	352—366 et 367—384		
255. 56 =	385—399 et 400—416		
265. 66 =	417—434 et 435—353		
9. 10 =	454—472 et 473—491		
41. 42 =	492—510 et 511—529		
267. 68 =	530—548 et 549—567		
C. c		} LVII	
D. d			
1. 2 =	637—654 et 655—671		
E. e			
F. f			
15. 16 =	736—754 et 755—773		
G. g.			
H. h			

17. 18 = 835—848 et 849—863	}	LVIII
J. i		
K. k		
L. l		
M. m		
N. n		
O. o		
31. 32 = 1045—1060 et 1061—1078	}	LVIII
P. p		
Q. q		
R. r		
S. s		
T. t		
U. u		
X. x		
Z. z		

Harum paginarum pleraeque ea condicione sunt, ut impigro mentis oculorumque labore si non omnia, at plurima legi potuerint: minus commode lectio processit in paginis 43 et 265: plura quam velles evanuerunt in paginis 19. 30. 45. 46. 255: omnium pessime habitae sunt paginae 266 et 18. In commemorandis Ambrosiani libri scripturis quanta fieri cura potuit illud studui, ut quae certa essent, quae incerta, diligenter annotarem. Itaque saepe vel *ut videtur* adieci vel, quod eodem valere volui, hac nota usus sum (A). Praeterea earum litterarum, quae quales essent erui non posset, spatia ubi licebat numeravi horumque numerum spatiorum totidem punctis mediis signavi, velut v. 14 AL·ERET, UIDE.....E. A quo genere

punctorum aliud genus ipsa forma discrevi, quo ipse librarius ut compendium scripturae faceret usus est, ut v. 92 **ATQ** et **ANIMOSQ** **ONOSCERE**, item **NEQ** v. 205. 358. 377. **QUITQ** 355. Nam praeter hoc ipsum quae parcissimus ille, ut est consentaneum, compendiorum fuit, nec fere huiusmodi in Trinunimo quicquam exstat praeter \bar{n} pro **NON** v. 308 et fortasse **CAMPANŪ** v. 545. Vt autem, quae evanuerunt litterae, etiam qua fere mensura essent aliqua certe ex parte significarem: (nam constanter hoc fieri plurimas ob causas non potuit:) hac nota \perp eas litteras signavi, quae cum una lineola perpendiculari constant, exilium apicum adiectione inter se discretae, possint vel *I* esse vel *E* vel *T* vel *F*: a quarum similitudine summa proxime *P* littera, aliquo intervallo *B* et *D* absunt, longe autem amplitudine sua velut *A*, *H* (cuius constans haec forma est *K*), *U*, *R*, *Q* distant, longius etiam *M* et *N*. De quo iam monui Parergon Plautinorum tom. I, p. 284. annot., explicatius autem dicam, ubi Ambrosiani codicis scripturam exemplo lithographi arte facto declarabo, quale iam Angelus Maius edidit ad emendandum Plautum utilissimum. Hinc enim est, ut nunc exemplo tantum utar, quod in Palatinis libris, qui e similibus scripturae codice manarunt, velut *intro* reperitur pro *i intro* v. 3, *Imodo* pro *i modo* v. 583. 587, *In* pro *in* v. 651: hinc illud quoque multe gravius quod, cum plerumque ne in Ambrosiano quidem *I* et *E* discerni possint, perexiguam illorum librorum esse fidem consequitur ad testandas accusativorum formas *omnis omnes*, et quae harum similes sunt plurimae. — Omnem autem annotationem meam unumquemque pato etiam me non me-

17. 18 = 835—848 et 849—863	}	LVIII
J. i		
K. k		
L. l		
M. m		
N. n		
O. o		
31. 32 = 1045—1060 et 1061—1078		
P. p	}	LVIII
Q. q		
R. r		
S. s		
T. t		
U. u		
X. x		
Z. z		

Harum paginarum pleraeque ea condicione sunt, ut impigro mentis oculorumque labore si non omnia, at plurima legi potuerint: minus commode lectio processit in paginis 43 et 265: plura quam velles evanuerunt in paginis 19. 30. 45. 46. 255: omnium pessime habitae sunt paginae 266 et 18. In commemorandis Ambrosiani libri scripturis quanta fieri cura potuit illud studui, ut quae certa essent, quae incerta, diligenter annotarem. Itaque saepe vel *ut videtur* adieci vel, quod eodem valere volui, hac nota usus sum (A). Praeterea earum litterarum, quae quales essent erui non posset, spatia ubi licebat numeravi horumque numerum spatiorum totidem punctis mediis signavi, velut v. 14 AL·ERET, UIDE.....E. A quo genere

punctorum aliud genus ipsa forma discrevi, quo ipse librarius ut compendium scripturae faceret usus est, ut v. 92 **ATQ** et **ANIMOSQ** · **ONOSCERE**, item **NEQ** v. 205. 352. 377. **QUITQ** · 855. Nam praeter hoc ipsum quae parcissimus ille, ut est consentaneum, compendiorum fuit, nec fere huiusmodi in Trinummo quicquam existat praeter Ñ pro NON v. 308 et fortasse **CAMPANŪ** v. 545. Vt autem, quae evanuerunt litterae, etiam qua fere mensura essent aliqua certe ex parte significarem: (nam constanter hoc fieri plurimas ob causas non potuit:) haec nota I eas litteras signavi, quae cum una lineola perpendiculari constant, exilium apicum adiectione inter se discretae, possint vel *I* esse vel *E* vel *T* vel *F*: a quarum similitudine summa proxime *P* littera, aliquo intervallo *B* et *D* absunt, longe autem amplitudine sua velut *A*, *H* (cuius constans haec forma est *K*), *U*, *R*, *Q* distant, longius etiam *M* et *N*. De quo iam monui Parergon Plautinorum tom. I, p. 284. annot., explicatius autem dicam, ubi Ambrosiani codicis scripturam exemplo lithographi arte facto declarabo, quale iam Angelus Maius edidit ad emendandum Plautum utilissimum. Hinc enim est, ut nunc exemplo tantum utar, quod in Palatinis libris, qui e similis scripturae codice manarunt, velut *intro* reperitur pro *i intro* v. 3, *Imodo* pro *i modo* v. 583. 587, *is* pro *is* v. 651: hinc illud quoque multe gravius quod, cum plerumque ne in Ambrosiano quidem *I* et *E* discerni possint, perexiguam illorum librorum esse fidem consequitur ad testandas accusativorum formas *omnis omnes*, et quae harum similes sunt plurimae. — Omnem autem annotationem meam unumquemque puto etiam me non me-

XII

nente ita interpretaturum, ut de Ambrosiani scriptura nihil sibi calidius persuadeat nisi quod in illo exstare ipsis verbis tester, omnium autem minime in eis paginis, quae fortio-rem lituram passae sunt, de Ambrosiani cum recepta scriptura consensu quicquam e silentio nostro coniectum eat. Itaque ubicunque *libros* dixi simpliciter, intelligi reliquos volo praeter *A.* — His ubi illud addidero, personarum vel notas vel nomina in ipsis sermonibus Ambrosianum nulla habere, sed pro eis, ubi in medios versus incidunt, binarum litterarum spatia vacua, videor in praesens potissima breviter complexus esse.

Ceterum omni asseveratione et possum et debeo affirmare, summa quae in me est et cura et fide in id me incubuisse, ut de Ambrosiano et vere et plene testarer. Quae affirmatione non viderer opus habere, nisi ab amicis narraretur (ipse enim legere non soleo, quae bilem inutiliter motura sint) valde importune in me nuper invectum esse, quem etsi et negligentissimum hominem deprehendissem et parum a natura ad iudicandum factum nossem, tamen *pau-
ciorum gratia* in eo adiuvisset, ut iterum adita Ambrosiana bibliotheca Plautinas membranas denuo inspiceret. Qui sibi sibi visus est vel aliquanto plura legere vel aliquid quam ego rectius: potest id quidem verum esse: nam quae ego pervicacia vel superbia negem potuisse fieri? sed profecto verum non habebitur propterea quia ille dicit. Quam enim fidem veritatis habere eius testimonium poterit, quem cum legere nescientem nos, quid esset legere, docuissemus Musei nostri philologici t. v, p. 128 sqq., recens doctum comperimus e sero tirocinio ad subitariam immaturi magi-

sterii professionem emergere? Tali igitur testi si crederemus, quod fortasse oculis nostris olim vel locupleti testimonio doctioris eiusdemque diligentioris hominis credendum erit, verendum erat profecto ne cum illo levitatis culpam ipsi communicaremus: sin obloqueremur, unde redarguendi documenta, dum ad *sada caerulea Rhemi* moramur, peteremus? Tacere igitur quam latranti respondere in praesens praestabat: interim, dum recolare hospitium Mediolanense per feliciorum temporum opportunitatem licuerit, suo quisque arbitrato, utri plus confidat, ipse viderit.

CAPVT II.

Prius autem quam ad reliquos codices breviter perconsendos pergam, in ipsa illa tabula, qua membranarum ad Triummum spectantium ordinem explicavi, mihi etiam commorandum esse sentio. Qua duce si cum deperditarum membranarum intervallis eas fabulae partes, quae inter servatas mediae sunt, contuleris, facile intelliges quibusdam in locis aliquanto plura Ambrosianum codicem continuisse quam quae ibi hodie leguntur: intelliges autem hoc argumento, quod universae eius libri condicionis eadem est aequabilitas et accurata concinnitas, quae propria esse tam antiquorum codicum solet. Omnino enim etsi Plautinas fabulas satis constat temporum iniquitate non modo singulis saepe versibus corruptas haberi, sed easdem etiam integris partibus truncatas: tamen hoc ipsum genus depravationis longe quam vulgo creditur latius patet. Amphitruonem, Aululariam, Casinam, Cistellariam, Bacchides, quibus ad-

denda Stichus, nemo nescit ita mutilas esse, ut integri vel actus vel scenae interciderint, sine quibus ne intelligi quidem nunc argumenti continuitas et complexio possit. Contra integra praeter ceteras haec ipsa habita est Trinummus, e qua ne unus quidem a grammaticis versiculus profertur quin in ea hodie reperiatur. Quam fabulam etsi talem qualis vulgatur plerique non incommode lectitavimus, tamen illa quam significavi via ac ratione demonstrari potest reapse satis lacunosam esse. Vt autem in subducendis calculis error caveatur, tenenda tria sunt, de quibus iam olim commonui Parerg. I, p. 441: primum, summa constantia undevicenorum versuum singulas paginas esse Plautini codicis (nam sacrae scripturae modo XVIII. sunt modo XX. versus): alterum, binorum versuum spatio personarum nominibus destinatorum singulas inter se scenas discerni: tertium, cum codicis versibus poetae versus exaequari in iambicis scenis *), contra septenarios non paucos

*) Huius enim normae veritatem et vim argumentandi, qui sapit, non infringi eo perspicit, quod bis terve in tot mlibus versuum etiam ad senarios talis divisio pertinuit. Non magis nos fugit scenarum inscriptionem aliquando unius tantum versus ambitu contineri, ut ipsius Trinummi initio: verum nec omnino ab eis quae praeter morem fiunt, sed ab eis quae de more, iusta ratiocinatio proficiscitur, nec in hac quae agitur causa aliam illud ipsum, si cupidius tantilla re uteremur, vim haberet, nisi ut non debilitaret, sed confirmaret argumentationem nostram: nam quo minus spatii inscriptionibus conceditur, tanto plus versuum requiritur ad complendam membranarum mensuram. Commemoravi autem haec, quia talia esse quae mihi obiecta sint hisque etiam ineptiora audio: quallia si uberius explicem, verendum sit ne edocere velle pueros videar. An quis a me serio postulabit, ut un-

propter nimiam pro membranarum angustiis longitudinem in binos a librario versus dispesci: nam in octonariis hoc consentaneum est tam saepe fieri, ut in hoc genus non magis quam in cantica ulla ratiocinatio accommodari queat e versuum computatione ducta. Sed trochaici septenarii si quaesieris quoties fere per binos versus continuentur, per totam fabulam intelliges hanc rationem pertinere, (cui non repugnat aliarum fabularum condicio,) ut in singulis illud paginis plerumque bis usu eveniat, nonnunquam semel tantum, aliquoties ter: ut vix falli videamur si generatim numerando nonum quemque vel decimum tetrametrum bipertitum dixerimus.

Has igitur rationes ubi comparandis inter se eodictis membranarum fabulaeque partibus adhibueris, si forte in primis duobus fasciculis quaedam non satis convenire videbuntur, has quidem offensiunculas revera nullas esse ex eis quae infra annotavimus certissime cognoscitur*). Sed primum

devicenorū versuum (h. e. *linearum* quas hodie appellamus) constantiam demonstrare non violari eo, quod aut consulto librarius quorundam versuum spatia vacua reliquit, aut inconsulto omissa poetae verba postmodum sive in marginibus addidit sive in ipsam xviii. versuum continuitatem minusculis litteris inseruit? quanquam id factum est exemplis rarissimis. Taedet mehercule nugarum quibus bonae chartae inquinantur.

*) Ut a principio ordiar, inscriptionem cum didascalia Trinummi in singulari pagina non habuit, sed nomen tantum fabulae in ultima pagina fasciculi LIII: cuius quidem paginae initio undecim versus extremos Menaechmorum scriptos esse in Parergis commemoravimus p. 297. — Paginae 35 primus versus scriptura vacat: prologi vv. 8. 9 in unum contracti sunt librarii errore. — In p. 36 praeter prologi tres versus extremos nihil scriptum, nisi forte

XVI

in tertii fasciculi eas membranas, quas *E. e* et *F. f* litteris signavimus, non quadrat illius partis ambitus, quae inter fabulae versus 671 et 736 nunc est media. Requiritur enim quattuor paginarum versus sex et septuaginta: habentur hodie septem senarii, duorum versuum spatia inter actus tertii scenam II. et III, et trochaici septenarii quinquaginta septem: nam non fuisse in Ambrosiano illos scriptos, qui apud solum Hermannum inter 704 et 705 leguntur, satis existimari ex eis poterit quae Parerg. I, p. 529 sqq. disputavimus. Servatorum igitur versuum

nomen MEGARONIDES, quanquam hoc per dubium: paginam 19 post vacuum spatium unius versus scena prima occupat et secundae scenae inscriptio, quam rursus vacuus versus unus sequitur. — Paginae 37 iusta ratio abiecto panno constat, qui integrum versum pepererat post 72. — In paginas *A. a. B. b* apprime conveniunt qui inter v. 95 et 173 leguntur sex et septuaginta senarii. — Cum aliam atque vulgatur versuum descriptionem, tum multas octonariorum divisiones paginae 29. 30. 45. 46. 253. 254 habent, quibus cantica continentur initio actus II. posita. Quorum tres versiculos extremos qui excipiunt in pag. 254 xv. tetrametri, eorum unus tantum per duos versus continuatur. Item bipertitos pagina 39 habet duo, p. 40 nullum, p. 7 tres, p. 8 duo, p. 255 inter septem item duo. — P. 256', item p. 15 et p. 16 undevicemarium numerum complent inediti, quos supra indicavi. — Paginae *C. c. D. d* cum contineantur xxxiii. senarii, quattuor vacui, septenarii autem xxxv: necesse est horum septenariorum tres tantum divisos fuisse. — Pag. 1 divisus est unus, duo in p. 2. — Pagina *G* pertinebat ad v. 793 (siquidem ab Ambrosiano a fuisse insitium illum credibile, qui vulgo habetur inter 788 et 789), pagina *g* ad 811. In paginae *H. h* cantici, a quo actus IV. orditur, primi octonarii xvi. descripti fuerunt xxviii. versibus, quemadmodum qui in p. 17 consequuntur sex octonarii extremi, xi. versuum spatia implent. — Vides nihil usquam vel deesse vel supresse.

numerus cum sit sexaginta sex, e LVII. autem trochaicis secundum eam, quam in hoc genere obtinere normam vidimus, credibile sit quinque vel sex fuisse binis versibus dispestos, decesse versus circiter quattuor consequitur. Quodsi demonstrari sane nequit fieri non potuisse ut aut praeter normam decies in LVII. septenariis divideretur, aut aliquot versus per errorem bis scriberentur: tamen fatendum est non modo eodem iure quattuor in Ambrosiano libro versus extitisse credi, qui in recentioribus libris exciderint, verum tanto etiam maiore iure, quanto propius ad probabilitatem accedere, qui ex usitatis et legitimis, quam qui e raris et singularibus argumentatur, merito existimatur: praesertim cum aliis locis eiusdem fabulae ex Ambrosianis membranis reapse integri versus prodierint in reliquis codicibus omnibus elapsi, 409. 746. 769. Ad summam autem veri similitudinem probabilitas adducitur, si in illa ipsa parte fabulae aliquid desiderari ad sententiam apparuerit. Eiusmodi quidam ibi indagasse sibi visus est Eduardus Meierus noster, post v. 724 unum et alterum versum, quo transitus ad 725 muniretur, interoidisse significans, non explicans prooemio Ind. schol. univ. Hal. aest. a. CIOCCCCXXXV. p. VIII. De quo nobis cum illo non coavenit, qui in illis quidem versibus nihil desideremus. Verum alius est locus isque vicinus illi, qui cum alios torserit tum eidem Meiero p. v. mutationem extorsit, quam vereor ut nunc ipse tueatur. Hiant profecto non mediocriter Calliolis et Megaronidis hi sermones v. 731 sqq.:

CA. Namque hercle honeste fieri ferme non potest,

Vt eam perpetiar ire in matrimonium

Sine dote, quem eius rem ponas me habeam domi.

XVIII

ME. Parata dos domist, nisi exspectare uis,
Vt eam sine dote frater nuptum conloceet,
Post adeas tute Philtonem et dotem dare
Te ei dicas e. q. s.

Sentiens grave incommodum Bothius *Paranda dos domist* edidit: quod saltem *paranda dos est* dicendum erat sine *domi*, atque adeo rectius *sine mora paranda dos est*, ut haberet quo referretur quod consequitur *nisi exspectare uis*. Consentaneum est autem morandi exspectandique consilium ipsi Callicli in mentem venisse, eoque Megaronidem respicere v. 744 sqq.:

Nunc si opperiri uis aduentum Charmidis,
Perlongumst: huic ducendi interea apscesserit
Lubido: atque ea condicio huic uel primariast.

Nulla littera mutata opus est, si velut tales sese versus excepisse statueris:

Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.
Set illud sum animi incertus, nuncine ilico
Parari has a me nuptias aequom siet,
An exspectandum, dum eius huc reueniat pater.

ME. *Mora quid opus est quaeso? quandoquidnm tibi*

Parata dos domist: nisi exspectare uis — :

plana cum constructione sententia. Etenim hoc sentit Megaronides: 'de differendo (h. e. de differendis nuptiis) noli cogitare' (causam gravissimam in fine orationis subiicit): 'nisi quod licet sane dotis dationem paulisper differre, si tibi incommodum est nunc statim de thesauro sumere; sed hoc leuius: sive enim nunc statim dabis sive paulo post nuptias, illud metuo ne non effugias civium maledicta'.

Vides haec ita comparata esse, ut de lacuna cogitandum esset etiam sine ullo Ambrosiani codicis indicio.

Cum certior demonstratio, tum incertior instauratio est in fasciculo LVIII: cuius sex membranae mediae ea complectebantur, quae inter v. 863 et 1045 interiecta sunt. Leguntur nunc in ea parte primum cxxxviii. septenarii, deinde x. sonarii, postremo rursus septenarii xxxvii quibus quoniam propter scenae mutationem bis factam accedunt quattuor versuum spatia: (largimur enim novam scenam a v. 998 cum reliquis bonis libris Ambrosianum exorsum esse, quanquam id fieri praeter rationem censemus:) habes versus clxxxv. Atqui ad duodecim paginas explendas cum ccxxviii. versibus opus sit, videndum est de xxxiiii. qui deflunt. In clxxi. trochaicis consentaneum est circiter xviii. fuisse longiores quam pro unius versus modulo: fuisse xxxiiii, credi nullo pacto potest. Ergo superstites hodie partes cum summam efficiant cciii. versuum, consequens est ut circiter xxv. (vel xxii. certe) interciderint. Et ut liberalius agam, fac aliquanto saepius in hoc fasciculo singulos tetrametros librarium dispescuisse: fac id quinquies praeter normam factum esse, fac decies, fac quindecies, quanquam hoc prorsus esse nimium existimo, praesertim cum tanta sit in Ambrosiano libro aequabilitas scripturae: at aliquot tamen versuum numerus relinquitur, quos deesse ad explenda membranarum spatia concedendum sit. Nec difficile, ubi aliquid desit, ipsa sententia duce investigare: quo facto intelligetur non unam esse continuorum versuum lacunam, sed compluribus per scenam ii. actus iv. locis vel singulos vel pauculos versus

XX

eius librarii oscitantia praetermissos esse, e cuius exemplo reliqui libri nostri ducti sunt.

Ac primum non possunt recte procedere credi Charmidis et Sycophantae hi sermones, quales a v. 871 vulgo leguntur:

CH. Quid, adolescens, quaeris? quid uis? quid istas pul-
tas? SY. heus, senex,

Census quom sum, iuratori recte rationem dedi.

Lesbonicum hic adolescentem quaero, in his regionibus
Vbi habitat, et item alterum ad istanc capitis albidudinem,
Calliclem quem aibat vocari, qui mi has dedit epistulas.

Nec enim sycophanta potest a summa adversandi contumacia ad promptissimam respondendi facilitatem sine ullo vinculo transire. Ergo excidit aliquid post *rationem dedi*. Quanquam non hic excidisse credo, sed eo in loco, in quo hunc ipsum versum a poeta collocatum esse arbitror. Nam cum paucis post versibus (878) sycophantam Charmides sic alloquatur:

Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde's? aut unde
aduenis?

facile perspicitur his quidem verbis multo aptius illud esse responsum sycophantae *Census quom sum* e. q. s.: talia enim revera sciscitabatur censor, cuius hic administratos *iuratores* dici Th. Mommsenius monuit de trib. Rom. p. 21: contra quaerentem et fores pultantem quod senex, quid quaereret et pultaret, interrogabat, non potuit ullo modo insolens sycophantae videri. Verba nostra ut compendificiamus, nihil vel in continuatis vv. 871. 872 desiderabis, vel in tali exemplo redintegratorum versuum 877 sqq.:

SY. **Fac** me, si scis, certiores, hisce homines ubi
habitent, pater.

CH. Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde's? aut
unde aduenis?

SY. Census quom sum, iuratori recte rationem dedi.

CH. *Tamne saeuiter, adulescens? tu si tibi me postulas
Dare operam, aequumst respondere mihi te, quod
ego te rogo.*

SY. Multa simul rogas: nescio quid expediam potissimum.
Atque hos versiculos quanquam tantum exempli causa lusimus, tamen una in illis vox est, quam ab ipso poeta profectam esse certe documento ratiocinemur: quo quidem documento rursum omnis de lacuna coniectura nostra non mediocriter confirmatur. Etenim quod abhinc biennium a nobis editum est Glossarium Plautinum (Prooem. Ind. schol. aest. Bonn. a. MDCCCXXXVI.), in eo cum e Trinummo excerptae sex voces hoc ordine exstent: *neuis, neuull, muliussextus, usquemodo, saeuiter, pax*: diligentissime autem per omnes fabulas grammaticus ille versuum ordinem obseruarit: consequitur ut inter *usque modo*, quod exstat v. 827, et *pax*, quod habes v. 891, olim lectus sit aliquis versus in quo esset *saeuiter*. Eius versus et sedem et sententiam iam videmur non profecto improbabiler aperuisse. Ceterum licebat etiam: *Nimum saeuiter, adulescens.*

Non necessitate demonstrandi, at ratiocinandi probabilitate utimur, cum etiam post v. 901 quaedam deesse suspicamur. Convicturus sycophantam fallaciae alia ex eo Charmides quaerit, ad quae ille prorsus praeter veritatem respondet: unum, ad quod verissime, cum Seleucia fuisse

XXII

Lesbonici patrem dicit: cf. v. 112. 771. Illa quemadmodum cavillatur Charmides, ita hoc eum demirari consentaneum est, non autem alto silentio praeterire. Itaque nescio an non incommode in hanc sententiam loquentem senem animo nostro informemus:

CH. Vbi ipse erat? SY. bene rem gerebat. CH. ergo ubi? SY. in Seleucia.

CH. *Mira sunt, qui hic scire potis est, me fuisse in Seleucia Unde redeo huc. ut ut est, pergam porro percontarier. Ab ipson' istas accepisti?*

Porro iustam lacunae suspicionem versus 923 praebet atque iam Meiero p. VIII. praebuit. Nam ibi quod Charmides dixi ego ait *iamdudum tibi: bene te potius dicere aequomst homini amico quam male*, id nec erat dictum antea, nec potuit dici, cum male dicendi nulladum sycophantae causa fuerit. Nullo negotio mancam orationem velut hoc supplemento instauraveris:

Dixi ego iamdudum tibi:

Non placet, qua te erga amicum uideo amicitia utier.

Bene te potius dicere aequomst homini amico quam male. Nam amicitiam carpserat sane v. 909: *Non placet, qui amicos intra dentis conclusos habet.*

Denique tribus interiectis versibus cum Charmides *set ubi ipse est* quaerit, non aliud quaerit, quam quod iam v. 901 quaesierat, cum interrogabat ubi fuisset Lesbonici pater epistulas sycophantae tradens. Redit nunc eo senex per ioci illius opportunitatem: *quid ille ergo ignauissimus latitabat mihi.* Reliquisse se illum in Cecropia insula sycophanta respondet: unde consequitur ut in hac insula ac-

ceperit, quas v. 901 Seleuciaae acceptas epistulas narraverat: absurdum est enim prius traditas cogitari quam a Charmide discederet. Huncine igitur lapsum doli mali indicem ut ne animadverteret quidem Charmides? Non ita profecto, sed in talem potius speciem eius supplenda oratio:

CH. Set ubi ipsest? SY. pol illum reliqui ad Rhadamam in Cecropia insula.

CH. *Hercle memorem nugatorem: modo qui fui in Seleucia, Vt ille memorabat, nimirum nunc sum in Cecropia insula.*

Quis homost me insipientior, qui ipse, egomet ubi sim, quaeritem?

Set nil disconducit huic rei.

Quattuor quas commonstravimus lacunas etsi septem tantum versibus explevimus, tamen hoc non aliam vim habet, nisi ut horum paucitatem sufficere ad resarcienda sententiarum detrimenta intelligatur: Plautinum enim ingenium quis tam angustis finibus circumscribere audeat, ut non potuisse poetam aliquanto longius exspatiari facile largiatur? Quanquam multo sane plures fuisse veri simile non putamus. De pluribus autem lacunis nec affirmari quicquam nec negari potest: tam enim inter se nexos aptosque et Charmidis cum sycophanta per reliquam scenam II, et Stasimi cum Charmide in prima parte scenae III. sermones habemus, nihil ut ad integritatem desideretur, ac ne commodus quidem alicui incremento locus inveniatur, nisi forte post v. 944. Ibi enim licuit sane sycophantae iactantiam suam paullo longius persequi: verum longe deflectere de via ne hic quidem potuit, quia ad sycophantae in caelum ascensionem referuntur quae statim Charmidis verba se-

XXIV

quantur v. 947. Praeterea etsi unus sane est locus, in quo parum recte procedere, quales nunc leguntur, versus appareat, tamen ibi non de lacuna potius quam de transpositione cogitandum est. Hanc dicimus Stasimi orationem v. 1017 sqq. .

Quid, homo nihili, non pudet te? tribusne te poteris
Memoriae esse oblitum? an vero, quia tu cum frugi
hominibus

Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Chiruchus fuit, Cerconicus, Crimnus, Cricolabus,
Collabus,

Collicrepidae, cruricrepidae, ferriteri, mastigiae.

Inter eosne homines condalium te redipisci postulas,

Quorum hercle unus surpuerit currenti cursori solum?
Vbi quid sibi vult *an vero* illud? 'an vero memoriae es oblitus'? an 'an vero pudet te' vel 'non pudet te'? Nihili esse vides, quicquid comminiscare: non dubium igitur, quin desit aliquid cum verbo finito. Id si quaeris quale sit oporteat, nihil in promptu est nisi 'an vero, quia cum honestis nimirum hominibus bibisti, tuum te condalium recuperaturum putas'? Ita autem quid prodit aliud, quam quod in eandem prorsus sententiam paullo post sequitur: *inter eosne homines condalium te redipisci postulas?* qualis interrogatio paucissimorum versusum intervallo iterata quisvis sentit quam inficete langueat. Qua cum ad constructionem opus sit priore loco, nihil opus sit posteriore, unius versiculi transpositione sic omnia expediisse videmur:

an vero, quia tu cum frugi hominibus

Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus,

Inter eosne homines condalium te redipisci postulas?

Chiruchus fuit, Cerconicus, Crimnus, Cricolabus,

Collabus,

Collicrepidae, oruricrepidae, ferriteri, mastigiae:

Quorum herele unus surpuerit currenti cursori solum.

Reliquum est ut de fasciculo LVIII. dicatur.

Cuius etsi nihil superstes est, tamen nequaquam hoc impedit quominus alicui ille usui sit. Ac primum sciendum est ordiri fasciculum LX. a Truculenti versu I, 2, 15. Necesse est igitur eum qui praecedit fasciculum a Trinummi v. 1079 ad Truculenti I, 2, 14 pertinuisse. Complectitur id fabulae initium primum prologi versus XXI, sed mutili prologi, quem per duas paginas pertinuisse solum fidem facit Trinummi exemplum, ubi eius paginae, in qua desinit prologus, reliquam partem vacuam relictam esse supra adnotavimus. Sequuntur primae scenae senarii LXXVII, alterius item breviculi versus XIII: accedunt III. e scaearum interstitiis: summam habes LXXXV. versuum, hoc est quinque paginas undevicenorum versuum, ut nec defiat quicquam nec superfluat. Iam, ne agere cupidius in rem nostram videamur, unam praeterea paginam inscriptioni fabulae et didascaliae dabimus, quae etsi in Trinummo nulla fuit, tamen in aliis fabulis reperta est: in qua pagina potuit etiam argumentum recentiore manu additum esse, ut in Pseudulo factum. Hinc efficitur per quattuor codicis membranas integras eam Truculenti partem pertinuisse, quae est ante versum I, 2, 15: totidem igitur membranas, hoc est dimidium fasciculum LVIII, finem Trinummi inde a v. 1079 complevisse. Iam fac eam fabulam in pagina s media de-

XXVI

siisse : nam si in summa pagina desineret, in eadem conti-
nuari inscriptionem Truculenti consentaneum erat, ut factum
in fine Menaechmorum. Opus est igitur minimum CXXXII.
versibus. At tot versus pars extrema Trinummi, qualis
nunc legitur, nullo modo praestat. Reliqui sunt in scena III.
actus IV. septenarii XIII: scena IV. senariis constat XXII:
actus V. prima scena, cuius initio quinque fuisse dimetros
descriptos largimur, X. versibus: ultima LXV. septenariis.
Quibus ubi addideris media inter scenas spatia non VI. tan-
tum, sed adeo VIII: quando potuit in Ambrosiano nova
scena, ubi debuit, ordiri a v. 1176: summa efficitur CXVIII.
versuum. In eis cum trochaici septenarii habeantur LXXXIII,
quorum circiter novem credibile est per binos versus con-
tinuatos fuisse, vix licet ultra CXXVIII. computando pro-
gredi, ut minimum XVI. versuum numero a plena mensura
absimus. Tot igitur sive per negligentiam sive per aliquam
calamitatem praetermissos esse in Palatinis certo ratioci-
namur: quanquam fieri potest, ut XXVI. exciderint, si non
mediam partem ultimae paginae, sed eam paginam integram
exitus Trinummi explebat in Ambrosiano codice. Nunc
autem vide mihi, quam apte in has rationes illud conve-
niat, quod de membranarum mensura minime cogitantes et
post v. 1097 et post 1166 lacunam esse e solis sententia-
rum argumentique rationibus olim Parerg. I, p. 561 et 578
conclusimus, easque lacunas quod nostris quibusdam com-
plementis, ut exemplo res declararetur, supplevimus, quae
ipso sermocinandi ageudique nexu flagitante (ita certe vi-
sum nobis) versuum numero XXII. comprehendimus. Quodsi,
quam commode sic instauratae Trinummi partes una cum

initio Truculenti in singulas membranas deperditi nunc fasciculi LVIII. quadrent, tanquam uno oculorum contatu perspicere voles, hoc utere quod infra posuimus exemplo.

P. p =	Trin. 1079—1093 et 1094—suppl. 15
Q. q =	suppl. 16—1111 et 1112—1127
R. r =	1128—1144 et 1145—1162
S. s =	1163—1175 et 1176—1189
T. t =	Truc. inscriptio et prolog. 1—18
U. u =	prolog. 19 — fin. et I, 1, 1—10
X. x =	I, 1, 18—36 et I, 1, 37—55
Z. z =	I, 1, 56—74 et I, 1, 75—I, 2, 14.

CAPVT III.

Nunc demum licet ad reliquos codices enumerandos pergere, qui hi sunt.

B 'Vetus codex' Camerarii, post hunc tractatus a Conrado Rittershusio et Iano Grutero, quorum opera Taubmanno praesto fuit, item a Caspare Scioppio, postremo a Philippo Pareo : Camerario permissus a Vito Werlero Franco professore Lipsiensi, qui eum anno CIOIXXII. dono acceperat a Martino Polichio Mellerstadiensi primo universitatis Vitebergensis rectore: postea de Camerarii heredibus Grutero intercedente emptus et in Palatinam bibliothecam illatus saeculi XVII. initio, eiusdem autem saeculi anno XXII. cum ceteris libris Palatinis Romam ablati, ubi inde ab illo tempore inter bibliothecae Vaticanae codices Palatinos servatur numero 1615, inscriptus. Quarum rerum omnium plenissima documenta in ea commentatione congesta sunt,

XXVIII

quam olim *de crisi Plautina* scripsi Musei philologici Rhonani a Welckero Naekioque editi tomo IV. insertam, p. 511 sqq. et 535 sqq. Antiquiores numerorum notationes codex habet $\frac{C. 12}{1313}$ et rursus inductas 1230 (an 1235?) et 1188 (an 1185? an 1187?). Scriptus est saeculo XI. in CCXIII. membranis formae maximae, quanquam non pergrandis mensurae, quarum duae ultimae vacant scriptura: sed scriptus nec una manu et saepe valde rudi, omninoque satis dispari ratione. Nam cum haud raro, nulla tamen in hoc genere constantia, bifariam divisas paginas habeat, rursus autem in his incredibili inconstantia duplicem continuandorum versuum ordinem: quod quale sit explicatum est Parerg. I, p. 488 sq.: tum alias in aliis partibus manus apparet eodem tempore ita occupatas fuisse, ut a singulis librariis, monachis opinor coenobii alicuius Germanici eisque valde indoctis, singula pensa conficerentur. Quo factum est ut et quarundum paginarum partes atque adeo quaedam paginae integrae prorsus vacuae relictas sint, et quibusdam in locis iustae mensurae quaternionibus, ut qui quas deberent Plauti partes non caperent, novae membranae postmodum inserendae fuerint: quarum rerum exempla Poenulus potissimum et Persa ostendunt. Indidem illud explicandum quod, cum pleraeque paginae binorum et quinquagenorum versuum sint, tamen in aliis is numerus ad LIV. auctus est, in aliis per varios gradus ita imminutus, ut exstant in quibus propter insolitam litterarum granditatem xxxiv. tantum scripti sint. Ceterum hunc codicem sciendum est Plautinas fabulas xx. omnes eo qui vulgater ordine complecti una cum VIDVLARIAE inscriptione Tru-

culento subiecta, praemissam autem Amphitruoni a fol. 1. b ad 9. a QVEROLVM. Harum fabularum XXI. indicem prima pagina tenet his verbis praemissis: 'In hoc uolumine continentur comediae plauti numero XXII.', unius autem versus spatio relicto inter *Epidicus* et *Bachides* nomina. Quod quo spectet inde intelligitur, quod rursum in ea pagina, in qua incipit Amphitruo, quae est fol. 9. b, haec leguntur: 'In hoc uolumine continentur comediae plauti numero' (erasum est VIII.) cum indice octo fabularum priorum nunc prorsus eraso. Apparet igitur ab initio seorsum scriptis octo prioribus postea demum accessisse in fine adiectas posteriores duodecim, in principio Querolvm. — De correcturis secunda manu factis, quarum in certis fabulis et multitudo magna et memorabilis ratio est, dicam ad *Militem gloriosum*: ad *Triummmum* enim hoc fere nihil pertinet. — Verborum distinctio persaepe aut nulla est aut prava: quod quidem genus discrepantiae facile intelligitur paucissimis exemplis et tantum speciminis causa commemorari potuisse. Contra diligenter annotauimus, si quae in versuum distinctione codex singularia haberet: quos ille plerumque, si a canticis recesseris, recte descriptos servavit, et ut, sicubi bini in unum contracti sunt, saepe pristini ordinis index grandiuscula littera in medio versu relicta sit: de quo dixi *Parerg.* I, p. 439. Personarum notis is codex, e quo hic ductus, in ipsa sermonum continuitate graecis litteris utebatur, plane ut in *Bembino libro Terentii* factum. Eius consuetudinis modo plura modo pauciora vestigia *B* servavit in *Poenulo*, *Pseudulo*, *Truculento*, etiam in *Bacchidibus*, id quod tetigi *Musei nostri*

philol. t. iv, p. 355 sq.: sed constanter idem mos per ipsam Trinumnum pertinet. In qua quemadmodum *A* littera cum Megaronidis tum Philtonis, *BEZOKX* litteris Calliclis, Lysitelis, Lesbionici, Charmidis, Stasimi, Sycophantae personae notantur, ita quae postrema persona prodit *Plaudite* recitans, item postrema littera, quae est Ω vel ω , cum in Terentio constanter, tum hoc uno loco in Plautinis libris significata est. Hinc perspicitur subtilius quam verius Bentleium in Andr. v, 6, 17 illam ω notam coniecisse e *CA*. litteris ortam esse, quibus *CANTOR* nomen significaretur. Verum eandem quod ad cantoris personam Horatio duce retulit, id cum puto tam recte vidisse, ut non dubitarim *CANTOR* nomen adscribere. Cui sententiae confirmandae non incommode adhibebitur notabilis memoria optimorum librorum in exitu Persae fabulae, qui hic est in *BCDE*: *plaudite pantio*. Nam in hoc non video quid latere possit nisi *CANTIO*. Quodsi *cantio*, qua prolusum esse fabulae actioni scimus, eandem etiam sequebatur, nihil mirum est a prodeunte post actorum discessum cantore etiam *plaudite* illud vel *ualete et plaudite* pronuntiatum esse. Sua sponte apparet disparem esse earum fabularum rationem, quae compluribus versibus terminantur ab ipso argumento alienis. In quo genere quattuor tantum inscriptiones *B* servavit: *GREX* in *Asinaria*, *CATERVA* in *Captivis* et *Cistellaria*, *POETA* in *Epidico*.

© 'Codex alter' Camerarii, 'Decurtatus' Parei, praeter hos tractatus a Grutero, Rittershusio, Scioppio et nuper a Bothio: olim bibliothecae S. Corbiniani Frisingensis (id quod haec in principio inscriptio testatur: 'lib. iste

ē fec̄ marie. & sc̄corbi fr̄ig.) , unde per quas vicissitudines ad Camerarium pervenerit nescitur: una cum Vetere et de huius heredibus emptus et in Palatinam illatus ibique numero 1613. notatus et direpta Palatina in Vaticanam translatus, sed hinc sine Vetere Parisios abreptus anno superioris saeculi LXXXVII, huius autem a. xv. bibliothecae Heidelbergensi restitutus. Scriptus est saeculo XII. in CCXXXVIII. membranis formae quadratae, cetera disparis condicionis, quarum prima nihil nisi fabularum XII. posteriorum, quae solae insunt, indicem in pagina prima scriptum tenet. Videnda de eo quae diximus de crisi Plaut. p. 514 sqq. 525 sqq. Ibidem p. 163 sq. certis argumentis docuimus, prius quam *decurtaretur* omnes fabulas XX. complexum esse. Manu nec eleganti scriptus est nec eadem: verborum distinctione multo etiam quam in Vetere perversiore: versuum distinctione, nisi paucis in scenis iambicis, plane nulla: numero versuum in singulis paginis plerumque XXVI: personarum nominibus cum scenarum initiis tum mediis in sermonibus per primas XVIII. fabulas modicis, per Trinumnum Truculentumque paucis, sed ut vacua plerumque spatia relecta sint. Cf. ad Trin. v. 45. 276 annotata. Denique ordinem fabularum semel moneo cum in hoc tum in eis quos infra posui codicibus eundem quem in *B* esse. — Mihi autem cum Vratislaviae degenti Decurtati copiam Christiani Baehrii comitas fecisset, hac oportunitate usus Ernestus Schneiderus clarissimus collega accurato exemplo 'Plauti Truculentum e codice Heidelbergensi expressam' edidit a. MDCCCXXXIV. E quo illud quoque cognoscere licet, in hac fabula, et in hac quidem sola, sive ipsum

philol. t. iv, p. 355 sq.: sed constanter idem mos per ipsam Trinumnum pertinet. In qua quemadmodum *A* littera cum Megaronidis tum Philtonis, *BEZOKX* litteris Calliclis, Lysitelis, Lesbianici, Charmidis, Stasimi, Sycophantae personae notantur, ita quae postrema persona prodit *Plaudite* recitans, item postrema littera, quae est Ω vel ω , cum in Terentio constanter, tum hoc uno loco in Plautinis libris significata est. Hinc perspicitur subtilius quam verius Bentleium in Andr. v, 6, 17 illam ω notam coniecisse e *CA*. litteris ortam esse, quibus *CANTOR* nomen significaretur. Verum eandem quod ad cantoris personam Horatio duce retulit, id cum puto tam recte vidisse, ut non dubitarim *CANTOR* nomen adscribere. Cui sententiae confirmandae non incommode adhibebitur notabilis memoria optimorum librorum in exitu Persae fabulae, qui hic est in *BCDE*: *plaudite pantio*. Nam in hoc non video quid latere possit nisi *CANTIO*. Quodsi *cantio*, qua prolusum esse fabulae actioni scimus, eandem etiam sequebatur, nihil mirum est a prodeunte post actorum discessum cantore etiam *plaudite* illud vel *ualete et plaudite* pronuntiatum esse. Sua sponte apparet disparem esse earum fabularum rationem, quae compluribus versibus terminantur ab ipso argumento alienis. In quo genere quattuor tantum inscriptiones *B* servavit: *GREX* in Asiuaris, *CATERVA* in Captivis et Cistellaria, *POETA* in Epidico.

© 'Codex alter' Camerarii, 'Decurtatus' Parei, praeter hos tractatus a Grutero, Rittershusio, Scioppio et nuper a Bothio: olim bibliothecae S. Corbiniani Frisingensis (id quod haec in principio inscriptio testatur: 'lib. iste

ē fcē marie. & sc̄i corbi frifig.'). unde per quas vicissitudines ad Camerarium pervenerit nescitur: una cum Vetere et de huius heredibus emptus et in Palatinam illatus ibique numero 1613. notatus et direpta Palatina in Vaticanam translatus, sed hinc sine Vetere Parisios abreptus anno superioris saeculi LXXXVII, huius autem a. xv. bibliothecae Heidelbergensi restitutus. Scriptus est saeculo XII. in CCXXXVIII. membranis formae quadratae, cetera disparis condicionis, quarum prima nihil nisi fabularum XII. posteriorum, quae solae insunt, indicem in pagina prima scriptum tenet. Videnda de eo quae diximus de crisi Plaut. p. 514 sqq. 535 spq. Ibidem p. 163 sq. certis argumentis docuimus, prius quam *decurtaretur* omnes fabulas XX. complexum esse. Manu nec eleganti scriptus est nec eadem: verborum distinctione multo etiam quam in Vetere perversiore: versuum distinctione, nisi paucis in scenis iambicis, plane nulla: numero versuum in singulis paginis plerumque XXVI: personarum nominibus cum scenarum initiis tum mediis in sermonibus per primas XVIII. fabulas modicis, per Trinumnum Truculentumque paucis, sed ut vacua plerumque spatia relicta sint. Cf. ad Trin. v. 45. 276 annotata. Denique ordinem fabularum semel moneo cum in hoc tum in eis quos infra posui codicibus eundem quem in *B* esse. — Mihi autem cum Vratislaviae degenti Decurtati copiam Christiani Baehrii comitas fecisset, hac oportunitate usus Ernestus Schneiderus clarissimus collega accurato exemplo 'Plauti Truculentum e codice Heidelbergensi expressam' edidit a. C1910CCCXXXIV. E quo illud quoque cognoscere licet, in hac fabula, et in hac quidem sola, sive ipsum

librarium sive aliquem lectorem aliquando coepisse veros versuum Plautinorum exitus et principia interposita lineola / notare: in quo tamen consilio non diu perstitit. Quod qui fecit, non ab eo, unde *C* descriptus, codice profectus est, sed aliquo antiquiore usus: id quod non posse non ita esse infra apparebit.

D Vaticanus 3870, eleganter picto insigni gentis Mediceae ornatus, quod non dubito quin ad Leonis x. pontificatum spectet. Hunc simulatque in Vaticana repperi, intellexi illum codicem esse, quem de crisi Plaut. p. 156 sqq. e Poggianis epistulis docuisssem a NICOLAO TREVERENSI in Germania investigatum a. CIOCCCCXXVIII. Romam pervenisse, Iordani Vrsini cardinalis manibus traditum. Continet is in CCCVIII. membranis praeter posteriores fabulas XII. his praemissas Amphitruonem, Asinariam, Aululariam et dimidiam partem Captivorum usque ad II, 3, 4: vacuas paginas habet unam et dimidiam f. 59 in fine Aululariae, sex f. 70. 71. 72 post Captivos, partem paginae f. 20 b post Amphitruonis IV, 2. Eius tanta est cum *C* similitudo, ut non solum aetate, scripturae genere, forma membranarum prorsus gemelli sint, sed etiam versuum distinctione vel potius non distincta continuitate, atque adeo multitudine versuum in singulis paginarum scriptorum. Eiusdem autem Vrsiniani beneficio patuit, quae utriusque codici cum Vetere cognationis ratio intercederet. Qui cum per primas comoedias multo quam per posteriores constantius LII. versuum in singulis paginis numerum servet, totidem apparuit Vrsinianum in binis paginis (quippe senos et vicenos in singulis) perscriptos exhibere: ita quidem ut tres fabulas

Amphitruonem, Asinariam, Aululariam LVIII. paginae Veteris, totidem autem membranae Vrsiniani capiant. Quae quidem congruentia luculentissime probatur ex uno fonte et *B* et *CD* manasse. Discriminis autem inter *C* et *D* fere hoc tantum intercedit, quod hic et una manu eaque sat aequabiliter scriptus est, et aliquanto quam *C* saepius eadem manu inter scribendum correctus, et in verborum distinctione minus vitiosus: quo quartum hoc accedit, quod compendiorum scribendi paullo frequentior usus in *D* est quam vel in *B* vel in *C*, in quibus praeter *q* pro *que*, *q* pro *ae*, *ũ* pro *um* et quae eiusdem sunt generis, pauca illiusmodi exempla exstant.

E meus est, undecim abhinc annos emptus a Molino Florentino librario et antiquario: chartaceus saeculi xv, formae maximae sed modicae mensurae, foliorum CCLXXVI, quorum unum inter Asinariam et Aululariam, duo et dimidium inter Epidicum et Bacchides scriptura vacant, a singularum paginarum versibus XXXI. ad XXXVIII. procedens nulla constantia. In praemissis chartaceo codici aliquot membranis cum excerpta e Plauto quaedam tum index fabularum tum haec leguntur: 'Sebastianj Beniuienj & amico24. Quis eum tenet sub pena excommunicationis papalis reddat.' Posteriores fabulas XII. secunda manus tanta sedulitate correxit, ut hac in parte prorsus pro duobus codicibus habendus sit. Primam igitur et secundam manum in annotatione mea additis **a** et **b** litteris, ut soleo etiam in reliquis codicibus, discriminavi usque ad mediam scenam IV. actus II: hinc de secunda manu propter eas quae infra patefient causas plerumque prorsus tacui. Versuum di-

XXXIV

extinctio eadem est quae in *CD* et reliquis praeter *B* libris omnibus.

F Lipsiensis bibliothecae senatoriae, formae maxime sed modicae mensurae, in cccxiiii. membranis, quarum paginae xxviii. versuum sunt, nitidissime saeculo xv. scriptas fabulas xx. complectens: saeculo xvi. in Hispania possessus ab Hieronymo Surita Caesaraugustano, postea ad Batavos aliquo casu delatus, anno autem cicidcccxxxviii, ut testatus est Io. Frid. Christius, 'hastae Lipsiensis academiae inter Sellianos libros subiectus et Curiali bibliothecae redemptus.' Aliquando post Hieronymum Suritam fuisse Friderici Adolphi Hansem ab Ehrencron traditur a Fabricio *Bibl. lat.* p. 27 Ern. Eo Hermannus usus in *Elementis doctrinae metricae: collatione a Christio facta, quae Dresdae servatur, Lindemannus. Breviter de eo dixi de crisi Plant.* p. 172 sq.

G Vaticanus 1629 fabularum viginti, antiquioribus numeris 790 et 1889 notatus, saeculo xv. scriptus in cccxiii. membranis formae maximae, versuum in singulis paginis xxxi, in Trinummo Truculentoque aliquot folia perperam traiecta habens. In fine legitur 'Liber Poggii secretarii Apostol.' quibus verbis alia manus haec adiecit: 'Nūc uero A me, Iohañe ati. . banēsi ep̄o emptus est michique traditus per d. baptistā et Io. Iacobū liberos ip̄ius pogij acceptis ab me ducatis largis uiginti quique die xxviii. Ianuarij aj. cccclix.' Post Epidicum 'Nigidii' apud Gellium de comicis latinis versus scripti sunt, deinceps autem ea quae *Parerg.* I, p. 65 excerpti (ubi pro xiii. corrige xlii.) Ceterum de 'Nigidio' cf. ibidem et p. 241 dicta.

H Vaticanus 1632, in CLXXXII. membranis formae quadratae, versuum in singulis paginis XXXII, saeculo XV. scriptas fabulas XII. posteriores tenens, sine ulla vel in scenarum initiis vel in ipsis sermonibus personarum significatione.

K Vaticanus 1633 eiusdem saeculi, membranarum CCCLXXXIII. formae maximae, versuum in singulis paginis XXIV. Comoedias complectitur omnes, sed ut *Aulularia* sequatur *Epidicum*, e posterioribus autem XII. casu potius ut videtur quam consilio eis quinque fabulis, quae sunt primae, praemissae sint reliquae septem a *Pseudulo* ad *Truculentum*. — Horum Vaticanorum quos saeculo XVI. Romae peregrinans *Iustus Lipsius* inspexerit, dicam in praefatione *Militis gloriosi*, ad quam fabulam illius in *Antiquis lectionibus* testimonia maxima ex parte pertinent. *Trinummi* autem etsi plenam, quam in promptu habeo, cum tribus Vaticanis collationem ab initio statueram in annotatione integram proponere, tamen afferendae scripturae taedium non potui ultra primum actum fabulae concoquere: tam nihil vel in *Planti* manum instaurandam vel in depravationis causas gradusque perspiciendos illinc redundare intellexi. Vt cumlata discrepantis scripturae farragine verendum fuerit ne turbaretur multo magis mens legentium quam ulla utilitate adiuuaretur. Eademque ratio ceterorum quos quidem norim librorum mss. est ad unum omnium.

De **Z** principe omnium fabularum viginti editione **GEORGI MERULAE** Alexandrini, quae a. CIOCCCLXXII. Venetiis prodiit ab *Ioanne Coloniensi* et *Vindelino Spirensi* impressa, non habeo nunc quod olim narratis l. s. s. p. 180 sqq. addam.


Praeterea **B** litteram sciendum est nec scripti nec impressi libri indicem esse, sed meae scripturae. Quam si etiam talibus aliquoties apposui, quae cum pridem mea coniectura invenissem, postea ab aliis quoque excogitata vidi, non id alio consilio feci, nisi quod aliquam fidem veritatis habere complurium consensus solet.

CAPVT IV.

Dixi de externa librorum Plautinorum condicione: progrediendum est ad eorum indolem mutuasque rationes et successiones explicandas. Quo ita defungar, ut quae olim cum 'de crisi Plautina' disputavi *) tum in praefatione ad Bacchides Halis a. CICIDCCCXXXV. editas exposui tum aliis quibusdam locis attuli, brevi enarratione comprehendam, sed ea post tot bibliothecas peruestigatas multis partibus vel correcta vel locupletata: praetermissis tamen quae aut leviora videantur aut in dubia coniectura posita, cuius firmandae documenta quamvis quaerens nulla reppererim: e quo genere velut illud est de Romano codice LONGOLU quod Parerg. I, p. 404 annot. tetigi. Vt autem, quibus e fontibus per quos tanquam rivulos memoria omnis scripturae Plautinae per saeculorum vicissitudines ad nostram aetatem

*) Eodem quo illam ego commentationem elimavi anno CICIDCCCXXXV. 'Symbolas ad historiam philologiae' suas Io. Caspar Orellius edidit Basileae, quibus codicis a Nicolao Treverensi reperti intermortuam memoriam item e Poggii epistulis redintegravit. Sed quae ibi p. 9 de reliquis libris et scriptis et impressis narravit ne Palatinorum quidem codicum rationem habens, quaeque de fundamentis normaue universa instaurandi Plauti praecepit, eorum nec fides est nec utilitas.

propagata sit, uno eorum contutu cognoscatur, stemmatis artificio utar ad perspicendas cogitationis rationes utilissimo, in quo perditos libros graecis litteris, ~~in~~ ~~quibus~~ ~~superstites~~ notavi. Id autem post diutinam meditationem intellexi non posse simplicius quam sic construi.



XXXVIII

Propositam tabulam ut iam enarratam commentando, de α quidem nihil nisi hoc dici potest, integras cum fabulas *Vergilianas* XXI. praeter eas partes complexum esse, quas etiam ab Ambrosiano abfuisse certum est: in quo numero prologus Pseuduli prope totus et aliquot scenae Stichi habendae sunt: Bacchidum autem locum post Aululariam fuisse, de quo in Parergis dictum I, p. 391 sqq. Tali codice quarto p. Ch. n. saeculo Servium et Donatum usos esse: ex eis colligi potest quae uberius disseruimus Musei nostri philol. t. IV, p. 568 sqq. Praeterea veri simile est caruisse illum personarum notis in continuitate sermonum, pro eisque vacua spatia habuisse minio supplenda: quod cum deinceps non fieret, evenit ut postmodum (in γ puto) multa sermocinantium nomina e coniectura addenda essent. Secuta est ea aetas, qua et Amphitruonis scenae quaedam et una cum Aululariae exitu contiguum principium Bacchidum interticerunt. His igitur partibus carebat is codex quem β littera signavimus, integras etiam tum Casinam, Cistellariam totamque Vidulariam tenens, quippe quas fabulas integras sexto saeculo Priscianus tractaret. In eodem vel eiusdem generis codice puto Mostellariae scenas primum traiectas esse: harum enim turbarum Parerg. I, p. 439 monstravi eam rationem esse, ut de vicenorum (vel fortasse XXI.) versuum paginis cogitandum sit: tot igitur versuum mensuram (quam vides parvo discrimine ab Ambrosiani norma distare) codici β eo confidentius tribuo, quo certius iam supra apparuit alium versuum numerum h. e. senorum et vicenorum in eo fuisse, unde nostri antiquissimi originem duxerunt. Hunc γ dixi: qui qua condicione tum fuerit,

cum tanquam traduces alios peperit, satis docere hodierna species fabularum Plautinarum potest, praesertim cum Ambrosiani exemplo comparata. Nam cum Amphitruonis *) Aululariaeque et Bacchidum lacunas atque Mostellariae turbas tanquam hereditate acceperisset, nova clades haec accessit, ut et in fine truncatus Vidularia careret et in priore parte plurimis membranis deperditis valde mutilam haberet Cistellariam et omnino non paucis in locis, Casinae potissimum et Cistellariae, sive situ et madore affectus sive aliquo casu lacer legi non posset et lacinias potius quaedam versuum quam verborum continuitatem servaret. Praeterea autem alio invento fabularum ordine h. e. eo qui nunc obtinet, Bacchides ab Aululariae societate divulsam postponit Epidico: quo factum ut nunc duae lacunae esse videantur, quae una fuit utriusque fabulae communis. Pristinus enim ordo, non dicam qualis fuerit, sed qualis fere, conici ex Ambrosiano potest, qui hoc longe diverso collocatas habuit: tres primas, Bacchides, cum Curculione Captivos, Casinam Cistellariam Epidicum Mercatorem Mostellariam Militem gloriosum Menaechos Triummmum Truculentum Vidulariam Poenulum Persam Pseudulum Rudentem Stichum: quem quidem ordinem falli non video

*) De una Amphitruone scio dubitari posse utrum iam prius an nunc demum mutilata sit: quando de Prisciano non satis certa res, prolata ex deperditis scenis duo testimonia utrum antiquioribus grammaticis accepta referat an suae lectioni debeat. — Item certo demonstrare illud nequeo, Casinae Cistellariaeque lacunas Vidulariaeque iacturam primum in γ extitisse, nec in δ demum factas esse. De talibus quoniam in utramque partem disceptari potest, posui quod suadere ipsa rei probabilitas videretur.

cum ita interpreter, ut non consulto, sed aliquo casu singulari tres fabulas extremas Trinummum Truculentum Vidulariam dicam superiores in locum irrepsisse. Et Bacchides quidem inter Aululariam Captivosque is quoque legit, qui non novicio saeculo excerptis e Plauto adverbis breve glossarium illud condidit *), cuius cap. II. mentionem fecimus: quod quo libello edidimus, in eo locum illum omnem, qui est de collocatarum fabularum ordine in aliis libris alio, dedita opera pertractavimus. Novum autem ordinem quod iam olim ad CALLIPIUM auctorem retuli coniectando, id nunc teneo hac ratiocinatione fretus, quod et fuit Calliopii recensio quaedam Plautinarum fabularum et ex ea ipsa recensione; nisi omnia fallunt, nostri libri mss. fluxerunt. Cuius quidem rei etsi memoriam e codicibus circiter nonaginta a me inspectis unus tantum pertenuem servavit, isque solas octo fabulas priores complectens, tamen fides nec esse addubitanda videtur nec, si id sequimur quod sit probabile, octo tantum fabularum finibus circumscribenda. Est autem qui illud testatur Otto bonianus 2005 (olim V. 4.

*) Eius tanto maior est auctoritas, quod non tantum Vidulariam usurpavit, sed etiam Amphitruonem Bacchides et Cistellariam integras habuit. Qui cum etiam in aliis fabulis ea legerit, quae in *BCD* desiderantur: (quo ipsum illud *saeviter* retulimus e Trinumno commemoratum:) apparet eum simili Ambrosiani codice, vel qualem α descripsimus, usum esse. Ceterum ordinem comœdiarum prorsus singularem est secutus, quo illae sic sese exceperunt: Asinaria Aulularia Bacchides Captivi Casina Cistellaria Curculio Epidicus Menaechmi Mostellaria Truculentus Trinummus Poenulus Vidularia Rudens Miles Mercator Pseudulus Persa Stichus Amphitruo.

21. et B. III, 15) membranaceus anno MCCCCLXVIII. Ferrariae scriptus, singulis comœdiis elegantissime picta emblemata, Casinae autem septem versibus extremis hanc inscriptionem praemissam habens: CALLEOPEVS, iterum hanc sex extremis Cistellariae: **Recitator Calliopus**: similiter atque in plurimis libris Terentianis et factum et erratum esse constat. Hanc igitur Calliopii recensioem, si recte conieci, satis per ceteras partes a nobis descriptus γ prae se ferebat.

Mutatam fabularum ordinem secuta est earundem in duas partes diremptio, quarum altera ab Amphitruone ad Epidicum, a Bacchidibus ad Truculentum altera pertineret. Ex illarum codice δ repetendi *B* et *D*, quorum binas partes ex eis quae supra attulimus intelligitur seorsum scriptas esse: repetendus *J*, qui est membranaceus Musci Britannici $\frac{15. C}{XI}$, rectius autem ut opinor undecimo quam decimo saeculo tribuitur: repetendus denique is (ζ), qui fons exstitit reliquorum octo fabulas priores complectentium, saeculo autem vel XIV. vel XV. scriptorum fere omnium: quorum etsi pergrandis numerus est, tamen nullus vel ex *B* vel ex *D* vel ex *J* manavit. Verum hoc, ubi ad octo priores edendas venero, et demonstrabo et singillatim persequar: nunc hoc unum occupo, summam esse quattuor illorum similitudinem multoque maiorem quam quae in po-

*) His ne quis quartum addat, quem in Marciana bibliotheca Florentina hodie exstare Henricus Keilius noster testetur Philologi t. I, p. 189, sciendum est tyothesae vitio illum XI. saeculi esse legi, qui sit XVI. Sed duo sane alii tabulae supra positae olim addendi erunt, quos nunc consulto praetermisi.

sterioribus fabulis inter *B* et *T* et η intercessit. Et *T* quidem volui TURNERI illas membranas esse, quarum virtutem monstravi de crisi Pl. p. 155. 531 sqq.: quas qui in Francogallorum terris fortasse superstites indagavit, dici nequit quam sit de Plauto bene meriturus. Quae membranae quemadmodum quosdam versus (versuumve partes) servarunt in *B* desideratos, ita circiter viginti *B* servavit, quos in η excidisse codicum *CD* consensus docet (velut Trin. 322. 904): sed ut tamen altera ex parte etiam in *CD* reperiantur quanquam numero pauci, qui a *B* absint, velut Mostellariae v, 1, 10. cf. Trin. 1174. Atque hoc uno indicio satis iam cautum esse existimo, ne quis *CD* libros ex ipso *B* repetere animum inducat. Neque temere quicquam propterea, quod vel in *B* solo vel in solis *CD* legitur, calidius putandum est fidei aut plus aut minus habere: immo ex coniuncta demum horum trium omnium memoria illud eruendum, quod videatur in communi fonte ϵ extitisse. A cuius tamen exemplo facile sane generatim iudicanti patet longe propius *B* quam *CD* abesse, qui ab illo minore aetatis quam praestantiae intervallo distent. Verum ipsi *CD* qua externa, eadem scripturae quoque similitudine ita continentur, ut alterum qui in promptu habeat, fere sine ullo incommodo carere altero possit. Nam horum quidem etiam propior est affinitas, quam quae inter *B* *D1* *J* ζ intercedit: nisi quod tamen neutrum ex altero descriptum esse certum est. Hinc igitur est quod, cum breviter loquimur, fidem omnem Plautinae scripturae recte dicimus in Ambrosiani Palatinorumque memoria consistere. Ceterum η eum fuisse codicem oportet, in quo primum

sublata iusta versuum distinctione poetae verba ad prosae orationis similitudinem scriberentur, quoniam quae ita nova versuum non metricorum descriptio prodit, ea non unquam alia in *C* atque in *D* est, verum communis utriusque. Vt hac quoque in parte illi η codici multum et *B* et, ut consentaneum est credere, *T* praestent.

In Germania autem servatae posteriores fabulae duodecim postquam ex hominum litteratorum usu et consuetudine elapsae per aliquot saecula delituerant: (nam etiam qui 'Thesaurum latinitatis' illum condidit e saeculi XII. codice ab Angelo Maio Class. auct. e Vat. cod. ed. tomo VIII. vulgatum, solas octo priores tractavit:) saeculi XV. initio inter Italos ex uno *D* innotuerunt, e quo quotquot illarum exstant sive scripta sive impressa exemplaria praeter *BC* originem traxerunt omnia. Qui cum anno CIOCCCCXXVIII. uti supra diximus ex Germania allatus esset, suo iure Georgius Merula potuit in praefatione anni CIOCCCCCLXXII. illas comoedias 'quadraginta abhinc annis repertas' dicere, non curans pauculorum annorum discrimen. Ab hoc autem testimonio profectum esse THADDAEUM VGOLETUM apparet, qui in praefatione editionis Parmensis a. CIOIIX. emissae de tempore manifesto consentiens alius rei memoriam paullo obscurioribus verbis his admiscuit: 'si codici meo fides adhibenda Basileae escripto LXXVII. abhinc anno: ex eo exemplari e quo XII. ultimae comoediae Plautinae emanasse dicuntur.' Id quo spectare videatur, planius ex Alberti de Eyb (sive de Eyben), vernaculi Bacchidum interpretia, narratione intelligitur a. CIOIIXVIII. chartis consignata ac fortasse non aliunde nisi ex Vgoleti praefatione petita:

XLIV

‘Diese hernach zwölf geschriebene Comoedien seint lange zeit wol bey fünffhundert Jahren, oder mehr, verlohren und verborgen gewesen: und newlich in Concilio zu Basel wider gefunden worden’. Ficticium hoc omne, quanquam ne Niebuhrio quidem Opusc. 1, p. 163 quicquam suspicionis movens: fictum autem ab eis, qui cum quadragesimum a Merulae praefatione annum viderent in id fere tempus incidere, quo concilium Basileense habitum esset tot antiquis scriptoribus primum repertis illustre, horum societate Plautum quoque et facili et levi coniectura comprehenderent. Confidenter enim iudicare licet, quod non ex alio nisi ex Vrsiniano novicios libros ortundos esse ipsa scripturae congruentia clamat. Ita quod v. 56 in noviciis libris prave legitur *denuntias*, id inde ortum est, quod simplici *nuntias* in uno *D* superscriptum est *de*. Ita corruptae v. 926 scripturae *loquar ea presenti, loquare ei praesenti* originem e re levissima haec duxerunt, quod cum *loquar eapfenti* vel *loquare absenti BC* habeant, exilis lineola perperam accessit in *D loquar ea p̄fenti*, quam adeo servavit *F*. Idem *F* quod v. 929 *inspienter* exhibet, solam habet hanc causam, quod proficiscebatur a calami errore quo in *D inspientier* scriptum pro *inspientior*. Eiusdem librarli errore cum v. 450 in *D sibi uxorem* positum esset pro *uxorem sibi*, neglecta ea nota, qua ille errorem ipse correxisset, pravus ordo in *EFZ* transit. Consimilis origo horum: *nunquam* v. 336, *quaque* in *Z* 341, *fat* 594 aliorumque numero plurimorum, quibus congerendis nolo longus esse. Graviores tamen reliquis haec sunt, quod in uno *D* elapsa v. 276. 463 *foras* et *ego*, quae etiam simillimae ceteroqui

conditionis liber *C* servat, item ab *EFZ* absunt: vel quod *eiusf egestatem* in solis *DEFZ* transponitur v. 338, eorundemque communis est v. 411 *eximif* corruptela. Quid, quod eis locis, qui correctionem secundae manus in *D* passi sunt, non raro in partem noviciorum librorum primae manus scriptura transiit, secundae in alteram partem? Vclut cum v. 410. 851 *obiciaf* et *tetigit F* exhibet cum *Da*, *tu obiciaf* et *tegit e Db* reliqui susceperunt, vel v. 347 e *Da habemus* in *FZ*, *habeamus* in *E* manavit e *Db*, item v. 837 *ruere e Db* in *Z* et *E mg.*, *frangere e Da* in *EF*. Quanquam plerumque sane in *EFZ* transiit quod in *Db* esset, non quod in *Da*, ut v. 286. 288. 321. 665. 1083: quam rationem obtinere memento, ubicunque nulla *Db* mentione facta e solo *Da* discrepans scriptura in annotatione affertur, ut v. 266. 278. Hiuc autem intelligitur iam habuisse Vrsinianum secundae manus correcturas illas, quo tempore fons exstitit noviciorum codicum.

Nicolai autem Treviri codex simul atque Romam ad-
 vectus est, ilico de parandis apographis cogitari coeptum
 esse et res ipsa facit ut credamus et plenissime Poggii
 epistulae testantur. Quod quidem consilium duplicem even-
 tum habuit. Aut enim archetypum exemplum omni reli-
 gione simpliciter transcribatur, aut correctis pro virili
 parte innumerabilibus scripturae vitiis et corruptelis novum
 genus librorum peperit. Et huius quidem generis per litte-
 ratae Europae terras codices hodie exstant plurimi, pau-
 ciores prioris et quod sciam Romae tantum et Florentiae.
 Pertinent huc et *G* et propius etiam ad *D* accedens *O*,
 qui est nitidissime in pulcherrimis membranis scriptus La u-

XLVI

rentianus, inter Gaddianos pl. LXXXXI. 12, ipsam externam speciem Vrsiniani summa fide vel minutissimis in rebus referens, ut exemplo docui Musei philol. iv, p. 356. Rursum huius ipsius apographum vix ambiguis iudiciis intellexi *E* esse, qualis quidem a prima manu prodiit h. e. *Ea*. Eius igitur scripturam per totam Trinumum sedulo apposui hoc consilio, ut eo possem aliquando pro ipso *D* in eis fabulis uti, in quibus non paratam haberem Vrsiniani collationem. Qui quam exiguo aut propemodum nullo intervallo inter se distent, ostendere talia possunt qualia habes v. 303 *pro ingeo*, 398 *his*, 411 *hifis*, 532 *inopis herendo*, 877 *eoſce*, geminatum v. 761 *mihi*, v. 748 *e depupitaf* natum *depupitaf*. Denique ad idem genus, ut mitam alios, ille liber referendus, quem NICOLAI NICCOLI manu scriptum in Marciana quae Florentiae est bibliotheca Laurentius Mehusius vidit et in praefatione ad Ambrosii Traversarii Epist. et orat. p. XLII. diligenter descripsit: unde ni fallor profectus principem Plauti editionem Fabricius Bibl. lat. p. 15 Ern. nullo argumento dixit e Florentino codice expressam esse.

Transeo ad correctae exemplaria, quorum indolem et rationem summatim descripsi de crisi Pl. p. 172 sqq. Ac primum corrigendi operam illam sciendum est non aliorum in aliis codicibus aliam fuisse, sed semel ab uno aliquo critico susceptam et perfectam, qui consolito illa aetate more ac consilio optime sibi videretur ea re de Plauto et bonis litteris meriturus. Quis fuerit qui hoc praestitit, ignoratur: de ANTONIO PANORMITA, Plauti illo studiosissimo, atque adeo scenarum quarundam noviciarum scriptore, quam

l. s. s. p. 177 coniecturam ausus sum, eam ne nunc quidem habeo qui firmiter quam Merulae testimonio commendem, 'sive mandante Nicolao Quinto Romano pontifice sive Alphouso rege Apuliae' incredibiliter in Plautum saevitum esse querentis. Atque adeo magis eo animus inclinatur, ut ipsum fuisse Poggium credam, cum et Romae potissimum atque Florentiae, non Neapoli correctorum multitudo exemplorum exstat, et consilium certe rei perficiendae ille ipse in ea parte epistularum professus sit, quae solae adhuc lucem viderunt. Sic enim libri IV. epist. 4. scribit: 'Liber est illis litteris antiquis corruptis, quales sunt Quintiliani, et multa in multis desunt. Non faciam transscribi, nisi prius illas legero atque emendavero: nam nisi viri eruditi manu scribantur, inanis erit labor.' Item epist. 17: 'Transscribitur modo donoque mittetur Duci Mediolani, qui cum per litteras postulavit. Marchio item Ferrariensis petiit: dabitur illis, sed ita corruptus, ut vere a barbaris redire postliminio videatur.' Et paullo post: 'Nullus, mihi credo, Plautum bene transcribet, nisi is sit doctissimus: est eis litteris, quibus multi libri ex antiquis, quos a mulieribus conscriptos arbitror [!], nulla verborum distinctione, ut persaepe divinandum sit.' Verum hoc de Poggio quomodo se habet, tali quale hic significavit studio et industria certa et constans nata est recensio quaedam, pertinens ea etiam ad octo fabulas priores: qua etsi effectum est ut, qui scriptor antea propter portentosa scripturae instar praecclusi thesauri fuisset, nunc certe aliquo modo et legi et intelligi posset, atque adeo haud pauca fatendum est vel vere vel probabiliter emendata esse:

XI.VIII

tamen simul incredibilis Plauto clades illata est. Nam quae erat illa aetate criticae artis imbecillitas et tanquam infantia, saepissime legitima emendatio in summam coniciendi libidinem interpolandique temeritatem evasit cum magna mutandi imperitia coniunctam. Quae ratio universa cum insecutis saeculis litteratos homines, ut in hoc genere parum vel curiosos vel prudentes, prorsus lateret, evenit ut cum ante Camerarium omnes editiones adulterato fundamento niterentur, tum recentioribus quoque multae ex Italica illa interpolatione sordes inhaerescant. Eius autem recensionis exemplum in paucis plenums (rectius enim plenum videor quam integrum vocare) *F* praestat: cuius simillimo codice secunda manus nostri *E* libri usa in hunc summa industria intulit corrigendo, quicquid a primae manus scriptura discrepans in illo codice deprehenderet. Ita igitur factum est ut, cum Vrsiniani indolem *Ea* repraesentet, plenum interpolatae recensionis exemplum *Eb* habeamus. A quo pleno exemplo variis intervallis alii codices, eique numero plurimi, ita recedunt, non ut unquam novae mutationes in tralaticiarum locum substitutae sint, sed ut earum parte tantum recepta alias quicumque fuit propagare veritus ad veterem scripturam redierit. Hac via mixtae e *D* et *F* (ut brevitatis causa sic loquamur) recensiones ortae sunt, interpolatae illae quidem, sed modice interpolatae: qualium in numero cum *H* tum *K* sunt, fortasse etiam Io. Baptistae Pii itemque Dionysii Lambini 'prisca exemplaria' vel 'antiqui codices', qui tamen possunt etiam prorsus congrui cum *FEb* fuisse.

Ad mixtum autem genus etsi *Z* proxime accedit, non

tamen tali e codice expressa est: immo aut similis nostri *E* liber Merulae praesto fuit utramque in se recensioem socians, aut, quod lubentius amplector, duobus ille simul usus est, quorum alter interpolationem integram, integram Vrsiniani scripturam alter referret. De Trinummo loquor: nam Bacchidum quidem, Mostellariae, Menaechorum, Militis aq̄e Mercatoris nullum, id quod ipse conqueritur, nisi interpolatum librum (sive 'libros') nactus est, eumque, ut facile conferenti patet, gliscente librariorum negligentia ad extremam turpitudinem depravatum. Sed septem ultimas idem laetatur 'simplices et intactas a censoribus' sese habuisse, et 'quanquam mendosas, multo tamen veriores'. Verum quas intactas accepit, vehementer erret qui intactas publicasse putet: quot enim e novicia recensione scripturas partim recte partim praeter veritatem asciverit, singulis paginis annotatio nostra docet. Quem ille delectum saepe non sine iudicio habuit. Qui cum iure suo (ut e multitudine exemplorum per saturam quaedam delibem) a correctore velut *conducibile* (cum *A*) sumpserit v. 36, *es* (cum *B*) v. 47, *ignaviam* 132, *quod meae* 141, *ad te* 161, *ita est* (cum *A*) 196, *quod bibit* 250, *boni* 272, *par tuis* (cum *AB*) 279, *hominem* (cum *AC*) 308, *quaedamst* (cum *B*) 324, *parta* 347 (cum *A*), *an minus* 349 (cum eodem: nam tantum operarum vitio *mimus* expressum), *tibi* 472, *edam* 474, *mirum ni tu* 495, transpositionem versus 510 (cum solo *A*), *censes* 563, *cuiquam tam* 274, *rapis* 680, *rogem* 758, *ex seleutia* 771, *gerere rem* 773, *terere* 796, *habet* 868, *absinthium pro absentium* 935, *cui rem pro quo irem* 956, *ibo ad* 995, *nunquam* 1004, *mores pro homines* 1028

L

istis 1043, *nequeo* pro *metuo* 1132, *tu neuis* e Nonio 1156, *arbitro* 1161 (cum *B*), omninoque ea omnia, a quibus discrepantem tantum scripturam solis additis *BCDEa* litteris in annotatione posuimus, ut v. 278. 311. 336. 354. 360: tamen nec in aliis correctorem sequi ausus est licentius mutatis (ut v. 207. 242. 308. 317. 445. 492. 537. 552. 584. 929. 973. 1014. 1015. 1017), nec in eis quae sua ipsius coniectura rectius posse corrigere sibi videretur: qualia sunt v. 192 *cures*, 265 *amorem*, 512 *nostramne nutricem*, 708 *te tueris*, 787 *me aetatis*, 813 *maximumst*, 822 *quos mei*, 864 *speculatur*, 932 *molestumst*, 933 *in pontum* (cum *B*), 971 *hodie is unquam* pro *hodie sum quam*, 993 *accipi* (h. e. *accepī*) *te macto*, 1046 *hominibus*, 1141 *nec qui*, 1170 *itast*, 1185 *hominist affatim* pro *homini stat fatim*: omnia vel vera vel proxima veris. Quanquam nec desunt exempla, quibus vel inmerito sperneret merito ab illo probata, ut v. 646 *difficilis*, 715 *eueniat*, 912 *me hercle*, 946 *si est molestum*, 1058 *tutelam* pro *tu te iam*, vel ipse demum sive bonam scripturam corrumperet, ut *tecum* invector v. 171, *penetrassem* 314, *quando* 529, *fregere* 836, *meapse* 974, sive corruptam corrumperet magis, ut v. 72 *ex antiq' tua* (h. e. *ANTIQUAE TVAE*), pro quo *annique tui* F, effecto *animi tui*, vel 487 *neque viae saltem*, 532 *interficiet*, 796 *effodias aurum* et quae sunt similia. Sed maximus tamen eorum numerus, quae immerito a correctore invector Merula immerito servavit. Contra peculiarem cum illo laudem in eo genere participat, quod ad sermones suis personis distribuendos spectat: quarum notas cum *D* plerasque, uti supra dictum, omisisset, harum spatia in *FEBZ* e sola

coniectura suppleta et maxima quidem e parte recte suppleta habemus. Vide tamen ad Trin. 50. 193. Quo plus nobis licere in eodem genere existimavimus, sicubi tralaticium nominum ordinem sententiarum ratio dissuadere videretur, velut cum ultimam paenultimamque scenam Trinummi reconcinnavimus Lysitelis pro Calliclis persona reposita: praesertim cum ipso *B* codice antiquiores fuisse illas turbas supra viderimus.

CAPVT V.

De editionibus Plauti singillatim exponendi iudicandique otium nobis satis ampla de crisi Plautina disputatio illa fecit, quae in illis examinandis praecipue versatur. Cui addenda quae Parerg. 1, p. 403 annotavimus. Illa igitur commentatione excerptaque in Bacchidum editione plurimorum exemplarium discrepanti scriptura postquam falsissimum esse apparuit qui de nescio quibus vetustarum editionum thesauris diu rumor obtinuisset, nunc non erat profecto cur in eo genere sine fructu denuo moraremur. Itaque cum editorum tum ceterorum criticorum nomina eis tantum locis commemoravi, quibus illi vel aliquid salutis attulissent vel aliqua de caussa memorabilem, quamvis a vero aberrantem coniecturam admovissent: quando etiam errores esse eiusmodi possunt, ut aliquid vel laudis vel utilitatis habeant. In quo sicubi videbor nimius fuisse, quantumvis vel inutilium hariolationum vel imperitarum mutationum sciens silentio praeterierim: nimia volui diligentia quam severitate aliquave negligentia peccare. Et editorum

quidem, qui Merulam proximo intervallo secuti sunt, perlevis ad emendandum Plautum opera fuit: ut Eusebii SCVTARII et Philippi BEROALDI in editionibus Mediolanensibus annorum CIOCCCLXXXX. et CIOIO: paullo plura, in his autem quaedam rectissime, non mutarunt, sed mutari in annotationibus iusserunt Bernardus SARACENVS Venetae a. CIOCCCLXXXVIII. editor et perversi alioqui homo iudicii I. B. PIVS in Mediolanensi a. CIOIO, e cuius absurdissimis saepenumero coniecturis totum pependisse Simonem Carpentarium hominem longe ignavissimum l. s. s. docui p. 488 sqq. Cuius autem in plerisque fabulis grassata est mutandi licentia incredibilis, nec tamen ea prorsus infructuosa, Pyrales in Brixienti anni a. CIOIOVI. editione Trinumum quidem vix attigit: nec fere magis qui hunc sunt secuti Nicolaus ANGELIVS in Iuntina a. CIOIOXIII. et in Veneta a. CIOIOXXII. ALDVS cum Asulano.

Ita res omnis ad IOACHIMI CAMERARII nostratis egregiam industriam ac laudabilem pro illius aetatis ratione diligentiam redacta est: qui quod ex Basileensi anni CIOIOIII. editione, repetita illa Georgii Fabricii sui curis ibidem a. CIOIOLVIII, nomen invenit sospitatoris Plauti, eo reapse extitit dignissimus. Cuius laudis etsi pars primaria eo continetur, quod praestantissimos libros Palatinos BC nactus est, tamen etiam ubi ab his non haberet paratum auxilium, insigni saepe sagacitate palmarique emendatione verum indagavit: quantumvis gravia, ut significavi p. 518 sqq., aliis agenda alibi reliquerit. Ei quantum debeatur, non poterit ex ipsius nominis in annotatione nostra mentione satis aestimari: immo recordandum est ubique, quas ego e

BC receptas esse scripturas significem a priorum editionum memoria (h. e. ubi non testor aliud, a *Z*) discrepantes, iandem plerumque iam Camerarium reposuisse: id quod operae pretium non duxi singulis locis inculcare. Non multum emendatio quidem Plauti post Camerarium profecit vel probabili enarrandi industria Friderici TAVEMANNI, vel impigro Philippi PAREI labore, ceterum iudicare nescientis, in excutiendis libris Palatinis consumpto, vel immoderata rixandi conviciandique cupiditate Iani GRUTERI, qua ne illud quidem effectum est ut, quid tandem in Palatinis legeretur, vel recte vel plene cognosceretur. Cuius altercationis historiam qui talibus delectantur ex eis petere poterunt quae de crisi Pl. a p. 552 ad 561 narravimus. Praeter editores autem qui illa aetate magno grege critici ad perpoliendum Plautum undique convolarunt, eorum nullam laudem Ioannes MEURSIVS meruit: vel exiguam vel mediocrem Adrianus TVRNEBVS, Iani DOVSAE pater et filius, Caspar SCIOPPVS, Iustus LIPSIVS, Mellerus PALMERIVS: maiorem IANVS GVLIELMVS: maximam atque adeo eximiam VALENS ACIDALIVS, quanquam nec metrorum scientia valens, qua tum nemo satis instructus erat, nec Camerariae editionis auctoritatem perspectam habens, magno id detrimento suo. Dixi de eo, sed fortasse non satis honorifice, l. s. s. p. 505, de Scioppio p. 544, de Dousis p. 534, de Meursio p. 498 sq. Praeter horum curas pridem editas ineditae mihi praesto fuerunt SCALIGERI, SALMASH, Dousae et fortasse aliorum coniecturae in impressorum quorundam exemplorum, quae Leidensis bibliotheca servat, marginibus scriptorum *).

*) Similia exempla bibliothecae Ambrosianae, sed quae tantum in spexerim, memoravi Parerg. I, p. 400.

Quorum alia sciens nunc praetermitto, olim huc rediturus: quinque hic commemoranda video. Et I. quidem Dousae longe plurimas annotationes, sed eas maxima ex parte ad interpretationem spectantes, tenet exemplum Antverpiense anni C1616LXVI, quod signatum est *XXI. Burm. D. 2*: Salmasii emendationes, quarum pars iam a Batavis editoribus Boxhornio et Gronovio commemorata est, Taubmaniae primae exemplum *XX. B. o. 174*. Scaligerana autem e quattuor fontibus petii: praestiterunt enim ea primum duo illa exempla, quorum in *Parergis I, p. 575 sq.* mentionem feci, alterum item Antverpiense eiusdem anni, signatum *XIII. D. 204*, alterum Basileense ex editione Camerarii a Fabricio iterata, notam habens *XIII. O. 244*: accessit Leidense ex recensione Dousicae anni C1616LXXXIX, olim Adriani Francisci, nunc *XIII. D. 203*, cum aliorum ut videtur tum Scaligeri correctiones, sed eas paucas, ascriptas habens. His autem libris, quos rara liberalitate clarissimi eiusdemque carissimi IACOBI GEELII partim domi tractavi, partim Leidae vel ipse excerpsi vel amica cura docti iuvenis Eugenii Mehleri excerptos accepi, largiores etiam copias Scaligeranas, exegeticas quidem in omnes comoedias, criticas in plerasque, novicius codex ms. 8185 bibliothecae Regiae praebuit, cuius nunc exemplum propensae in me voluntati Theodori Presselii debeo. Quanquam de Scaligeri subitariis curis noli exspectare nimium: quem honoris causa aliquanto saepius nominavi, quam illarum ingenta indoles exigebat.

Ad editores ut redeam, uti ante criticos illos omnes Dionysii LAMBINI, ita post eos perquam tumultuaria Io.

Friderici Gaonovii opera fuit, cuius recognitio *vulgatas* nomen invenit. De quibus cur ita sentiendum sit, satis exposui l. s. s. p. 527 sqq. 563 sqq. Ex reliquis criticam operam Plauto eamque non una de causa memorabilem duo soli navarunt, Franciscus Gvyetvs et F. H. Bothivs nostras, ingenii et usu et abusu similes. De quibus non dubito quin satis honorifice sensurus sit, qui ex annotationis tantum nostrae testimonii iudicium faciat: tam vel feliciter inventa vel sollerter excogitata ad illos referri viderit non adeo pauca. Sed eorundem reputandum est longe plura commenta nobis tacenda fuisse, quibus saepe temeraria, saepe imperitis, nonnunquam incredibiliter perversis atque adeo portentosis — non possum enim clementius iudicare — bonum Plautum commacularunt: tam miro illi temperamento sana futilibus miscuerunt. Quippe in quibus ingenium et acumen, ars non fuit et disciplina. Praecipuae autem eis fraudi metricum genus omne fuit: cuius etsi laudandum est quod raro inter criticos Plautinos exemplo omnino rationem esse habendam intellexerunt, quaedam autem, in senariis potissimum, perspexerunt rectissime, tamen modo in concedendo modo in improbando nimii falsisque quibusdam opinionibus praepediti saepe eorum ipsorum versuum, quorum reconcinare mensuram vellent, numeros miserrimum in modum corruerunt, ac non multum abfuit quin Plautum ex Plauto expellerent. De Gnyeto documento esse cantica Trinummi possunt, prorsus incredibili libidine ab illo dilacerata: de Bothii triplici cura Plautina explicatius iam olim iudicavi l. s. s. p. 566 sqq. Praeterea aliud est genus, in quo temeritatis tanquam principatum

Guyetus sibi praeter Bothium vindicat. Quantumvis enim glossematum in Plautina verba irrepsisse certum sit, tamen prorsus ille modum excessit multitudine versuum aut sine ulla aut levissima de causa a Plauto abiudicatorum. Quailium in una Trinummo demirari hunc numerum licet: v. 85. 220. 304. 397. 495. 496. 507. 675 ad 677. 679. 707. 708. 766. 767. 770. 818. 824. 828. 830 a *tractare* et 831. 890. 957. 997. 1046 ad 1049. 1054. 1087. 1110 ad 1114. 1115 ad 1119. Quippe ubicunque in singulis verbis offenderet, quod aliqua difficultate vel obscuritate laborans non posset arte et ratione expedire, id tutissimum ratus una cum sanis et planis radicibus extirpari similis medici existit, qui ut dentium aegrotationem tollat, totum caput praecidat. Ceterum Guyeti recensio iuncta est interpretationi gallicae Michaelis de Marolles abbatis de Villeloin, quae quattuor voluminibus prodiit Parisiis a. MDCCCLXXII. Denique post Bothium quae edendi Plauti experimenta fieri vidimus, aut nihil aut parum vel poetae vel litteris nostris profuerunt. Ex Hermanni Bothique exemplo Goellerus prope totus pependit. De Lindemanno autem lenius iudicandi, quam olim iudicavi in Diariis litt. Halensibus a. MDCCCXXXIV. m. Aug. p. 529 sqq., causam non inveni. Non mea culpa factum est, quod illius per totam Trinumnum ter tantum quaterve, novissimi autem editoris, hominis ut uno verbo dicam ἀνομοσάτου, ne semel quidem mentio fieri potuit: quorum hic nescit, alter non solet cogitare, neuter esse diligens didicit, uterque caecutire credendo quam iudicando intelligere mavult.

GODOFREDO autem HERMANNO, quem in primordio libri professus sum secundum divinum BENTLEI ingenium unicum

ad instaurandum Plautum ducem esse, quantum et ego debeam et deberi in hoc genere universo ab omnibus sentiam, cum alibi dixi cum admirabundi animi significatione tum enucleatius in epistula illa Mediolanensi declaravi tum singulis paginis Trinummi nostri testatum feci. Qui quod in sua Trinummi editione, quam abhinc dimidium ferme saeculum emisit, multis locum concessit quae nec ab illo nunc defensum iri videantur nec probari a nobis potuerunt: id ut ita esse intelligeremus partim ipsius doctrina ac disciplina effecit, partim instrumentorum ad criticam faciendam necessariorum et plenior cognitio et verior existimatio. Hermauniani autem Bentleianique exempli, quae tamdiu uti nesciit inertiorum tarditas, vim et virtutem nunc tandem laetamur ita evalescere et in dies magis inualescere, ut iam sperandum sit fore ut multorum coniuncta industria sui similior Plautus evadat: quando nec unius aetatis fuit nec hominis est unius emendare Plautum, qui persuarum quidem vereor ut unquam possit. Ex illis me esse unum volo, et eum quidem qui reliquis emendandi instrumenta parem et tanquam fundamenta iaciam, quibus maiora aut limatiora superstruere futura aetas possit. Quodsi a talibus perfici inchoatum opus videro, quales in critico genere acerrimi Alfredus FLECKEISEN et Io. Bernardus LOMAN Batavus nuper extiterunt: quibus cum laude nunc, postquam viam olim probatam dereliquit, C. F. KAMPMANNVS addendus: artis autem Plautinae felicissimus interpret Theodorus LADEWIGVS: bene actum erit de Plauto. Reliquos non moror: ea est enim huius potissimum generis, quod veterum poetarum latinorum tractatione continetur, ratio et

LVIII

condicio, ut qui sapere aut nolit aut naturae vitio nequeat, ignorandus sit, procul abhendus, abstinendus. Illo autem quo dixi consilio cum prae ceteris videretur hoc agendum esse, ut ipsa verba poetae ad fidem librorum exacta et critica suppellectile instructa quam plurimorum manibus quam primum traderentur, haud scio an laudandus potius quam culpandus videar, quod morae impatiens nunc quidem a Caesarum expositione paullo uberiore, qua rationem redderem a me vel receptorum vel reprobatorum, non sine aliquo dolore me abstinui: non desperans tamen de iustis commentariis, cum ipsam *διόρθωσιν* absolvero, olim edendis, si per tempestates licuerit nec desierint haec studia aliquo in honore esse. Hoc tamen magis video mihi de gravissimis partibus emendationis Plautinae hoc loco generatim exponendum esse.

CAPVT VI.

Omnium autem primum curandum est, ut de fide Ambrosiani libri, deque ratione quae inter hunc et Calliopii recensionem (licebit enim hoc nomine uti) intercedat, recte sentiat: in quo non minus illud cavendum, ne iusto pluris illius auctoritatem, quam ne iusto minoris facias. Et codicem quidem ipsum neminem facile fugit non esse ea cura paratum, ut non multa inter scribendum imprudenter a librario peccata sint: velut cum in ipso principio Trinummi versu 10 transposito v. 8 et 9 in unum contraxit, vel v. 17 UOUOBIS posuit pro UOBIS, vel FACIAT pro FACIAM v. 27, si omisit v. 46, TE pro TU scripsit v. 61, HASCEMI pro HASCEMI v. 181, PENUORSAE pro PERUORSE v. 183,

INDISPICOR v. 224, QUIBUSIT 283, UIRTUTUM pro UICTORUM 309, CONCILIATABULUM 314, UOLET pro UOTET 474, MAGIS pro MALIS 475, QUISQUISQUAM 519, UMFLERINEQUEGNATITUIQUAM pro *umquam fieri neque gnati tui* 521, PRAEOPTASUISTI 648, OPPERI 744, et quae sunt similia minime pauca. Quo etiam eorum quaedam referenda sunt, quae cum plene legi nequeant, tamen ab emendata scriptura discrepare numerus spatiorum doceat, ut v. 70 OBIUR . . EM pro *obiurgitem*, v. 217 EX . QU . RATUR horumque similia v. 264. 406. 428. 466. 506. 637. 642. 643. 666, alia. Sed etiam si talia missa feceris, quae nemini fraudi futura sint, et in eis substiteris quae antiquioris exempli fide librarius propagarit vel propagasse videatur (quando certis haec finibus disternere difficile), multum abest ut, quam Ambrosianus recessiorem fabularum Plautinarum sequitur, a pristina integritate non dicam nullo, at exiguo intervallo distet. Nam ut paucis comprehendam, omnino nullum est genus depravationis, quod *A* non aut multis locis commune cum *γ* h. e. Calliopii recensione habeat, duxerit igitur e communi fonte *α*, aut quibusdam exemplis sibi adeo proprium praeter *BCD*, non igitur etiam in *β* olim exstans. Velut cum v. 207 immisso glossemate cum Palatinis *sciunt id quod pro sciunt quid*, gliscente autem interpolatione proximo versu *item sciunt id quod pro sciunt quod* solus exhibet valde notabili exemplo: item solus *mala multa* v. 361 pro *multa*, v. 236 *se expediant*. Vel cum in uno *A*, quae Palatini seruarunt, desiderantur, e. c. *sit* 231, *animo* 271, *te* 378, *cum* 523, *que* 645, *ergo* 756, *is est* 1072: quanquam haec potissimum nescio an eodem iure soli negligentiae scribentis tribuantur.

LVIII

condicio, ut qui sapere aut nolit aut naturae vitio nequeat, ignorandus sit, procul abhendus, abstinendus. Illo autem quo dixi consilio cum prae ceteris videretur hoc agendum esse, ut ipsa verba poetae ad fidem librorum exacta et critica suppellectile instructa quam plurimorum manibus quam primum traderentur, haud scio an laudandus potius quam culpandus videar, quod morae impatiens nunc quidem a caesarum expositione paullo uberiore, qua rationem redderem a me vel receptorum vel reproborum, non sine aliquo dolore me abstinui: non desperans tamen de iustis commentariis, cum ipsam *διόρθωσιν* absolvero, olim edendis, si per tempestates licuerit nec desierint haec studia aliquo in honore esse. Hoc tamen magis video mihi de gravissimis partibus emendationis Plautinae hoc loco generatim exponendum esse.

CAPVT VI.

Omniū autem primum curandum est, ut de fide Ambrosiani libri, deque ratione quae inter hunc et Calliopii recensionem (licebit enim hoc nomine uti) intercedat, recte sentiatur: in quo non minus illud cavendum, ne iusto pluris illius auctoritatem, quam ne iusto minoris facias. Et codicem quidem ipsum neminem facile fugit non esse ea cura paratum, ut non multa inter scribendum imprudenter a librario peccata sint: velut cum in ipso principio Trinummi versu 10 transposito v. 8 et 9 in unum contraxit, vel v. 17 UOUOBIS posuit pro UOBIS, vel FACIAT pro FACIAM v. 27, si omisit v. 46, TE pro TU scripsit v. 61, HASCEMI pro HASCEMI v. 181, PENUORSÆ pro PERUORSE v. 183,

INDISPICOR v. 224, QUIBUSIT 283, UIRTUTUM PRO UICTORUM 309, CONCILIATABULUM 314, UOLET PRO UOTET 474, MAGIS PRO MALIS 475, QUISQUISQUAM 519, UMFIERINEQUEGNATITUIQUAM pro *umquam fieri neque gnati tui* 521, PRAEOPTASUISTI 648, OPPERI 744, et quae sunt similia minime pauca. Quo etiam eorum quaedam referenda sunt, quae cum plene legi nequeant, tamen ab emendata scriptura discrepare numerus spatiorum doceat, ut v. 70 OBIUR • • EM pro *obiurgitem*, v. 217 EX • QU • RATUR horumque similia v. 264. 406. 428. 466. 506. 637. 642. 643. 666, alia. Sed etiam si tal'a missa feceris, quae nemini fraudi futura sint, et in eis substiteris quae antiquioris exempli fide librarius propagarit vel propagasse videatur (quando certis haec finibus disternere difficile), multum abest ut, quam Ambrosianus recensioem fabularum Plautinarum sequitur, a pristina integritate non dicam nullo, at exiguo intervallo distet. Nam ut paucis comprehendam, omnino nullum est genus depravationis, quod *A* non aut multis locis commune cum γ h. e. Calliopii recensioem habeat, duxerit igitur e communi fonte α , aut quibusdam exemplis sibi adeo proprium praeter *BCD*, non igitur etiam in β olim exstans. Velut cum v. 207 Immisso glossemate cum Palatinis *sciunt id quod* pro *sciunt quid*, gliscente autem interpolatione proximo versu *item sciunt id quod* pro *sciunt quod* solus exhibet valde notabili exemplo: item solus *mala multa* v. 361 pro *multa*, v. 236 *se expediant*. Vel cum in uno *A*, quae Palatini seruarunt, desiderantur, e. c. *sit* 231, *animo* 271, *te* 378, *cum* 523, *que* 645, *ergo* 756, *is est* 1072: quanquam haec potissimum nescio an eodem iure soli negligentiae scribentis tribuantur.

LX

Non minor numerus est perperam in *A* transpositorum, ut *corde meo* 223, *patri audacter* 358, *me hoc unum consolatur* 394, *amicum esse* 456, *celere sic* 668, *oculis ego* 1071: quae omnia sunt eiusmodi, ut eis admissis manifesto metrum corruat. Etiam ad integros versus prava transpositio pertinuit v. 50. 763. Nec corruptae in singulis verbis scripturae exempla desunt, quibus integriores Palatinos habeamus, nec leviora tantum ut *abiere* pro *abierunt* v. 535, *homines* pro *omnes* 29, *illic* pro *illi* 555, sed etiam talia qualia sunt *quin bene uortat* pro *di bene uortant* 502, et gravissimum omnium, quod prorsus respuit sententiae ratio, *bonisque euortisse omnibus* v. 214 pro *bonis qui euortisset suis*. Praeterea universum genus est quoddam, in quo non sit dubium, quin Calliopii recensio multum Ambrosianae praestet: quod est orthographicum. In quo etsi quasdam formas ex antiquitate repetitas *A* quoque solus servavit, ut *nanctus* v. 63, *corruptor* 239, *factust* 43, alia, tamen si e multitudine exemplorum iudicium facias, dici vix potest quanto propius ad ipsius poetae aetatem Palatinorum vel ut rectius dicam Palatini *B* memoria quam Ambrosiani accedat, in quo saepissime *cum*, *uerto*, *saluus*, *est* legatur ubi priscam scribendi rationem *quom*, *uorto*, *saluos*, *st* et id genus reliqua Vetus ille plerumque solus testatur.

Quae cum ita sint, consequitur ut hic quoque ut ubique regnare rationem debere intelligamus, qua quod suapte virtute praestet et in artis praecepta linguaeque leges et poetae ingenium conveniat, deligamus et praeter testium quantumvis vetustorum reverentiam probemus. Nec igitur propterea, quod aliquid sive *A* solum sive solos

BCD testes habet, ilico aut amplectendum aut aversandum esse, etiam qui indole sua ad iudicandum quam ad credendum tardiores sint intelligant oportet. Qui quidem viderint ipsi, quo tandem iure aut qua potius mentis sive caecitate sive obstinatione negent per sex septemve saecula, quae inter vivum vigentemque poetam et scriptum Ambrosianum interiecta sunt, ea facta esse, quae cum a scripti γ tempore ad duodecimum saeculum facta esse Palatinus *B* ostendat cum *CD* collatus, tum adeo inter scriptorum *A* et α tempore esse facta idem *B* cum cognatis doceat. Et tamen haec vel leviora sunt prae eorum evidentia, quae inter scriptorum *A* et *B* tempora esse peccata alteram in partem valens Palatinorum Ambrosianique comparatio monstrat. Nam ut huc tandem deveniam, adhuc per vitia tantum descriptus Ambrosianus quanta ex altera parte praestantiae laude emineat et prae Palatinorum bonitate prorsus exsplendescat, longe longeque quam vitiorum maior virtutum multitudo tam luculenter probat ut nequeat contra dici. Sive enim prava additamenta spectas, solus ab his liber *A* est velut omissis v. 23 *non mala*, 52 *bene*, 209 *facta*, 242 *sagittatis*, 298 *et*, 306 *id*, 321 *non*, 339 *quod*, 350 *immunifico*, 351 *nunc*, et magis memorabili exemplo post v. 72 illo panno *Sin immutare vis ingenium moribus*: sive spectas vocularum syllabarumque lacunas, eas solus *A* supplet velut v. 46 *servato te*, 55 *tu*, 62 *ne*, 198 *quit*, 282 *mihi*, 335 *et*, 378 *ne*, 1062 *da magnum pro damnum*, et exquisitoribus exemplis v. 738 *mutuum*, quod ne Bentleius quidem assecutus in Ter. Phorm. III, 3, 2, v. 846 *agit [gerit] animum aduortam*, 1059 *te uolo* (a quarum duarum

LXII

lacunarum veris supplementis prope abfuit Itali correctoris coniectura), ut integros versus mittam ex *A* in lucem protractos: sive de perperam traiectis partibus quaeris, verum ordinem solus *A* reconcinnat velut v. 27 *id me* transponens, 51 *tua agit*, 267 *amicus mihi*, 388 *tuum erit*, 421 *mancupio abs te*, 428 *esse aiebas*, 470 *cena sit*, 652 *istum ego*, integroque versu recte collocato 510: sive multis modis corrupta verba pessumdatamque sententiam respicis, solus emendatam scripturam praestat ac praeclaram saepe salutem affert velut v. 29 *plerique* pro *plerumque* praebens, 68 *obiurgitem* pro *obiurgem*, 71 *tu me mihimet* pro *tute mihi me*, 72 *antiquae* pro *anūque*, 92 (*ne*)*queo* pro *non possum*, 259 *tamen* (nisi fallimur) pro *tibi*, 270 *certa est res pro certunst*, 308 *pepulit et seruit* pro *perpulit et seruauit*, 311 *satiuet ut opust* pro *satius tui opust*, 340 *prodit cum Servio* pro *producit*, 343 *miserescat ne tis alios* pro variis corruptelis, 469 *obuenerit* pro *ut uenerit*, 487 *nequeas saltem* pro *neque ad salutem*, 492 *emisimus* pro *amisimus* (quod assecutus Italus), 493 *aequo* pro *aeque*, 507 *si haec res* pro *etsi hercules*, 639 *mens officio* pro *inse officium*, 665 *ingenium ingenuum* pro *imperitum ingenium*, 186 *malas famas* pro *maledicas* (corrupte *maledictas*) *famas*: quibus duobus exemplis simillima interpretamenta habes atque v. 350 *inmunifico* illud pro *immuni*: 841 *domi cupio* cum Donato pro *domum cupio*, 846 *usurpauī meis* pro *usurpauimus*, alia: reputandum est enim pauciora haec esse e multitudine exemplorum, nec ea ambitiosius conquisita magis quam cursim perlustrata fabula promiscue collecta. Quibus illa addenda, quibus aliqua certe ex parte vestigia veri *A* ser-

va vit, e quibus, quid scripsisset Plautus, erui coniectura posset, ut v. 522 *argumenta ex ARGUMENTI*, v. 252 *uestiplica* e UESTISPICA collata reliquorum memoria *uestisplice*, *uestiplice*.

Sed quam tam luculentis documentis praestantiam Ambrosiani codicis satis demonstrasse videor, eam idem probe intelligo non continuo ipsius recensiois bonitati tribuendam esse: immo largiendum est pari vel adeo maiore bonitate potuisse Calliopii recensioem esse. Verum id ut ita reapse esse demonstrari nequit, ita tamdiu nullum ad emendandum usum habet, quamdiu non, qualis tandem ea recensio fuerit, libera etiamtum a saeculorum sordibus, supparis aetatis locuples testis nos edoceat: qualis si in promptu esset, integram nobis Calliopii operam praestans, non negamus eam nos fortasse prae Ambrosiani recensioe secuturos esse. At vero quantopere de pristina bonitate Calliopii recensio non potuerit non degenerare, aestimari e longe minore temporis intervallo potest quod inter CD et B intercessit: quorum hic aut illorum additamentis caret, ut v. 263 *enim*, aut lacunis vel levioribus ut v. 10 (*ea*), 14. 15 (*ei*), vel complurium vocabulorum ut v. 292 *quos conlaudant*, vel adeo integrorum versuum 322. 904, aut falsis transpositionibus ut v. 6 *primum igitur*, 18 *nomen graece*, 215 *uerbis eorum*, 287 *tibi canto*, 366 *esse agundae*, 392 *ego ut*, 458 *tibi respondi*, 463 *tibi effodiam*, 753 *ipsam rem*, aut aliis corruptelis ut v. 223 *simul pro simitu*, 539 *fulguritae pro fulgur ita*, ne nunc plura cumulem: quibus exemplis omnibus ut aliis multis unum bonitatis consortem Vetus ille ipsum Ambrosianum habet. Ergo

LXIV

illuc ut redeam, scripturae praestantia Ambrosiani libri ut non sit ilico e recensione bonitate repetenda, at aetati codicis tribuenda est, quae vim habere bonitatis vicariam consolet. Atque haec vera caussa est, cur generatim iudicanti non possit non multo maior esse Ambrosiani quam Palatinorum auctoritas videri. Hinc autem rursum hoc consequitur, ut ubicunque suapte natura pari bonitate sint discrepantes inter se scripturae e duobus fontibus illis ductae, nulla igitur ut in exemplis adhuc allatis deligendi necessitas, nobis quidem hodie haud cunctanter sequendus *A* sit, ut in quo ratio antiquitatis evincat probabilitatem fidei maiorem esse. Velut cum per se nihil profecto intersit, *his aedibus* an *hisce aedibus* legatur v. 177. 293. 402, uno *A* duce primis duobus versibus illud, hoc recipiendum fuit tertio, contra Palatinos utrumque. Sic in se nihil habent cur aut improbanda sint aut in dubitationem vocanda v. 361 *opprobra*, 384 *permitto*, 843 *faciam*, 400 *commode*, 655 *dixisti*, 659 *ac*, 1064 *iubes*: et tamen horum in locum non dubitandum quin ex *A* merito substituta sint *exprobra*, *permittam*, *facio*, *commodum*, *tu dixti* (quod imitati sumus v. 556), *ut*, *mones*. Quanquam nonnunquam facile sentitur cur, quod per se nihil habere offensionis videatur, tamen Ambrosiani memoriae vel ut minus exquisitum aut elegans posthabendum sit, e. c. *de stultitia mea* v. 509 pro *de stultitiis meis*, vel ut minus recte cogitatum, e. c. *depellor* v. 640 pro *depellar*, vel denique ut minus conveniens in loquendi consuetudinem Plautinam, sicut v. 85. 242. 313 bona per se vocabula *culmine*, *inscius*, *legumentum*, pro quibus quidem formis a Plauti usu alienis eas ipsas *A*

suppeditat, quas ille solas novit: *columine* ut Amph. I, 1, 211. Cas. III, 2, 6. Epid. II, 2, 5: *insciens* ut Men. III, 2, 30. Mil. III, 3, 20. Pseud. III, 2, 54. Capt. prol. 45. 46: *integumentum* ut Bacch. IV, 2, 19. 20. 23. Quae autem novae voculae accedunt, nec ad sententiam illae nec ad metrum necessariae, quanquam eadem nec incommodae, velut v. 45 *hic*, 70 *tu*, 234 *ut*, 642 *hanc*, alibi aliae, eis veritatis fides satis hinc parata est, quod omnino his duobus generibus, quae consulto ascriptorum glossematum accessione et casu elapsorum vocabulorum omissione continentur, antiquitatis commendatio praecipue censetur: ut, quo quis codex et vetustior sit et propter ipsam vetustatem praestantior, eo et futillum accessionum minus et plus commodarum, quautumvis non necessariarum, teneat. Porro etiam in transpositiones eiusdem illius vim ratiocinationis valere consentaneum est. Velut nihil est sane cur displiceat qui in Palatinis est verborum ordo v. 88 *scire cupio*, 325 *ueniam dare iam*, 376 *inibis summam*, 466 *tu nunc*, 563 *quid hic locutus*, 1049 *ex eorum*: et tamen inverso haec ordine non minus commodo scribi Ambrosiani auctoritas iubebat *cupio scire*, *dare iam ueniam*, *summam inibis*, *nunc tu*, *quid hic est locutus*, *eorum ex*: pariterque v. 20 *uos hoc*, 765 *iam aliquis*, et levi scripturae diversitate accedente *inuenias benefac(to tuo)* pro *beneficio inuenias tuo* v. 1051, *homo hominis fecit* pro *facit homo hominis* v. 1069: in quibus omnibus necessitas transponendi nulla apparet.

Atque hae quidem, quas per genera sua breviter perocensui, discrepantiae ita comparatae sunt omnes, ut consilium aliquod corrigendi ne levissimo quidem indicio prodant, sed

LXVI

consolitis depravationis viis natae esse videantur. Quo cautius de gravioribus quibusdam iudicandum est, velut cum v. 88 pro his, *Sed istuc negoti scire cupio quidquid est*, idem Ambrosianus *Sed istuc negoti cupio scire quid siet* praebet, vel 747 *Eadem omnia istaec* pro *Nam hercle omnia istaec*. Sed aliquam sane interpolationis suspicionem facile illa moveant, quae e v. 214. 502 iam supra attulimus: *bonisque euortisse omnibus et quin di bene uortant*, quae ne potuerunt quidem sic scribi a poeta. Quo nescio an etiam illud quispiam referat, quod v. 841 iuxta posita sunt *agat* et *gerit*. Maior etiam dubitandi locus in v. 328 est: qui cum e Palatinis sic vulgetur:

Béne uolo ego illi fácere, si tu nón neuis. PH. Nempe
dé tuo,

in hanc speciem immutatus in *A* exstat:

Béne uolo illi fácere, nisi tu nón uis . . Nempe
dé tuo.

Nam cum in hoc versu *neuís* etiam antiquissimus ille glossarii Plautini scriptor legerit, de quo capite II. dixi, non profecto temere quis coniiciat ex interpretamento *non uis* pro *neuís* irrepsisse, hinc autem consecrariam fuisse *si non* particularum in *nisi* conversionem. Sed tamen huius potissimum originis cum non possit necessitas persuaderi, tutius visum est hic quoque vetustissimum testem sequi: praesertim cum illud vix ac ne vix quidem concedam, in corrigendi causa etiam *nempe* vocis correptionem fuisse: nam metrorum quidem correctorem nulla vel in Ambrosiano vel in Palatinis vestigia produunt, id quod iam olim pronuntiavi Diurn. antiqu. Darmstad. a. C1813CCCXXXVII.

p. 755. Ceterum diversarum recensionum tenues quasdam tanquam reliquias non infitior hodie quoque superesse, sed earum ex antiquioribus ut puto saeculis repetendarum, partim autem sua sponte natarum, partim critica opera grammaticorum paratarum. Quarum unam aliquam necesse est in praecipuo honore per saeculorum decursum habitam esse, sive eam a Valerio Probo sive ab alio profectam: nam de Varrone ne quis suspicetur satis cavi Parerg. I, p. 80. 367. et nuper Musei philol. nostri t. VI, p. 509. Eum autem, quisquis fuit, sane metra quoque attigisse puto, et potissimum quidem cantica Plautina in eam formam redegissee, ad cuius exemplum aliquo intervallo, sed tamen communi saepe testimonio *A* et *B* accedunt: quorum canticorum rationes iam proximo post poetae aetatem saeculo parum perspectas esse Sisennae exemplo docui Par. p. 383. Praeterea e satis antiqua aetate illud repetendum valde memorabile, quod quibusdam in fabulis pro eis quae nunc habentur personarum nominibus in *A* prorsus diversa reperta sunt: quod attigi ibid. p. 278, suo loco persequar uberius. — E tali autem recensendi studio et consilio quicquid transisse in Ambrosianum coniecero, certe non poteris talibus ad aliquam tanquam praerogativam Palatinorum demonstrandam uti: nam quae in his ipsis duplicis recensionis vestigia versu 1188 aperui (*ducam: optimumst* et *ducat: licet*, accedente personarum mutatione), eis manifestiora reperiri nego. Itaque hoc omne cum valde ambiguum sit, non poterit non tutissimum videri Ambrosiani auctoritati mancipatum esse, ubicunque id sana ratio patiat nec praestantia Palatinorum tanquam in oculos incurrat. Quo

LXVIII

minus singularia quaedam et vehementer suspecta, quae soli testantur Palatini, artificiiis quibusdam interpretandi excusandive ambagibus tutanda sunt ut reconditiora atque exquisitiora, sed ad sanam simplicitatem probatamque consuetudinem cum *A* revocanda. Ita quod e recessibus priscae linguae manasse creditum est, *columis* adiectivum pro *incolumis* positum, cui defendendo glossas Isidori accessiverunt, Plautum certe non amplius sponsorem habebit, postquam vulgaris *incolumem* forma v. 743 ex *A* prodiit. Ita *ne multa* v. 364, quod ancipiti similitudine illorum quae sunt *nefastus*, *nefarius*, *nefandus* defenderunt, expeditissimae iam scripturae *non multa* cessit. Nec *haut* particulae vim prohibendi in posterum versus 651 firmabit, ipso *ne* pro *haut* substituto in *A* emaculatus. Non repugnat rationi frequentativum verbum *largitari*, nec metro repugnat versu 742, sed exemplum praeter hoc ipsum non habet: ubi cum simplex *largiri* verbum *A* testetur, illud non poterit non e lexicis exulare. Sed sane horum nihil, absque Ambrosiano esset, vel inveniri coniectura potuerat vel inventum reponi debuerat.

CAPUT VII.

Enucleatius vitiorum causas et genera persecutus sum, quo certiore mihi viam ad meas emendandi rationes tutandas commendandasque munirem. Non est enim is scriptor Plautus, quo cum ea, quae tantis hodie laudibus mactari solet, religione ad ipsorum codicum fidem conformato

focisse operae pretium videare. Praeterea fateor ingenita indole eo animum meum duci, ut paullo uberiore commen- tandi genere, quam quo opus habere peritiores videantur, illorum potissimum usibus consulam, qui sese fingere ad hanc artem et disciplinam cupiunt. Igitur quae et qualia vitia cum *CD* traxerunt, sublata ea in *B*, tum *B* vel solus vel cum *CD* traxit sublata in *A*, tum sibi propria *A* habet non propagata in *B* vel *BCD*, eadem et similia nostrone iure existimabimus et in *A* residere non sublata in *B(CD)*, et in his exstare non sublata in illo, vel ut pluius dicam, codicum *ABCD* sive omnium sive (ubi deficit *A*) *BCD* tantum communia esse? Nostrone igitur iure videbimur, etiam ubi nihil in libris Indicii, vel interpretum additamenta expulisse vel librariorum incuria ortas lacunas supplevisse vel turbatum ordinem reconciunasse vel litterarum syllaba- rumque permutatione depravata redintegrasse? Et horum quidem generum primo memorabile est aliquanto gravius priores partes Trinummi quam posteriores affectas esse ut tanquam elanguisse interpretantium et intelligendi com- moditati succurrentium studium videatur. Quod et supra commemorata probant et praeter codicum auctoritatem sive a nobis sive ab aliis indagata haec glossemata: v. 130 *aut quid interest*; 169 *magis* adiectum *adesuriuit* verbo; 209 *tamen*; 232 *ad aetatem agundam*, quae e v. 229 mole- stissime iterata esse apparet; 238 *blanditur*, quam vocem prope nullo intervallo excipit *blandiloquentulus*; 239 *sq- auarus*, *elegans*, *blandus*, *inops* ab Hermanno expuncta; 264 *atque*, 309 *dum*; 495 *an* et 750 *set*, deleta iam in *FZ*; 527 *a me*; 559 et 717 sive *quidem* sive *hercle*; 660 sive

LXX

dicta sive *corde*; 681 *uis*, 837 *tua*, 943 *eho*; 1054 *ipsa*, quod vel positio, quae in aliis codicibus alia est, suspectum reddit: integris autem versibus comprehensa glossemata (vel in versuum speciem postea transformata) 48 sq. 74. 93. 263, ubi in *CD* demum accessit *enim*; 312. 368 et inter 427. 428 medio, quos item alius in aliis libris ordo, qui saepe interpolationis indicio est, ficticios prodit; postremo v. inter 788 et 789 medio. Quorum versuum eos, qui misere consutis pannis ne ad numeros quidem recte incederent, a Plautinorum continuitate prorsus exclusos in annotationem reieci, pariter atque ab ipso *A* iam omissum illum qui post v. 72 legebatur: reliquos, qui ad versuum similitudinem aut aliquo aut probabili (ut 312) successu redacti essent, cancellis inclusi. Ceterum non glossematum in numero habendos, sed errore librariorum iteratos esse, qui in libris omnibus leguntur post v. 704 et post 705, unusquisque perspicit, quanquam ex parte tantum Italus corrector perspexit cum Merula.

Quod autem singulari diligentia eorum, quae vel exciderint in codicibus vel transpositionem passa sint, exempla superiore capite composui, et consulto quidem praetermissis quorum iudicatio e subtiliorum legum metricarum prosodiacarumque doctrina penderet, id vero ita institui, ut ab exploratis indubitatisque profectus certa ratiocinandi via possem ad ea progredi, quae cum metrorum disciplina universa coniuncta omnium maxime esse controversa scirem: quando illis ipsis duobus generibus metrorum ut depravatio ita emendatio maximam partem continetur. Et omnium quidem uberrimum in Plautinis fabulis corruptelarum fontem iam

olim dixi non fuisse alium nisi quod, cum in familiari sermone plurimae voces vel abesse vel accedere vel vario sese ordiue excipere nullo sententiae atque adeo elegantiae detrimento possent, horum nihil non librariorum quoque levitate imprudenter admitteretur saepissime. Quod si ita esse conceditur, ut concedi multitudo exemplorum iubet, quo tu miro atque adeo prodigioso casu illas mutationes putabis tantum ad numeros corrupendos nunquam valuisse? Et tamen qui, ubi vel ad sententiae integritatem vel ad grammaticam rationem aliquid desideratur, non defugere vel transpositionem verborum vel adiectionem solent, simul atque ventum est ad metrorum conciunitatem, easdem emendandi artes nescio quo fastu perhorrescunt quave superstitione eis adhibitis piaculum fieri clamitant. Verum hos quidem mitto in praesens, ad metricas disputationes infra reversurus: quibus tamen pro fundamento esse hanc ipsam ratiocinationem volo, qua me etiam tacentem uti recordandum erit. — Vt autem interpolationem, ita lacunas quoque atque transpositiones non est mirum a singulis vocibus ad integros versus pertinuisse. Ac de lacunis quidem gravioribus exposui capite II: transpositorum autem praeter codicum fidem versuum exempla habes v. 320. 369. 577, 578, 590. 765 sqq. 879. 889 sqq. 1020. 1054. 1114: de aliis, ut 336. 415. 660 sqq. 719 sq. 1172, aut non potuimus aut non ausi sumus Acidalio, Hermanno, Bothio, Meiero assentiri. Quarum transpositionum cum paucis verbis ratio reddi nequeat, malo nunc de earum caussis nihil quam parum dicere: quas quidem sua quemque meditatione facile assecuturum confido. Lacunas autem quod non soleo significare,

nisi ut simul supplendi experimentum faciam, id non vereor ne quis ita interpretetur ut vel ambiciosius vel iusto confidentius factum videatur: qui non ullo pacto verbis velim exempli caussa propositis, sed ipsi de aliqua lacuna coniecturae fidem facere, idque ut certae viae demonstratione fiat credam ipsius artis rationibus flagitari. Quanquam quaedam sane, minore verborum ambitu comprehensa, propemodum spondere posse videare: ut v. 1113 *absentis mei eri*, vel v. 1120 divinando revocatum *domi* in fine versus, quando extrema potissimum versuum vocabula non raro elapsa sunt (ut v. 841. 1059): fortasse etiam redintegrata initia mutilorum versuum 945 sqq. Sed v. 130 sane excogitari complura possunt pari probabilitate. Confirmant autem aliquoties supplendi fiduciam ipsorum codicum singularia vestigia, velut cum in *B* vacuum spatium v. 885 inter *ire* et *occipias* relictum est (prorsus ut v. 986 pro servatis in *B* litteris *fo an tu is* vacuum spatium in *CDE*, vel in his solis spatia ab initio versuum 945 sqq.) quod explevimus *hercle* particula, quae non raro liberiore collocandi genere mediae constructioni interponitur, e. c. 457. Vel cum v. 245 mira discrepantia *abi* pro *ibi* *A* exhibet eo in loco, cui aliquid deesse metrum arguat: unde *abi* litteras interpretati sumus ex *a[ique i]bi* residuas: similiterque alibi similia, e. c. *rem [ia]m enixe* effectum e *rem menixe* quod in *B* est v. 652, vel *sponden t[u]* e *spondent* 1157, vel *saginat[um] erus* e *saginat[um] merus* 722, *aducti a[d]* ex *aductia* 933. Quod sicubi talibus iudiciis vericareremus, sua sponte intelligitur illud fuisse imprimis curandum, ut quae excidisse conliceremus, eis ab litterarum

potissimum similitudine vicinorum vocabulorum quanta maxima posset probabilitas parata esset. A qua parte velut haec commendari putamus: *quicum una aetatem exigit* v. 15 (plane ut Capt. III, 5, 62 *quicum una a puero aetatem exegeram*), *dotem olim* 158, *eius sapiis* 242, *miseros misere* 268, *facile fecisti* 269, *imbuas eis* 294, *consilia considant* 300, *i modo: nullo modo* 586, *eum cum* 700, *id adolescenti* 781, *probari ei* 813, *ego ergo igitur* 818 (prorsus ut v. 756), *Calliclem quem* 874 (ubi relativo pronomine ad commodam enuntiati conformationem non minus aegre careas quam v. 949), *cum sum* 879, *quid id est* 889, *memet* 913, *quia tu cum* 1018, *ueteres ueterum mores* 1028, *in maiore* 1029, *strenuos nunc* 1036, *eo ego* 1123, *consilia uobis uostra* 1155, *miseria una uni* 1185.

Litterarum syllabarumve similitudo cum non minorem vim in quarto genere habeat, quod variis permutationibus depravata complectitur, tamen non est animus haec nunc singillatim persequi et in talibus morari qualia sunt v. 1108 *morae cito e moracii effectum*, 1067 *miser summeis e miseru meis*, vel ingeniose ab aliis inventa *Eum alii di isse* 944, *Ceterum* 994, *collicrepidae* 1021, *nugacissime* 819, alia. Vnum illud designo, in Plantinis quoque ut latinis libris omnibus non fuisse efficaciorum vitiorum causam quam relativarum formarum illarum affinitatem, quales sunt *qui, que, quo, quod, quoi, quos, quis, quia, quin, quom, quam, quando, quoniam*, permutatae illae inter se locis innumerabilibus, velut huius fabulae v. 402. 437. 504. 529. 566. 638. 822. 823. 900. 904. 967. 978. 1050. 1051. 1056. 1063. 2092: quorum versuum parti pristina scriptura eadem-

LXXIV

que ab ipso Plautino conformandarum enuntiationum more praestabilior Ambrosiani demum beneficio restituta est. Hoc igitur confidentius vel sententiae numerorumve ratione iu-
bente vel suadente constructionis commoditate atque con-
cinnitate talia reposuimus ut v. 85 *qui pro quod ad Ioui*
rejatum, simillimoque exemplo v. 940 *caput amnis qui*, non
quod, item v. 492 *quam quom*, non *qui quom*, eiusdemque
generis alia. Evanuit nunc tandem etiam soloecum illud
qui ego v. 848, cuius in locum *quia ego* ex *A* revocatum:
nam frustra fuerunt qui illud collatis v. 929. 937 defende-
rent, quibus *qui ipse*, *egomet* et *qui*, *egomet* interpungendo
dirimenda fuerunt. Nec plus fidei prava pronominum con-
sociatio *quorum eorum* v. 1023 habet, quae *διπλογραφία*
est ut v. 33. Item reiectaneum *qui pro quis* in interrogando
v. 929. 1083: contra pro *ecquis* revocandum *ecqui* cum
saepe apud Plautum alibi tum Trin. 870.

CAPVT VIII.

Sed ne delabi ad vulgaria dicar, his nunc relictis id
potius agam fructu ut arbitror paullo maiore, ut iam non
discretis emendandi generibus totam fabulam a nobis ut
potuimus purgatam percurram ex eaque per saturam nota-
biliora proponam, unde aliquid profecisse scientia linguae
latinae videatur.

Ac nova vocabula vix dubia emendatione prodierunt
v. 692 et 693 *lutitant* et *conlutitet*, cum ficticiae *lu-*
tulare et *collutulare* formae, quas ne codices quidem satis
tuentur, rationem non habeant. — Non magis recte factum

v. 977 *recharmida*, quod esset 'rursus indue Charmidis personam': cui cum contrarium dicendum fuerit, requiri *decharmida* intelligitur. — Contra e librorum vestigiis v. 912 suscitatum *recommentatus* non plus dubitationis habet quam tribus post versibus positum *recomminiscor*. — Misere languebant versu ἀμετροπᾶτω 1118 iuncta *adsequitur subsequitur* verba, quorum prius ne exemplum quidem habet intransitivae significationis: *adsecue sequitur* posui (nam *sub* natum e contiguo *subit*) memor Plautini versus apud Varronem de l. lat. VI, 73 praeclare ab Lachmanno emendati in Welckeri Naekiique Mus. phil. Rh. t. VI, p. 120: *ne sequere adsecue Polybadisca* e. q. s. — Negatum est auctorem habere *numne*, quamvis frequententur *anne*, *utrumne*: illud scripsi v. 922, etsi potueram *numnam*, quia unum in promptu est certum exemplum Poenuli v, 2, 119, ubi quod vulgatur

Et te moneri num neuis? — Sane uolo:

sententia ipsa flagitat ut in *numne uis* mutetur. — *Nempe enim* ausus sum quanquam posterioris latinitatis auctoritate v. 61 introducere, sed et ad Megaronidis sensum aptissime et alibi quoque permutatarum *namque*, *neque*, *nempe* vocum (ut v. 278) exemplo: nam quod libri produunt, *namque enim*, numquam adducar ut defendi posse *quia enim* particularum consociatione putem, quae est diversissima. — Reconditiorem *sectius* pro *secius* formam, cui fidem facit Varronis apud Gellium XVIII, 9 testimonium, non dubito quin v. 130 vere indagaverim in librorum memoria *secutus*, quanquam eo ipso Menaechmorum (v, 7, 57) loco, quo utitur Varro, non servatam in nostris libris. Nec alibi eius

vestigia apud Plautum hodie supersunt: nisi forte eo spectare dicas *setius* scripturam, quam Cistellariae IV, 2, 24 B exhibet. Nam quod Trinummi v. 396 Gulielmus suasit, *sectius nihilo facit pro factius n. f.*, ferri ita tantum posset, ut simul *ille* pronomen accederet, quo ad *filium* id enuntiatum referretur. — Paucis *coepio* praesentis exemplis novum accessit v. 1052 *coepias*, effectum a nobis e planissima Ambrosiani codicis scriptura COAPIAS. Quae ipsa satis memorabilis est propterea, quod fuerunt qui e *con* et *apio* sive *apo* derivatum esse *coepio* dicerent. Quod si probabiliter opinarentur, haberent quo percommodo firmamento conjecturae suae uterentur. Quos ego sequi non sum ausus, ut qui rationem non perspiciam qua e *co* et *ap* non *copio*, ut *copula*, sed *coepio* (tanquam *coepula*) ortum dicam. Idem *coëpi* vix ac ne vix quidem adducor ut tribus esse syllabis a Plauto pronuntiatum credam: quamvis esse pauca quaedam exempla sciam aliqua specie veri in hanc partem valentia, verum eadem ut puto fallentia. — Sed vere ab *ap* stirpe ductum *aptus* rara veri participii potestate v. 658 a poeta positum esse Ambrosianus persuasit OTI • APTUS praebeus, una tantum inter I et A littera interiecta, pro ceterorum librorum scriptura *otio captus*: quae ut interpretandi studio debetur, ita ad metrum non potuit nisi inverso verborum ordine accommodari. — Contra libros *quidem* pro *e quidem* particula non ad primam personam relata reposui v. 352. 611 et reponam in ceteris fabulis ubique. Quam formam quamvis acri contentione cum alii tum nuper Handius*)

*) Qui quem Beroaldi codicem Plautinum cum alibi tum in hac dis-

Tursellini t. II, p. 425 sqq. omnium personarum esse communem pronuntiarint, tamen Plautino quidem usu persuasissimum habeo cum Bentleio (in Ter. Heaut. IV, 1, 19 et Adolph. V, 3, 65) a reliquarum praeter primam societate prorsus excludi. Id ut recte a me sentiri demonstrarem, exempla ab Handio prolata breviter persequar. Et Persae quidem IV, 4, 87 *equidem* ab Ambrosiano libro prorsus abest, pro contiguo autem *miseret* septem litterarum spatia sunt cum ET syllaba: unde sic versus restituendus:

'Ita di beue me amént, sapienter: átque me miserét
tamen.

Stichi II, 2, 5 ex eodem libro pro *equidem* recipiendum *me quidem*, reliqua sic reconcinnauda:

Nám me quidem miserébat harum: 'Ergo auxilium pró-
pere latumst.

Atque etiam ubi licet *equidem* cum prima persona construere, tamen non raro *quidem* substitui codices iubent, ut Stichi II, 1, 4:

Me quídem iam sat tibi spéctatam censébam esse et
meos móres:

ubi [*una*] *me quidem A* (cui reliquorum quoque emendatio debetur), [*una*] *m equidem* Palatini. Aululariae autem II, 1, 18 nec *quidem* nec solum *equidem* est in libris, sed praeter versus rationem *te equidem*: ubi quo vitio *te*, eodem etiam proximum *e* illabi potuit, quod adeo abesse ab aliis codicibus ipse Handius dicit:

putatione p. 431 commemorat, deterrimus est eiusdem, cuius *F* noster, generis.

LXXVIII

Tu: Tūne ais: Si negás nego: Decét quidem uera
próloqui.

A metro trisyllaba forma respuitur etiam Persae IV, 3, 76,
ubi *'Ea quidem edepol liberalist* scribendum: item Men. II,
2, 35. III, 3, 27. Rud. III, 5, 47:

Insánit hic quidem qui ipse maledicít sibi.

Di mé quidem omnes ádiuuant augént amant.

Haec quǐdem Palaestra quac̄ respondit nón meast.

Asperrimos numeros eiecto *equidem* Hermannus perpoliuit
Bacchidum v. 934:

Quadrigéntos filiós habet, atque ómnis lectos sine probro:
quibus *quidem*, non *equidem*, ab interprete ascriptum. Per-
sae II, 2, 5 non sunt *equidem si scis tute* iungenda, sed
equidem particulae constructio per proximum versum con-
tinuanda:

'Equidem, si scis túte quot hodie hábeas digitos ín manu,

'Egon dem pignus técum?

sic enim haec scribenda ducibus libris, in quorum A EGONO
... GNUS apparuit, in B est *Eoondem pignuf*, in C quod
vulgatur *Eodem pignus*: non autem profecto plus offensio-
nis habere inter se dirempta *equidem* - ego videbuntur quam
Merc. II, 1, 40 iuxta posita: *Amavi hercle equidem ego
olim in adolescentia*. Inauditum est autem ea potestate, qua
nos *und zwar* dicimus, positum *equidem* pro *quidem*: quo-
circa haud cunctanter Epidici IV, 2, 33 reponendum '*Adu-
lescentem quǐdem dicebant émisse*. Restant tria sola exem-
pla (quando Trinummi v. 352 *equidem* non est Palatinis
cum A commune), horumque duo ita comparata ut, quem-

admodum in reliquis prope omnibus (*me quidem, decet te quidem, atque e quidem, adolescentē quidem*), contiguam e litteram causam fuisse erroris appareat, Mil. III, 1, 54. Trin. 611:

'Atque [e]quidem plane educatum in nutricatu Venerio.

'Atque [e]quidem ipsus ultro uenit Philto oratum filio.

Ecquis igitur iam dubitabit Stichi quoque versui IV, 1, 48 *Dum quidem hercle quod edant addas* reddere usitata dum particulae, ut Trin. 58, intentione? Non recurret opinor furca expulsum *equidem*.

Ab horum, quae esse certa putem, societate segreganda sunt, de quibus volo ab aliis doceri. Velut cum crebrum esse Plantum glossarum reconditorum usu constet, quarum multae in nostris libris obscuratae sunt, erit fortasse qui pro eo quod v. 492 vulgatur *salillum* tale vocabulum subministret, quod et in Ambrosiani memoriam SAT·L·...·M conveniat et hiatum ita tollat ut non opus sit *animat* forma. Vtinam igitur in vetustis glossariis illis, quorum nunc lautam editionem a G. F. Hildebrando parari laetamur, tale quiddam exstet, quale futuram sit velut *satullium*, a *satur*, *satullus* ductum, *satullium animae* ut sit animae plenum non salinum, sed omnino vasculum, cum salis potissimum notio ad sententiae vim minime requiratur. — Simile est quod v. 512 ex Ambrosiani vestigiis conieci pro *nutrice* aliud nomen aliquod sive in veteri lingua sive in vitae usu communi existitisse, quod a *TO* litteris inciperet: quale exempli causa proposui *toleratricem*, mallet exempli auctoritate positum. — Singulare sive vocabulorum sive significationum idem *A* etiam

LXXX

alibi non testis magis quam ambiguus index est, velut v. 335 exhibens ut videtur *praemandatum* pro *praedicatum*, et pro *nugatorias* v. 844 NAUL·TORIAS, quo quid faciam nescio, nisi quod non deberi calami lapsui intelligo. Mirum etiam v. 643 *anteversa* pro *anteporta*. — Versu tamen 644 (ut rursum ad paullo certiora transeam) haud scio an pro *uindex*, in quo corrigendo critici sategerunt, *tu obea* non sine probabilitate scripserim, quanquam litterarum similitudine non summa: quae vox impedimenti notionem etiam Persae II, 2, 21 habet: *commerandumst apud hanc obicem*. Nam vindicem quidem non posse ullo pacto eum esse qui violet contaminetve, non negant nisi qui desipiant: argutius est Bothianum *honoris uendax*: in Grovoviana autem construendi ratione vehementer languet inutiliter iterata sententia *ad quaerendum honorem*. — E vitae quotidianae consuetudine crediderim *epithecam* petitum v. 1025, quam interpretor aliquam *ἐπίδοσιν* vel *ἐπιμετρον*, vel ut Festi verbis utar apud Paullum p. 14 M., *auctarium*, quod *super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus vocatur in modio*: quo sensu ipsa *ἐπιθήκη* voce in simili ioco Aristophanes usus Vesp. v. 1391: *κάξέβαλεν ἐντευθενὶ ἄρτους δέκ' ὀβολῶν κάπιθήκην τέτταρας*. Nam in *apothecam* qui apud Plautum probarunt, quod a librorum fide proxime abest, nec hoc nomen ab horrei capacitate unquam esse ad cistellae significationem deflectum demonstrarunt, nec illud declararunt qua probabilitate Stasimum servum et possessorem dactyliothecae cogitarint, et ea usurum ad id condalium condendum, quod ipsum gestare in digito soleret. Nec ullo modo friget, si quid sentio,

servato epithecam Stasmi oratio: qui non illepedo acumine de rebus nihili, damno et labore, ita loquitur, quasi bono bonum dedita opera quaesitum accedat. — Ad ea, quae probabilitatem etiam sine exemplis habeant, me iudice illud quoque pertinet v. 887: *opus fartost uiatico*, quod e librorum memoria *factost* adeo sua sponte prodit, ut facile vincat longius petatum *face*: sive *fartum uiaticum* interpretare tanquam *reisefüllung*, *reisemast*, sive certum libi genus collata *fertum* forma. De substantiuo *uiaticum* cogitarunt, qui *et* infercirent: adiectiuum habes Bacchid. I, 1, 61, ubi *cena uiatica* dicitur. — Contra substantiuum, ut Poen. IV, 2, 16, non adiectiuum volui *uinarium* esse v. 888: ubi ut pro *uasculum uinarium* scriberem *uesculum uinarium*, item codicum me vestigia mouerunt, in quibus est *uixillum*: aegre enim perspicias, qui adeo obscurari planissimum et usu tritum *uasculum* potuerit. Non incommode, cuius significare exilitatem vellet, *uescum uinarium* dixit, de quo vocabulo Appuleii interpretes egerunt ad Metam. XI. init: deminutiuam *uesculus* formam et Festus testatur et in quibuslibet adiectiuis sermonis genus Plautinum admittit, quemadmodum alia quoque, ut *uenustulus*, *liquidiusculus*, semel tantum reperiuntur. Quo minus veritus sum pro *placide* v. 726 substituere *placidule*: praesertim cum adiectiuo *placidulus* etiam Ausonius utatur. — Paene oblitus sum repositum v. 820 *salipotenti* defendere, vel potius repellere per libros omnes propagatum *salsipotenti*. Quod quaero qui tandem tueare omnino, cum recte sane *salsum* esse mare dicatur, sed nec *salsum* nec *salsa* unquam in latinitate pro ipso mari dicta sint, ne ab iis quidem

LXXXII

poetis qui talium fuere feracissimi: ut *salsipotens* Neptunus non sit alius futurus nisi muriaticorum potens. Contra et *sale* et *salo* iam antiqua aetas dixit pro eo quod est 'mari'. Accedit quod parum profecto eleganter *salsipolenti Neptuno et fluctibus salis* laudes agi gratesque haberi dicuntur. — His ut tandem finem faciam — nam omnia exhausturo commentarius perpetuus scribendus sit — de corruptis v. 1021 nominibus propriis etsi aliorum iudicia expeto, probabiliter tamen et *Chiruchus* inventum puto et de *Cercobolus* dubitatum, quia ab eadem κέρκος voce factum nomen *Cerconicus* praecedit: quod etsi ad ipsam furatrinam non valet, tamen ut liberiore iocandi genere lusum vix ausim sollicitare. Quodsi repositum *Cricolabus* non est dissimile veri, consequens est ut tueri liceat trochaicam mensuram contigui nominis, quod in libris scribitur *crinnus*: non insulse igitur *Crimnus* dici visus tanquam famelicus κρίμνους h. e. micis panis ipse intentus. In hybridae vocis speciem ut alia apud Plautum fictum esse *Collabus* potest (quando de κόλλαβος nemo cogitaverit), quanquam non vacans dubitatione. Vt non inepte hoc exemplo totum versiculum vernacula lingua imitere:

Haltefest war's, Schwänzelsiegerich, Krümlein, Ring-
freund, Greifezu.

Quoniam in nominibus propriis versor, libet etiam *Callimachum* et *Chariclem* commemorare, quae nomina ut alii usitatiora v. 917. 922 invexi.

Addam his pauca ad locum de constructione pertinentia. Accusativo iunctum, non dativo *obrepere* verbum, qua constructione in prologo Poenuli v. 14 dictum *tacitum te*

obrepet fames, Ambrosianus praestitit etiam Trinummi v. 61
 M. INPRUDENTEM exhibens pro *mihī imprudenti*: unde con-
 sequens fuit ut etiam v. 974 non *mi*, sed *me* insereretur. —
 Contra dativus requirebatur v. 558 *os cui sublinat* pro *cu-
 ius os sublinat*: constanti enim loquendi consuetudine *su-
 blini os alicui* dicitur, non *alicuius*. Et illuc spectare
 ipsa Ambrosiani scriptura cuius videtur, quorum tantum
 ordo invertendus. — *An eo egestatem ei tolerabis*
 v. 371 certissima correctione effectum est ex *egestatem et
 tolerabis*, praesertim cum in A post EGESTATEM aut E
 tantum aut I sequatur. Hinc igitur profecti corruptis v. 338
 numeris *tolerare eius egestatem uolo* maluimus servato ver-
 borum ordine qui in A est, *eius* autem in *ei* mutato suc-
 currere, quam cum parte librorum transponere *egestatem
 eius*. Quae transpositio si cui ab ipsa numerorum concin-
 nitate elegantior videbitur, vel sic dativus tamen tenendus
 crit *egestatem ei uolo*. Nec enim eodem carere ullo modo
 possumus v. 358, ubi Philtoni sic vulgo interroganti: *Cuius
 egestatem tolerare vis* — Lysiteles respondet: *Lesbonico
 huic adolescenti Charmidai filio*. Ergo *cuius* convertendum
 in *cui tu erat*. — Contra nullus dativo locus v. 1126:
*Neque fuit neque erit . . . cui fides fidelitasque amicum erga
 aequiperet suam*. De intransitiva vi *aequiperare* verbi
 minime constat: quando et in Pacuvianis apud Nonium
 p. 307 verbis *ut ista sunt promerita uoſtra, aequiperare ut
 queam Vereor* cogitatione addendum esse *ea* intelligitur, et
 eiusdem poetae apud Gellium xiv, c: 1 versu

Nam si, quae eventura sunt, provideant, aequipe-
 rent Ioui

LXXXIV

valde probabiliter correctum est *aequiperem*. Sed esto, intransitivam vim tueatur Pacuvius: at ita in Trinummi versu illud saltem non tacendum fuerat, quae tandem h. e. cuius fides nulli comparanda esset, scribendum igitur *tua* pro *suum*, externa probabilitate mediocri. Verum ne sic quidem vel in Plautinum loquendi morem illud convenit, ut nulli homini comparanda esse Calliclis fides dicatur pro eo quod est 'nullius hominis fidei', vel in legitimam cogitandi rationem hoc, ut, cuius praedicare fidem velimus, nullius comparandam esse fidei dicamus potius quam nullius fidem cum illa comparandam. Hae igitur me caussae moverunt ut confidenter sic repararem Plautinam elegantiam:

Quoius fides fidelitasque amicum erga aequiperet *tuam*. Nullam autem fidem habet v. 1153 a Nonio prodita constructio *dignus salutis*, exemplo in tot milibus prorsus singulari. Natum illud inde quod, cum verus ordo *salute dignus: immo* casu turbatus in *dignus salute: immo* transisset, tollendus esse hiatus videbatur. Quanquam ei scriptori qui nimiam omnino fidem habeas, quem demirere etiam *hoc aetate* e v. 1090 afferre ut masculini generis exemplum: quam ego scripturam e comparata *hoc aetatis* constructione ortam puto. — Vno verbo tangam falsas *idem* pronominis constructiones, revocata *item* particula emendatas v. 54. 1163. 1179. — Postremo aliquid expromam et exquisitius nec in meam laudem valens. Nam quae in vulgus sola cognita est particularum *sive (seu)* — *sive (seu)* coniunctio; comparanda ea graecis *εἴτε* — *εἴτε* particulis, eam sero intellexi in eandem partem variari atque *εἰ* — *εἴτε* est a Graecis dictum. Plana exstant, ut in his

nunc acquiescam *), optimorum librorum testimonia Curculionis I, 1, 4:

Si media nox est *siue* est prima uespera:

optimorum cum Ambrosiano Stichii III, 1, 18:

Ere, *si* ego taceam *siue* loquar, scio scire te, nisi quod pro *siue* praestat *seu* scribere cum Palatinis. Quibus quidem exemplis iam praesidium paratum est eiusdem libri in Trinummi versu 183 memoriae *si* — *seu*, quam cum tribuerem librarii incuriae, immerito neglexi. Suscepto autem *si* pro *siue* cum in illo versu, qualem conformandum duxi, una syllaba desideretur, durior autem pro Plautina

*) Non huc pertinere Pseudull I, 5, 129 apparet, ubi per sententiam ne licuit quidem *seu* pro *si* substituere. Eadem ratio Pseud. IV, 6, 9. Merc. II, 2, 40: neque enim in sponsione *siue* *siue*, sed *si* *siue* locum habent. Sed eiusdem scenae v. 85 oblitteratum vulgo loquendi genus ex *ABC* sic revocamus:

Si canum seu istuc rutilumst *siue* atrumst, amo:

ubi *rutilumst* pro *rutilum A* servavit, correptum autem ante vocalem *seu* nescio an non sit sollicitandum. Alioqui licebat *si* substituere: quas enim hoc genus varietates admittat, docere Amphitruonis versus IV, 3, 15 sq. possunt, sic nisi fallor restituenti:

Siue ancillam, *siue* seruom, *si* uxorem, *si* adulterum,

Si patrem, *si* auom uidebo, eum obruncabo in aedibus:

ubi *se* *adulterum* ipse *B* tenet. Vtor hac occasione, ut etiam de prologi versibus illis 69 sqq. breviter meam sententiam significem. Quorum constructionem sic inter se distinctis enuntiatorum membris plauam facimus:

Nam si qui ambissent palmam hic histrionibus: —

Si quoquam artifici seu per scriptas litteras

Seu qui ipse ambisset seu per internuntium:

Siue adeo aediles perfidiose quos dunt: —

Sirempse legem iussit esse Iuppiter.

simplicitate haec sit verborum collocatio *Haec si sunt recte, seu peruorse facta sunt*: non magis autem tolerabilis enuntiationum nullo vinculo nexarum hiatus, si servato, quem libri prodidere, verborum *Haec sunt si (seu) recte* ordine hos sese versus excipere statueris *Haec sunt, si recte seu peruorse facta sunt: Ego me fecisse confiteor* —: haec igitur omnia cum ita sint, consequens esse video ut a Romano sumpto pronomine relativo et rationi et concinnitati sic demum satisfiat:

Haec sunt, si recte seu peruorse facta sunt,
Quae ego me fecisse confiteor, Megaronides.

Tantum de his. Ad eum autem locum grammaticae, qui est de analogia, haec pertinent quae infra posui. Primum omnium *tis* genitivus pro *tui* praeclaro Ambrosiani testimonio servatus v. 343. Qua forma etsi non dubito quin multo saepius poeta usus sit, tamen coniectura eam revocare vix unquam licebit, quoniam, si a paucis exemplis ut *Milit. iv, 2, 42* recesseris, ad metrum nihil interest *tis* legatur an *tui*, quod ipsum et bisyllabum esse et monosyllabum potest. — De masculini generis nominibus dubitari solet, *ae* genitivi in *ai* distractionem num pariter atque feminina admittant. Litem dirimit talium evidentia qualia sunt v. 359 *Charmidai filio*, v. 1183 *Calliclai filia*, quo vel vestigia librorum ducunt: nam aut CHARMIDI aut CHARMIDE est in *A*, *callicli* in *BCD*. Quibus in praesens unum tantum exemplum addam ex Epidici versibus II, 2, 59 sqq. turbatissimis vulgo, sic autem Ambrosiani codicis auxilio reconcinnandis:

'Quam facile et quam fortunate illi euenit, óbeecro,
Múleri quam liberare uólt amator: quisnam is est'?

'Inquit altera illi. ibi illa nóminat Strathíppoclem

Périphanai filium. — Hercle périi: quid ego ex te aúdio.

Vbi similiter PPRIFANI scriptum in *A.* — Ad eadem masculina nomina spectat quod v. 928 non dubitavi *Rhadamam* accusativum probare: quam formam et ratio, quae in eo genere universo regnat, tuetur et nisi fallor Charisii auctoritas firmat. Nam cum *Calchae* genitivum Plautinumque ablativum *Calcha* et similia cum illo Priscianus VI, p. 702 et Probus Putschii p. 1467 testentur, quid tandem esse dicamus quod his dissimillima forma, et quao veteris atque antiquae latinitatis speciem domesticam minime habeat, *Calchan* miscetur Charisii l. I, p. 50 his verbis: 'Inueniuntur tamen quaedam peregrina quae cum incremento syllabae declinantur, ut Calchas Pallas Atlas Gigas: faciunt enim Calchantis Pallantis [Atlantis] Gigantis: quamuis antiqui ut Pacunius et Plautus *Calchan* dicant, non Calchantem'. Apage declinationem a Pacuviani Plautinique sermonis indole non minus quam graecanica *Pythagoran Aenean* alienam, uniusque lineolae accessione confidenter reponere *Calcham*. — Denique vocativum talium nominum, quale est *Charmides*, negavi ad v. 617 in *e* extire apud Plautum. Cuius sententiae causam habeo locupletissimam, quod exempla non exstant illius declinationis, sed constantissimo praeter unum illum versum usu *Charmides Callicles Megaronides Lysiteles Philolaches Apocides Pleusides Stratophanes Strathippocles* (nam interaspirationem *A* expressit), et si quae sunt similia, etiam pro vocativis sunt. Oppones

LXXXVIII

frequentatum in Milite glorioso *Periplectomene*, idque adeo iuxta posito *Pleusides* III, 1, 16:

Euocabo: heus Periplectomene et Pleusides, progredimini. At ea ipsa societas augere suspicionem et monere de naevo debebat. Non magis enim a nominativo in *es* terminato factum *Periplectomene* quam *Eutyche* in Mercatore, quod ab *Eutyclus* ducitur. At vero *Periplectomenus* ratione caret. Caret vero: quaerendum igitur quod congruat rationi. Recte autem se habere duo sola possunt, aut a περιπληκτόμενος factum *Peripleptomenus* aut a περιπλεκόμενος *Periplecomenus*. Non ambiges opinor, utrum ad ipsam indolem lepidi senis esse aptius dicas. Ratiocinationem autem nostram una ex parte planissime confirmat codicum auctoritas, qui non tantum in quinque scenarum inscriptionibus, sed etiam in eo loco fabulae (III, 2, 56), in quo nominativus *Periplectomenes* inde ab aliquot saeculis vulgatur, ipsam *us* terminationem testentur. Sed eosdem sanè alterum vitium omnes insidet: nisi quod per dubio iudicio veri semel *periplectomene* scriptum est in *CD* II, 2, 15. Disparis tamen his omnibus *Lache Chreme* formae: de quibus, quoniam id ad Plautum nihil pertinet, nunc non dicam. — Supersunt alia de quibus non inutile fuerit olim dedita opera disserere, ut controversum illud *hiscæ* v. 877: vel non controversae et tamen a Ladewigio nuper addubitatae formae *peruenam, conuenat* (v. 582 reposita): vel *fac* et *face* formarum (quibus praetermissum vulgo *gerè* Catulli xxvii, 2 addendum) mutua ratio v. 174. 1008: vel pro *ipsum ipsa* posita *eumpse eapse* v. 800. 950. 974 alibi: vel *honos* pro *honor* v. 663. 697: unum est autem

quiddam, quod iam nunc cupiam non ignorari a grammaticis. Nam cum frequens sit in antiquo sermone genitivorum in *um* exeuntiam usus, quos ex *orum* contractos dicunt, ut *celatum* v. 241, *nummum* 954. 966. 970, *nummum aureum* 1139, *nummum Philippum* 959: tum in his quaedam sunt, quae a Plauto quidem nunquam non contracta forma dicta sint. Non *Philipporum* tantum vel *Philippeorum* inauditum: sed si quid video ipsum *nummorum*. Quae forma cum v. 848 in *nummum* mutanda fuerit iubente post receptum ex *A* quia metri necessitate, unum solum restat quod trisyllabum genitivum tueatur exemplum v. 152: *Nemost: nummorum Philippeum ad tria milia*. Numquid igitur dubitabis parvula immissa syllaba hoc quoque velut sic de medio tollere:

Nemo hic est: Nummum Philippeum ad tria milia — ? Contractio autem illa cum non sit masculini generis finibus circumscripta, sed rarioribus exemplis etiam ad femininum pertinens: quemadmodum unum ipsi libri suppeditant *drachumarum Olympicum* v. 425, ita sine libris alterum accessit v. 1052 *duum rerum*: quod ut pro *duarum* substitueretur flagitabat reposito *coepias* mutata versus ratio, suadebant autem *duum* formae pro *duorum* potestae exempla cum e Naevio et Frontone a Charisio p. 101 sq. excitata tum apud ipsum Plautum Men. III, 3, 18 existens *duum nummum*. — Possum his alia addere: quintae declinationis genitivum *e* pro *ei*, secundae *i* pro *ii*, accusativum tertiae *is* pro *es*: nisi haec pervulgata sint. Itaque tribus verbis dicam, quam in his viam tenuerim. Et in *ii* quidem terminatos genitivos ut *ingenii* nihil quicquam praesidii habere tantum tironum

caussa moneo, quanquam video etiam provectiores aetate tirones esse. — *Fide, die* etiam contra libros scripsi, ubicunque bisyllaba forma metrum opus habet: absurdum est enim, quorum vocabulorum commodas metro formas ipsa lingua finxisset, eorundem metro incommodas praelatas a poetis credere et per inutiles alicuius licentiae ambages eo perventum esse quo posset recta via perveniri: absurdum synzyzi in binas syllabas contracta *fidei, sciebam* (ut v. 657) tueri, cum *fide, scibam* formarum vis et ratio non sit alia nisi ut vitae usu probatam bisyllabam pronuntiationem imitando ipsa scriptura assequeretur. Quae quidem ratiocinatio in alias quoque partes artis Plautinae patet latissime, velut in *nil, mi, nec, sat, ditiis* pro *nihil, mihi, neque, satis, diuitiis* (v. 682. 829.). Et *fide* pro *fidei* *B* servavit v. 117. Vnum *rei* non sum ausus *re* scribere e. g. v. 119, ut cuius scripturae testimonium non repperim: et possunt in uno monosyllabae vocis exemplo aliud ipsi veteres probasse. — Nec e librorum potius memoria, quae propter causam capite I. significatam dici nequit quam sibi non constet in hoc genere, quam e rationis probabilitate pendere volui in accusativorum scriptura *aedis hostis cuius auris mensis artis omnis pluris uenalis*: sed ut non magis quam accusativos *aedes omnes*, probarem in libris reperta *uersus melioris facit* v. 707, vel nominativos *plerique omnis* 29, *omnis mortalis* 212. — Postremo quoniam praevideo fore qui de *d* illo ‘paragogico’, in quod infestius nuper Hermannus consuluit praef. in Bacch. p. vii in ipsaque fabulae huius *διορθώσει*, iudicium meum sciscitentur: etsi hanc rem quasdam habere cautiones puto, quas alibi

aperiam, tamen generatim definiri hoc potest ut exploratissimum, in Plautinam artem ex antiquitatis consuetudine sola *med* et *ted* pronomina transisse nullo ablativi accusativique discrimine, alius vocis eodem incremento auctae nullius vel fidem vel vestigium esse, ne gemella quidem *sed* forma excepta. Quam rationem unice veram rectissime idem ille Hermannus per totum Elementorum librum tenebat. In Trinummo addendi *d* caussam non inveni praeter *ted* v. 311: quocum cf. annot. v. 582. 613. Sed his sentio me iam ad proximum caput advocari.

CAPVT IX.

Peculiari enim capite visum est genus omne orthographicum paucis complecti. Quod cum valde lubricam tractationem in omnibus, tum magis lubricam in tam antiquo scriptore habet. Ac veram Plautinae aetatis scribendi consuetudinem qui ratiocinando indagatam Plautinis comoedii nunc obtrudere instituat, verendum sit ne non multum ab simile Homero Paymiano monstrum editurus sit. Quanquam vidimus qui velut his tanquam Musarum deliciis venereisque amoenitatibus legentium oculis blandirentur:

Floorem aeglaabant Leiberei exs carchesieis.

Egoo puerom indam ancilai lactentem meai.

Tum autem lasceiuom Neereei seimom pecus.

Sed his missis Saliorum cruditatibus horridulaque senatusconsultorum solennitate columnarumve robigine id potius agamus ut, qualem aliquanto politior aetas Plantum legisse videatur, quoad eius fieri possit recuperemus. Neque enim

dubitandum quin ea aetate, qua criticae recensionis h. e. legitimae ἐκδόσεως certo consilio susceptae et ad artis rationes paratae beneficio posterorum commodis consultum est (quam ego aetatem non minore quam duorum saeculorum intervallo ab ipsius morte poetae discretam suspicor), etiam scribendorum vocabulorum antiquitas partim iam evanida fuerit in Plautinis exemplaribus, partim ad recentioris consuetudinis normam dedita opera sit deflexa. Quanquam vel sic quaedam sane ipsius vetustatis vestigia sive casu relinqui sive servari consilio potuerunt: quo fortasse *exolatum* illud pertinet pro *exulatum* (ut *consol* antike pro *consul*) in Ambrosiano repertum Trin. v. 535, praesertim cum etiam Mercatoris III, 4, 6 *exsolatum* in *B* sit. Verum etiam Tiberiana Neronianave aetate probata grammaticis scribendi ratio nemo nescit quam sit difficile, qualis tandem fuerit, certo definire, cum illa ne in antiquissimos quidem codices nostros ita propagata sit, hi ut non e posteriorum contagione saeculorum novicia multa traxerint. Hinc trium aetatum successiones, nostrorum testium memoria mixtarum, quantum fieri possit discernere iubemur. Velut, ut exemplis utar, cum primae aetatis fuissent *aruorsum oiniuorsei sequontor* *obiciunt ploirumos poplicai claseis* formae, mediae fuerunt *aduorsum, uniuorsei* vel *uniuorsi, sequontur* vel *secuntur* vel etiam *sequuntur, obiciunt, plurumus, puplicae* vel *publicae, classeis* vel *classis*, tertiae sunt *aduersum uniuersi sequuntur obiciunt plurimus publicae classes*. Has tamen aetates propriasque earum formas cur non liceat sat certis inter se finibus discriminare, tria potissimum in caussa sunt: primum, quod et pronuntiandi et scribendi ratio non

repente, sed paulatim immutata est ipsaque vitae consuetudine non potuerunt non eodem tempore diversae vocabulorum formae sui vicariae tamdiu in usu esse, quamdiu non prorsus abolita antiquiore sola regnaret recentior; alterum, quod discrepans de multis ipsorum doctrina grammaticorum fuit, quorum studio ad certiores leges et aliquam aequabilitatem hoc genus omne revocatum est; tertium, quod fontium, a quibus ratiocinatio nostra omnis proficiscatur oportet, a librariorum socordia et incredibili inconstantia tam dubia condicio est, ut saepe non habeas ubi pedem figas. Nisi quod illud affirmare confidenter licet, praepostero iudicio in hac caussa universa orationis Milonianae editorem Guilelmum Freundium usum esse: qui e noviciarum formarum etiam in antiquis codicibus frequentia quam e priscarum sive item frequentia sive paucitate argumentari maluerit, hac autem via eo pervenerit, ut antiquas formas non esse antiquas, sed novas, novas autem esse antiquas sibi persuaderet: nam aliis vereor ut persuaserit. Ceterum quo vehementius de longe plurimis fluctuant codices, eo maiorem esse fidem eorum apparet, de quibus aut nunquam aut rarissimis exemplis eidem libri dissentiunt.

Haec igitur cum ita esse intellexissem, bipertitam esse meam in hoc genere operam omnem volui: ita quidem ut alia ad certae normae constantiam, qualem fere prabasse antiquiorum diligentia grammaticorum videretur, vel praeter librorum auctoritatem redigerem, servatis tamen si quae etiam vetustioris aetatis vestigia resedissee suspicarer: in aliis inconstantiam scribendi sciens probarem, sive codicum me fidei mancians, quos ipsius antiquitatis inconstantiam

XCIV

repraesentare viderem, sive quod veterum exemplo, ut Quinctiliani, aliquid esse intelligendi commoditati tribuendum et concedendum hodiernae consuetudini arbitrarer: De priore autem parte reputandum est me non ex unius Trinummi documentis decrevisse, sed a memoria universa Ambrosiani Palatinorumque profectum esse: nequaquam enim par est fabularum condicio omnium, sed aliarum ratio alia. Praeterea illud recordandum, quod de Palatini *B* praestantia in orthographicis imprimis conspicua capite vi. dixi: qui codex antiquiorem scripturam saepissime servavit in Ambrosiano oblitteratam.

Vt a vario usu *u* litterae ordiar, primum autem de *qu* dicam, consentaneum erat et *qu* *qu* *qu* constanter et *quom* scribi cum similibus omnibus: nisi quod praepositionem et vidi semper *cum* scriptam et sic scriptam consulto tenui. In *A* non *qu* tantum saepe reperitur ut v. 404. 671, item (A)EQUM 175, QUIA h. e. *cuia* 45, quae scribendi ratio e certa doctrina grammaticorum nata est, sed etiam vitiosa QUUM AEQUUM saepissime. Ego *qu* litteras se excipere nunquam passus, ubi non reciperem *quo*, posui *cu* ut v. 392 e *B* *aecum*. Singulare est in eodem libro servatum v. 437 *quaequonque*. — Non magis *uu* litteras toleravi non praecedente *q*: sed quemadmodum v. 438 *mutuom* e *B*, ita sine libris idem v. 727. 758. 1050. 1055, *mortuos* 494. 496, *ingenuom* 662, *relicuos* pro *relicuus* (quod tamen in libris solet *reliquus* esse, quanquam illud agnoscit Cassiodorus de orthogr. p. 2290) v. 510 reposui. Exceptas tamen esse *tuus tuum suus suum* formas volui, a Plauti quidem ut puto aetate alienas, sed quae vitae usu frequen-

tatae prius potuerint quam cognatae subreperere: tuentur certe hanc exceptionem codices. — Par ratio eorum, quae non vocalem *u*, sed consonantem ante *u* habent. Vt igitur *nouom* v. 792 ex omnibus, *auos* v. 644 ex omnibus praeter unum Ambrosianum, *uolgo saluom seruos uiuont* v. 99. 180. 435. 1075 e solo *B* prodierunt, ita ne *ignauus* quidem v. 165 vel *uult* et id genus reliqua admisi. — Pro *ue* constanter *uo* amplexus sum in *uoster*, *uortere* cum sua progenie: in qualibus quam nihil valeant libri, docere v. 616 potest, sic scriptus in omnibus: *Vt agro euortat Lesbianicum, quando evertit aedibus*. Pertinet huc etiam *uotare* pro *uelare*, annotatum etiam apud Cassiodorum p. 2283, quod vel corruptelae codicum testantur v. 457. 474; et minus in vulgus cognitum *uorrere*, ut *conuorram* Stichi versui II, 2, 51 ex *A* reddendum: unde Trin. v. 409 *euorsi sunt nummi cito* scripsimus pro eo quod olim proponebamus *auorsumst argentum cito*. — Porro *u* pro *i* tuitus sum ut antiquius non in superlativis tantum et similibus ut *legitimus* omnibus, sed etiam in *lubet*, *clupeus* v. 596. 718, *cluentibus* 471, *manifestus* 895. 911, certissimo autem consilio in *adulescens*, cuius vicariam *adolescens* formam vix unquam boni libri sine discrepantia agnoscunt. Reconditius est *magnificus* Ambrosiani fide alibi certum: mirum autem nec a ratione defensionem habens, sed idem tamen testimoniorum multitudine extra dubitationem positum *surrupui* (ut *surrupuisse* Trin. 83) et *surrupus* atque adeo *surrupio* pro *surripui surreptus surripio*: fallatur enim, qui illorum insolentiam eo deflectat, ut corrupta e rarioribus *surpui surpuisse surptus* formis (ut v. 1023) suspicetur, quas

XCVI

non haberent qui expedirent librarii: cui quidem suspicioni et metrum saepe repugnat et *surrupio* praesens adversatur. Itaque hoc haud scio an ex prava, sed eadem vitae usu probata consuetudine suae aetatis Plautus susceperit, ut alia quaedam non minus memorabilia. — Praeter haec *u* tenui pro *e* in *agundae quaerundum conueniendus repetundi* v. 366. 646. 1122. 1133: *u* pro *o* in *elutum* v. 406, in *Acheruntem* 494. 525, et in *epistula* semper; *u* pro *au* in *frudaui* v. 413, de qualibus in Parergis dictum I, p. 541: denique *u* pro *y* in *Suri* v. 542. 546, *Illurica* 852. Et Plautum quidem nec *sycophanta* nec *Lysiteles* nec *Olympicum* nec *myropolae* scripsisse locupletibus testibus credendum est, sed pro *y* aut *u* posuisse aut *i*: nobis tamen in hoc caute agendum, quibus incompertum num forte, quorum assequi exemplum studemus, veteres iam critici usitatam sua aetate litteram in Plautum dedita opera intulerint, ut qua hunc ipsum usurum fuisse, si in promptu habuisset, haud sane inepte ratiocinari possent. Quanquam et *Suria* sane et *Musia* Donatus in Hecyr. I, 2, 8 testatur, et *Suria Suracusae symbola sycophanta* Cornutus apud Cassiodorum de orthogr. p. 2286. Libris tamen quod in hoc quidem genere non nimium tribuimus quamvis *lyfiteles* et *olimpicum* et *miropolae* scriptura ad aliquam speciem antiquitatis accedentibus, non culpabit factum, qui *i* pro *y* ipsius aevi tam esse proprium quam *e* pro *ae* cogitauerit. — Contra pro *u* littera *oe* servandum fuit ut e vetustiore consuetudine repetitum in *moenia* v. 687, et *inmoene* quod v. 24 soli Palatini prodidere, similiter atque alicubi memini *impoene* scribi: ad quorum tamen exemplum

haudquaquam vel *munus* alibi vel v. 350. 354 ipsum *im-*
munis conformanda duximus.

Vt reliquas vocales absolvam, et *cena* et *paenitet* (quemadmodum alibi *faenus*) ut scriberem, Ambrosiani me auctoritas movit, quoniam in his, quae *e ae oe* litterarum discrimine vertuntur, quo recentiores sunt, eo fidei minus codices habent. Sed prorsus novicia affirmandi particula *nae* est, quam constantissimo testimonio antiqui libri *ne* fuisse consentiunt. Vnde factum ut ea forma cum *ni* permutaretur v. 433. — Nec antiquitas vel *aequiparare* vel *intelligere* et *negligere* formas novit, sed in his *e* vocalem probavit solam. Eam autem *e* vocalem cum in plurimis vocibus vel antiquiorem vel plebeio rusticove sermone usitatiorem fuisse quam *i* litteram sciamus: etsi a Plauto et *cepet nauebos* et *magester Menerua* abhorrent, tamen notabili exemplo relictum est *semul*, quod tam saepe optimis in libris redit *), ut plenam fidem habeat: quo accedit quod in praestantissimo illo monumento, quod Musei nostri philol. t. v. p. 70 editum est, exstat SEMOL scriptum. Vt

*) In utroque Palatino *semul* scriptum est Bacch. iv, 1, 4. 5. iv, 2, 9. Men. ii, 3, 54. Merc. iv, 1, 23. iv, 4, 48. Rud. iii, 4, 55: in *B* Clst. iv, 2, 104. Men. v, 9, 15: in *C* solo Merc. ii, 1, 31: in solo adeo *F* Men. iv, 2, 99. Mil. iv, 8, 8. Pseud. iii, 2, 69. 74. 75. iv, 3, 17. Cui scripturae etiam plus fidei hinc accedit, quod aliquoties in *B* a prima manu *semel* fuit, secunda demum in *semul* mutatum, ut Bacch. iv, 2, 9. Men. ii, 3, 54. Non correctum *semel* idem tenuit Aul. iv, 3, 2, ubi *semul* Hildyardi codices servarunt. — Ceterum mirum est nulla antiquioris *e* litterae vestigia Plautinos libros in *protensus protenam* servasse, qualia habes apud Nonium.

XCVIII

hac sese successione illius vocis formae exceperint: *semel semul simul*. Quo minus falli videmur cum mediae formae memoriam etiam a Mario Victorino p. 2457 servatam esse existimamus: 'simul, non semul': sine mera enim hoc pro corrupto *semel* restituendum. — E ceteris paullo memorabilius est v. 17 in *A* i scriptum pro *ii*: 'geminatum enim *i* in pronomine non maiorem fidem habet quam in *di diis*, quo quibus aut *di dis* ut *i is*, aut *dei deis* ut *ei* (625) *eis* veteres probarunt. — Postremo *ei* pro *i* scripturae in quibusdam fabulis, ut *Menaechmis* et *Mercatore*, *Ambrosianus* potissimum est plenissimus: in *Trinummo* manifestum huiusmodi nihil, sed tamen e spatii litterarum a nobis indagatum *ARTEIS* v. 236, fortasse etiam *HEIS* v. 411, e non ambiguis corruptelarum vestigiis *summeis* v. 1087. Qualia curandum putavi ut religiose servarentur.

Aspirationem cum libris addidimus *holitor* voci v. 408, praeter libros non addidimus in *hostium* v. 525. 608, dempsimus *erus* nomini, cuius nunc recepta *herus* scriptura fide antiquitatis prorsus caret. Ultra orthographici autem generis fines consolita in *hem*, *em*, *en* scribendi discrepantia evagatur: de qua operae pretium fuerit alio tempore agere explicatius.

Progredimur ad consonantes. Et in exitu quidem vocabulorum cum satis constet ipsius usum antiquitatis vehementer fluctuasse inter *t* et *d* litteras eademque inconstantia etiam *Plautinos* libros occupet: nos eam inconstantiam non sumus in singulis vocibus, sed in genere universo imitati. Etenim *set*, *aput*, *haut* ac praeterea *illut* et *aliut* voces, ne memoria eius rei omnis aboleretur, *t* littera ter-

misavimus: idem ne in *id* et *quid* faceremus, *quod* pro-
 sominis propinquitas dissuadebat, cuius *quot* scriptura non
 minus molesta legentibus futura erat quam *at* pro *ad*.
 Quanquam horum nihil est quod non exempla habeat, eo-
 que illa firmiora, quo saepius insolentioris scripturae vesti-
 gia in solis corruptelis delitescunt, velut *atria* v. 152,
hauriat 803, *at ferre* 814, *at uocato* 1161: coll. 868. 887.
 QUIT HABES in *A* v. 95. 198. 349. 847, item QUITQUE 854,
 et in aliis fabulis aliquoties, in *B* v. 699 (*itagif*): rarius
 reliquis QUOT est, puto quod in hoc ambiguitatem ipsi ve-
 teres defugerent. Ceterum non desunt, quae in contrariam
 partem valeant, ut QUID pro *quit* v. 504, omnium autem
 frequentissimum, sed unius codicis proprium *adque*, quod
 mirum est propemodum constanter sic scriptum in solo
 Decurtato exstare. Corruptelis autem etiam *haut* scriptura
 non raro proditur, velut cum pro eo *aut* positum est v. 362.
 721. Sed novum est quod duabus *haut* et *haud* formis
 tertia *hau* accessit, suscepta a me ex Ambrosiano v. 233
 (*hau liquet*) et 462 (*hau bonumst*), in eodemque codice
 aliis in fabulis tam saepe exstans, ut de calami lapsu co-
 gitari nequeat. Accedit quod in uno quod sciam monu-
 mento apud Gruterum p. 769, apud Orellium n. 4848, pla-
 nissime scriptum est HEIC EST SEPVLCRVM HAV PVLCRVM
 PVLCRAI FEMINAE: ubi a se tacito nimirum emendatae scri-
 pturae *haud* hanc paratam esse defensionem Meyerus vo-
 luit Anthol. lat n. 1276: '*haud*] *hau* Gruterus'. Opportune
 autem accidit, quod illius formae prope intermortuam me-
 moriam licet grammaticorum auctoritate munire quantumvis
 ea nunc obscurata. Neque enim sana esse haec, quibus



C

de *haud* particula praecipitur, Marii Victorini verba pos-
sunt, quae e p. 17 Gaisf. paullulo quam apud Putschium
p. 2462 correctiora infra scripsi: '*Haud* adverbium est ne-
gandi et significat idem quod apud Graecos *οὐ*: sed ab
antiquis cum adspiratione, ut alia quoque verba, dictum
[est] et adiecta *d* littera, quam plerisque verbis adiciebant.
d tamen litteram conservat, si sequens verbum incipiat a
vocali ut *haud aliter muros* et *haud equidem*. at cum ver-
bum a consonanti incipit, *d* perdit ut *haut dudum* et *haut
multum* et *haut placitura refert*, et inducit *t*.' Si, quam
ingenitam non habuit, *d* litteram ascivit demum *haud* par-
ticula et tollendi hiatus caussa conservat, consequens est
profecto ut, ubi nihil hiet, non mutet adventicium incre-
mentum cum adventicio incremento alio, sed abiciat potius
et pristinam indolem induat. Quid multa? non de *haud*
vel *haut* scriptura grammaticus praecepit, sed de *haud* et
hau, quam cum non concoquerent librarii, corrigendo sibi
notius intulerunt. Inducenda sunt *et inducit t* verba, quae
assuta esse ipsa collocatio docet, cum saltem *d perdit et
inducit t* coniungenda fuissent. Ab initio fortasse aut ipsum
Hau pro *Haud* reponendum, aut post *οὐ* addendum *et fuit
au*. Reliqua, quibus summa disputationis continetur, sic si
quid video scribenda: 'at cum verbum a consonanti incipit,
d perdit ut *hau dubiam* et *hau multa* et *hau placitura re-
fer*.' Nam ut huc tandem deveniam, quod longe gravissi-
mum est et ponderis plurimum Victorini memoriae addens,
manasse haec omnia e germana doctorum grammaticorum
arte et disciplina manifesto exempla docent, quae ad crisis
Vergilianam spectant omnia: quando ad Vergilium simil-

limo se studio latini grammatici toti applicaverunt quo ad Homerum graeci. *Haud akiter* [Rutulo] *muros* habes Aen. ix, 65: *haud equidem* cum Georg. i, 415 tum quater in Aeneide: *haud placitura refer* (ut nunc vulgatam formam teneam) Aen. xii, 76: *haud multum* apud Vergilium non magis exstat quam *haud dudum*, sed *haud multa* Aen. iii, 610. xii, 506, *haud dubiam* ib. ii, 359: nam Plautinum *haud dudum* exemplum e Persae iv, 3, 28 Vergilianis disputationibus mixtum esse parum credibile. Quorum exemplorum nullo *hau* formam vel veterrimi libri mss. servarunt. Sed apud Plautum profecto, sicubi servant, non esse a nobis oblitterandam intelligitur: ubi tamen, etsi nunquam ante vocalem *hau*, at saepe sive *haud* sive *haut* ante consonantem in Ambrosiano scriptum esse non est mirum. Nunc autem licebit etiam de Charisii obscuriore testimonio rectius quam adhuc factum est iudicare, cuius haec sunt post brevem de *sed* particula disputationem verba lib. i, p. 87: '*Haud* similiter *d* littera terminatur: *au* enim graeca uox *d* littera termina[ri apud antiquos] coepit, quibus mos erat *d* litt[eram omnibus] paene uocibus uocali littera finitis adiungere, ut *quo ted hoc noctis* [*dicam pro*] *fcisci foras*. sed et per *t* scribi sonus uocis admittit.' Nihil in illis nisi ut videtur hoc mutandum: '*hau* enim, graeca uox *ou*, *d* littera t. a. a. c.' Postremo his, ut est in proverbio, colophonem addat Phocas de aspiratione p. 1724: 'omnia quae *au* diphthongum in prima syllaba habebunt, dasian respuerunt ut *audax*. designatum est *haud*: unde *hauscio* compositum simplicis habebit scripturam'. Fluxit hoc quoque • genuino fonte antiquae doctrinae, nisi quod non ex *haud*

CII

et *scio*, sed ex hoc et *hau* componi *hauscio* fugiebat grammaticum. Sed de tali composito haudquaquam eum somniasse, documento est Palatinorum in Mostellariae versu III, 2, 96 scriptura *hauscio* (cui recentiore manu superscriptum *t*) in *B*, *hausclo* in *C*. Ceterum etiam *hausfecuf* Poenuli IV, 2, 13 *B* servavit.

Molliorem cum duriore sono mutavi etiam in *puplicus*, id ubi libri offerrent, ut v. 286. 1057, quo versu mirum in *B pullicuf* scribi ut bis ptaeterea v. 1044. 1046. — Pro *c* e libris suscipiendum *g* duxi in *gurgulio* v. 1016. In servando *t* pro *c*, ut in *nuntius pretium negotium*, Palatinis multum praestat Ambrosiani diligentia: in *condicio* consentire omnes solent. — Geminatam consonantem cum *A* probavi in *comessum* v. 406 (cui congruum est alibi in eodem scriptum *ESSURIO*), simplicem cum omnibus in *causa paulo*, et quod constans in hoc librorum fides solum tuetur, *ilico* pro reiectaneo *illico*. Quo pertinet in aliis fabulis frequentatum *uilicus*. De immo, *quattuor*, *Iuppiter*, *mille* et *milia*, *annus* et *anulus* (v. 789) in vulgus constat. Vitiosissima est *hicce huncce* scriptura, de qua non indigna explicatu alibi promam: amplius enim res spatium poscit. — Elegantioris aetatis consuetudine extritas litteras servavi in *quincto* v. 524 cum *A*; cum eodem in disparis rationis forma *nactus* v. 63, cui conferenda ibidem proditum *corruptor* v. 240, in vitiis autem scripturae latens *corruptum* v. 114. 116. — Iunctum *m* litterae *p* sonum quantopere veteres adamarint, non *sumpsi sumptum* tantum arguunt, quae sine *p* scribere velle perversum foret, sed etiam, in quibus non necessarium *p*, crassiora

dampnum v. 819. 814. 585, *contempnit* v. 823, atque adeo *autempnas* v. 837. Quae si qui non e vulgari pronuntiandi consuetudine ipsius antiquitatis relicta esse, sed codicibus inhaerescere e posteriorum saeculorum barbarie opinantur: qui tandem factum dicent ut, quo qui a barbarie propior codex est, eo illarum quidem asperitatum minus, eo autem plus teneat, quo ab illa est remotior et propius ad antiquitatem accedens? Nec de *templare* forma post Bentleyum in Phorm. III, 3, 19 hodie fere dubitatur. — Offensionis etiam plus habere *thensaurus* videbitur constantissimo codicum usu confirmatum: quod etsi facile est ratione esse destitutum intelligere, tamen demonstrare difficile fuerit non potuisse prava quadam Romanorum consuetudine prorsus increbescere, praesertim cum coniecere in promptu sit eo illos *toliens quotiens compluriens uiciens uicensimus* formarum similitudine ductos esse. De his enim si credimus codicibus, si de *surrupuisse*, si de *hau*, quod casu tantum factum est ut aliorum quoque vi testimoniorum comprobari potuerit: quid est cur communi consensui eorundem codicum non credamus de illo, quod contrario casu evenit ut alia auctoritate firmari non possit? Nec mirum in hoc potissimum vocabulo, ut cuius vera origo neminem fugere posset, insertam *n* litteram aliis displicuisse, velut Servio in Aen. I, 359, sive is ipse iudicavit sive veteres criticos secutus est. Ceterum etiam in *Megalensia Forensia Hortensia* extritum *n* constat, inmissum in aliis plurimis quae Conradi Schneideri diligentia congressit p. 457 sqq. — Ab initio vocabulorum binas pro simplici consonantes non est dubitandum quin Plautina aetas constanter posuerit in

CIV

gnatus (vel fortasse *CNATVS* potius), etiam in *gnosce*, ut ex SC. de Bacanalibus apparet. Huius scripturae quid in Plauto proxima post Augustum tempora reliqui fecerint, satis certo definiri nequit: aliquanto plus fuisse quam *Nae-*
kio visum est Opusc. phil. I, p. 187 sqq., talia ostendunt quale Philologi vol. I, p. 309 diximus *ignata* esse pro *in-*
nata. Verum est tamen, propemodum constanter in sub-
 stantivis *gnatus gnata g* servari. — Contra atque in his omnibus extrita littera *rusum* pro *russum* antiquior aetas probavit cum similibus: nec praetermiserunt grammatici ut Priscianus I, p. 559, Vellius Longus p. 2237. Hinc igitur est, quod v. 182 aut *redemi ruffum* aut *redemir' sum* est in libris mss., item *prosus* pro *prorsus* v. 730 in *B*. Et *rusum* quidem testem *B* habet etiam Merc. I, 1, 68 (ubi lusit poeta in *rus rusum*) et II, 2, 25, eodemque scripturae depravatio valet *tu sum* Pers. v, 2, 9, *risum* Curc. v, 2, 5: in solo *C* *rusum* repperi Mil. III, 1, 178. In eodem *prosus* habes Most. I, 3, 149, *prosum* Pers. IV, 3, 8, in *B* *profum* Cist. IV, 2, 32. Propinquum his *susum* *BD* servarunt Amph. III, 4, 25, quod in *suf iam* transiit Cist. II, 3, 78. Ab hac igitur scribendi ratione profecti certissimam eandemque simplicissimam medicinam prope desperato multorumque coniecturis vexato versui 1130 adhibuimus: Nam beneficium, homini proprium quod datur, *prosum perit*

pro eo quod est in libris *profumpserit*.

De aliis quibusdam dicam promiscue. Exquisitum est in *B* et ut videtur *A* v. 426 servatum *dehibuisti* pro *debuisti*, cuius alterum exemplum ignoro: comparandum

f. orig. profusum
uof. d. r. f. u. a. n.
in h. u. r. d. 1144.
Hala in p. 708.
798. 778
c. de legg. h. p. p.
III 269)

illud cum *praehibere*, quam Plautus formam solam novit: nam *praebere* in novis tantum libris exstat. — Respuit autem antiquitas vitiosam *nequidquam* formam, pro qua boni codices tantum non semper *nequiquam* tenent, ut v. 973: ut prorsus praeter morem bis in una fabula, v. 440. 565, pravae scripturae vestigia in illos irreperint.

Certas autem cautiones quasdam interrogativa *ne* particula *) habet. Quam ratio quidem iubet plene ante vocales scribi, ut fit in elisione latina, velut *qualine amico, itane esse*: sine apostropho autem ut Graecorum *πὰρ ποταμόν*, ubi ante consonantem truncatur, velut *habeon pactam, men numquis*, ubi quidem nulli prorsus usui circuli adiectio *habeon' men'*. Verum tamen etiam in priore genere tam saepe in optimis libris ipsa *e* vocalis abiecta est, haec ut fidem faciant non abhoruisse eam scripturam a veterum doctrina grammaticorum. Servavimus igitur, sed necessario addita apostropho, cuius nulla unquam in libris significatio fit, velut *inconciliastin' eum* v. 136, *salson' an* 210, *lanton' in* 609, *ipson' istas* 902, *nouistin' hominem* 905: quibus exemplis omnibus *e* intercidesse librariorum in-

*) Ka particula dici nequit quoties librariorum incuria vel elapsa sit vel obscurata. Quam ex A revocavimus v. 350. 360. 378. 420. 515, coniectura additam recepimus v. 375. 685. 685. 957, tutati sumus v. 642. Quanquam etiam perperam in codicibus accessit ut v. 127, ubi *dedisti argentum?* non est interrogantis, qui quod nesciat sciscitetur, sed cum irrisione quaerentis. Dubitari potest de v. 946, num rectius ibi *non* quam *nonne* legatur, cuius alterum cum infinitivo exemplum Plautinum desidero. Recte sine *ne* interrogatur v. 318 *exprobras*, 605 *sine dote dabit*, 708 *tenes iam*, 912 *iam recommentatu's*, 982 *fassu's*, dispari autem ratione v. 941 *e caelo* ut videtur.

CVI

curia multo minus credibile est quam probatum esse hoc genus a criticis ad graeci exempli similitudinem. Rursum autem singularis ratio eorum est quae extrita *s* littera in *en*, in abbreviata sunt, ut *ualen auden audin abin*. Quae cur ante consonantem collocata, ut *ualen pater*, *audin tu*, apostropho augeantur, primum non sit plus caussae futurum quam in *habeon pactam*: at aliquanto adeo minus esse hinc perspicitur quod, si *ualen' audin'* scribatur, haec non possis non pro *ualene audine* dicta accipere, quae tamen formae nunquam fuere: nam una eademque mutatione plenae *ualesne audisne* voces et *s* et *e* amiserunt, nec magis *ualene* quam *ualesn* admiserunt. Hinc igitur consentaneum visum (quamquam talium nullam esse necessitatem largimur) sine apostropho etiam ante vocalem *uiden egestas* v. 847 scribi et *abin hinc* v. 457. Cui minime repugnat, quod eandem addidimus apostrophum in *potin' ut*, *satin' ego* v. 628. 759. 925. 1013. 1071, ubi id eadem, quae in illis diasuasit, ratio suadet: nam probae sunt et usitatae ipsae *satine potine* formae (v. 1177 coll. Mil. iv, 4, 41), quas linguam praeter *uidene abine* admisisse non est mirum, cum hoc intersit quod hic longa, brevis illic vocalis *s* litteram praecedit. Nam quod certa quadam licentia veteris prosodiae etiam *viden abin* (nunquam *auden*, *audin*) correpta vocali pronuntiata sunt, id ad primitivam naturam eius syllabae nihil pertinet. Igitur ut complectar de *ne* particula disputata, illud studui, ut quantum possem inutile apostropho artificium a Plauto prorsus removerem: non ausus tamen expellere, ubi graeci moris affectatio etiam notam Graecis probatam requireret. Quae genera ne discernere quidem potuissem,

si in hoc vellem veteres criticos Vergilianos sequi, quos sane Aeneidis x, 668 (*tanton' me crimine dignum*) probasse apostrophum e Diomedis p. 430, Prisciani p. 1287, Donati p. 1742, Maximi Victorini p. 1944 testimoniis cognoscitur. Verum eisdem de talibus, quale est *tanton honore*, in Vergilio omnino decernendum non erat.

Nihil autem in Plautinis comoediis latius patet quam *est* et *es* vocalium aphaeresis, quam codicum in longe plurimis exemplis sive manifestus sive variis corruptelis obscuratus consensus postulabat ut constanter ipsa scriptura exprimeremus. Cuius usum recte iam Niebuhrius in conspectu orthographiae codicis Vaticani, unde Ciceronis de republica fragmenta prodierunt, vidit nullis constructionis finibus coerceri, ut non minus usitate *quaest una relicta* et *quae unast relicta* quam *quae una relictaest* dicantur: ut v. 484 *cena hac annonast sine sacris hereditas*. Itaque nihil caussae erat cur v. 310 sine aphaeresi scriberemus *tu si animum uicisti potius quam animus te, est quod gaudeas*, vel v. 508 *Phillo, est ager*: sed talibus quidem exemplis admoventiam apostrophum duximus, cuius praeter haec tam supervacanea adiectio in *st* fuit quam prorsus necessaria in aphaeresi secundae personae *nactus nactas*, qualia sine aliqua nota plane non habeas qui a *nactus nactas* discernas. Illa igitur sic: *te, 'st* et *Phillo, 'st*, scripsi eo confidentius, quo magis dubitari potest, *relictaest* scriptura, quam ego ut simpliciorum praetuli, an *relicta st* praestet omnino, quippe quo facile illud ducat, quod tam frequens in Palatinis libris est *st* litterarum in β depravatio, hoc ut saepius quam illud offerant: ut v. 158. 208. 227. 319. 338.

CVIII

368. 378. 411. 429. 430. 439. 445. 451. 511. 525. 526. 533. 542. 563. 595. 596. 869. 932. 1010: quibus adde *fit flet fim* corruptelas v. 141. 364. 529, *umst* syllabae in *ufl* vel *uf* conversionem vel huic contrariam aliasque miras saepe depravationes v. 112. 264. 368. 542. 600. 830. 1005. 1043. 1058. 1173: perperam autem positum *meust* pro *meus est* v. 1055. Sed sane personae mutatione accedente non potuit aphaeresis teneri v. 934: *in ponto. SY. est, non illa.* Satis autem ineptum esse apparet, quod quibusdam placuit *nactus's* atque *nactus'st* scribere putida diligentia. Ceterum et tertiae personae et secundae aphaeresis vocalium quidem finalium communis est omnium, sive eae breves sunt sive longae: in *s* terminata vocabula utrumque genus admittere hac condicione solent, ut eam consonantem quae praecedit vocalis brevis sit: ab iis quae in *m* exeunt, alterum genus prorsus exclusum est solaque tertiae personae aphaeresis ascita. Neque enim eo linguae usus progressus est ut, quod posset profecto, etiam *nisi quidem's obnoxius* v. 1063 probaret pro *quidem es*, quanquam et *quidemst* et *quamst* v. 575. 801 et *quomst* et similia quaelibet probavit. In vocalibus autem non erat cur vel *quoquest* v. 429 vel *uicturaquest* v. 56 vel *ita's* v. 46 vel *hercle's* v. 973 vel *homo's* v. 447 vel *test* v. 196 vel *east* v. 323 vel *sist* v. 946 vel *mist* v. 895 vel *mi's* v. 94. 635 vel *tu's* v. 454 defugerem, quorum si quae e libris nihil praesidii in hac fabula habent, at habent in aliis. Denique in eis, quae *s* consonanti finiuntur, brevium vocalium fines nunquam secundae personae aphaeresis excessit, sed substitit in *bonu's, simili's*: ultra progressa est tertiae, sed raris exemplis nec semper dubi-

tatione vacuis, ut *rest* admisso pro *res est*. Quo tamen religiosius talia servanda fuerunt quale est in *A* exstare visum v. 537 *ut ad incitast redactus*: nam etsi usitatius sane praedicato in fine enuntiati posito *est* adhaeret, tamen non raro etiam aliud placuit. Velut Ambrosiani auctoritate v. 563 firmatur *quid hic est locutus tecum* pro *quis hic locutus tecum* (ut *tempust adeundi* pro *tempus adeundist* v. 432); *si est molestum* librorum vestigia tuentur v. 946; *satin tu's sanus* ad codicum fidem *fat intus sanus* v. 454 propius profecto accedit quam, quod esse usitatum scio, *satin tu sanu's*. Ita v. 365 nihil interest, *nulla ei opera opast* scribas an *nulla ei operast opus*, quanquam hoc esse durius sensi; nec v. 329 non potuit *omne autem meumst tuum* dici, etsi a numerorum in priore versus parte elegantia praestat *omne meum autem tuumst*. — Coniunctum est autem hoc genus univrsum cum syntacticae rationis observatione, quae in emendatione Plauti maximi est momenti. Nam quo is sermone utitur ad vitae usum communem composito, ab eo et *est* et *es* verbi omissionem, cum a poetis tum a scriptoribus frequentatam, sciendum est omnino esse alienam nec nisi rarissimis condicionibus probatam. Et alterius quidem personae exempla negotium nusquam facessunt, ut quibus exigui circuli adiectione *es* ubique nulla opera restituatur. Neque enim audiendi, si qui cum Bothio, cui Donatus praeivit in Andr. III, 2, 16, velut haec defendant in hac fabula: *habeas ut nactus* pro *nactu's* v. 63, *tute obiurgandus* 96, *numquid me rogaturus* 198, *si . . . tu hinc abiturus* 714, *iam recommentatus* 912, *quod te accepisse fassus* 969, *post tu factus Charmides* 975,

CX

ut charmidatus 977, nunc is factus 980, fassus Charmidem dedisse 982, quia perpressus 1165. Sed ne in tertia quidem persona maioris vel laboris vel audaciae erat toties alibi a librariis obscuratum *ust* vel *umst* revocare, ubi contra Plautinum morem *us* vel *um* vulgabatur. Id igitur ut duobus libris et, quod auget corrigendi confidentiam, saepe non omnibus, sed optimis tantum *A* et *B*, factum est velut his locis: *habiturust* v. 206, *tempust* 432, *patientissimumst* 542, *licitumst* 566, *gestandust* 596, et ter continuo ordine *ignorandust*, *abdendust*, *abstinendust* v. 264 (quando ne in talibus quidem semel posito *est* satisfit consuetudini *): ita sine libris haud cunctanter *adulescentulust* restituendum erat v. 366, *natust* 575, *uictust* 706, nullo autem modo contra libros v. 1131 cum Bothio inferendum *quod datum utendum* pro *utendumst*. Quo in genere vel Hermannus quaedam in Bacchidibus corrigenda reliquit, ut v. 290 ubi *Theotimust* scribendum, et 587 ubi *magist*. Quid? quod etiam in responsis, ubi satis erat ipsum nomen, quod in interrogatione fuerat, iterari, tamen *est* accessit v. 1176 sq.: *LE. quis homo tam tumultuosa sonitu me exciuit foras? LY benevolens tuus atque amicust.* Ad cuius exempli similitudinem v. 1070 scripsimus: *ST. quis est qui mentienem homo hominis fecit optumi? CH. ipse homo optimust.* Idemque in ea responsa cadit quae fiunt *ita* particula: *istast* v. 197, *non itast* 649: ut verear ne etiam v. 375 *istast* pro simplici *ita* a poeta scriptum sit. Exempta esse pauca videntur, quibus ad rhetoricum genus accedatur, in

1) Cf. simile Mercatoris exemplum, quod p. LXXV. annot. tractavi.

quo propriam sibi sedem emissio verbi habet. Nam v. 127. 429 in *factum sine est*posito libri sane consentiant: quamvis a numeris nihil impediat quominus priore loco scribatur *factumst neque facti piget*, alter autem versus non minus eleganter his accentibus incedat:

Factumst. — Vt quidem illud péricrit. — Factum id
quequest.

A mutatione tamen cohibebat dubitantem, quod et utroque loco in Calliclis atque Lesbionici contumaciam apprime convenire participii tanquam praefracta brevitatis videri potest, et alibi quoque ipsum illud *factum sine est* dicitur, ut Baech. II, 3, 61 *sapienter factum a vobis*. Sed v. 1036 *nequam quidem* non est pro *nequam id quidem est*, quod admisit Hermannus, sed accusativus est neutri generis, prorsus ad eorum similitudinem quae praecedunt *morem improbum*. Certas autem nullique dubitationi obnoxias exceptiones satis alioqui constans lex has habet: primum *nudiussecutus* cum similibus, quae ne apud Plautum quidem *t* litteram in fine asciverunt; deinde usu frequentatas *mirum ni* et *mirum quin* locutiones, ut v. 495; tertiam *potis* vel *pote* vocem, quae hoc habuit singulare, ut non pro *potest* tantum vel *potis est* usurparetur, sed etiam pro aliis formis eius verbi, etiam pro infinitivo. Quod etsi nunc non vacat longius persequi, tamen ex ipsa Trinummo designandum est, quod Ambrosiani praestantiae debetur, v. 352 *quandoquidem nec tibi bene esse póte pati neque álteri*: ubi vitiosum erat quod vulgabatur *potes*, quoniam in composito verbo non magis, quam in simplici, *es* syllaba corripitur apud Plautum. Hoc igitur duce exemplo asperiores procelesmaticum ab initio

CX

ut *charmīdatus* 977, nunc is *factus* 980, *fassus Charmīdem dedisse* 982, *quia perpeſsus* 1165. Sed ne in tertia quidem persona maioris vel laboris vel audaciae erat toties alibi a librariis obscuratum *ust* vel *umst* revocare, ubi contra Plautinum morem *us* vel *um* vulgabatur. Id igitur ut du-
 cibis libris et, quod auget corrigendi confidentiam, saepe non omnibus, sed optimis tantum *A* et *B*, factum est velut his locis: *habiturust* v. 206, *tempust* 432, *patientissimumst* 542, *licitumst* 566, *gestandust* 596, et ter continuo ordine *ignorandust*, *abdendust*, *abstinendust* v. 264 (quando ne in talibus quidem semel posito *est* satisfit consuetudini *): ita sine libris haud cunctanter *adulescentulust* restituendum erat v. 366, *naturst* 575, *victust* 706, nullo autem modo contra libros v. 1131 cum Bothio inferendum *quod datum utendum* pro *utendumst*. Quo in genere vel Hermannus quaedam in Bacchidibus corrigenda reliquit, ut v. 290 ubi *Theotimust* scribendum, et 587 ubi *magist*. Quid? quod etiam in responsis, ubi satis erat ipsum nomen, quod in interrogatione fuerat, iterari, tamen *est* accessit v. 1176 sq.: *LE. quis homo tam tumultuosa sonitu me exciuit foras? LY benevolens tuus atque amicust*. Ad cuius exempli similitudinem v. 1070 scripsimus: *ST. quis est qui mentionem homo hominis fecit optumi? CH. ipſus homo optimust*. Idemque in ea responsa cadit quae fiunt *ita* particula: *istust* v. 197, *non itast* 649: ut verear ne etiam v. 375 *istust* pro simplici *ita* a poeta scriptum sit. Exempta esse pauca videntur, quibus ad rhetoricum genus accedatur, in

1) Cf. simile Mercatoris exemplum, quod p. LXXV. annot. tractavi.

quo propriam sibi sedem omissio verbi habet. Nam v. 127. 429 in *factum sine est* posito libri sane consentiant: quamvis a numeris nihil impediatur quominus priore loco scribatur *factumst neque facti piget*, alter autem versus non minus eleganter his accentibus incedat:

Factumst. — Vt quidem illud p[er]ierit. — Factum id quoque.

A mutatione tamen cohibebat dubitantem, quod et utroque loco in Calliclis atque Lesbionici contumaciam apprime convenire participii tanquam prae fracta brevitatis videri potest, et alibi quoque ipsum illud *factum sine est* dicitur, ut Bacch. II, 3, 61 *sapienter factum a vobis*. Sed v. 1036 *nequam quidem* non est pro *nequam id quidem est*, quod admisit Hermannus, sed accusativus est neutri generis, prorsus ad eorum similitudinem quae praecedunt *morem improbum*. Certas autem nullique dubitationi obnoxias exceptiones satis alioqui constans lex has habet: primum *nudiussextus cum* similibus, quae ne apud Plautum quidem *t* litteram in fine asciverunt; deinde usu frequentatas *mirum ni* et *mirum quin* locutiones, ut v. 495; tertiam *potis* vel *pote* vocem, quae hoc habuit singulare, ut non pro *potest* tantum vel *potis est* usurparetur, sed etiam pro aliis formis eius verbi, etiam pro infinitivo. Quod etsi nunc non vacat longius persequi, tamen ex ipsa Trinummo designandum est, quod Ambrosiani praestantiae debetur, v. 352 *quandoquidem nec tibi bene esse pote pati neque alteri*: ubi vitiosum erat quod vulgabatur *potes*, quoniam in composito verbo non magis, quam in simplici, *es* syllaba corripitur apud Plautum. Hoc igitur duce exemplo asperiores proceleusmaticum ab initio

CXII

versus 730 *potest fieri* removi cum Bothio. Potueram elegantiae etiam illud tribuere, ut versus 60 principium sic expolirem: *Non potis utrumque fieri* (quanquam licebat etiam *Non potis est fieri utrumque* vel fortasse *Non potis utrumque fieri*), nisi nimia exemplorum multitudine correptae est vocis offensio omnis tolleretur, ut v. 3 *adest en*, 354 *is est immunis*, 906 *quid est negoti*: qualium auctoritate ne ea quidem unquam sollicitavi, quae perfacile erat ad maiorem scilicet elegantiam transposita est vocula adducere, velut v. 630 *quod facillumumat*, 668 *ita amor est*, 697 *is honos est*, et praeter cetera *quid eist nomen* v. 906: quod ut uno tamen versu 249 reapse facerem, propria dimetrorum concinnitas et numerorum lenitas exigebat. Ceterum quod in *potis*, *potē*, idem in *potine*, *potin* cadit, sat saepe pro ipso *potin'* est posita. — Dixi de prima et secunda persona singularis numeri. In reliquis etsi aliquoties verbo finito caret praedicati cum subiecto copulatio, tamen ne hic quidem id saepe factum nec de more potius quam praeter morem. A commotione animi excusationem habet in cantico positum *ego expertus* v. 826, quod tamen sine *ego* ne intelligi quidem potuerat: omissa *sumus* cum quadam gravitate dictum v. 492 *nos homunculi salillum animae* (si incorrupta scriptura): addito *sunt* supplenda participiorum constructio *alii emortui* v. 535 et *trapexitae mille drachumarum redditae* 426, quae enumerantis sunt, praeterea in relativo enuntiato *qui nil meriti* v. 1049. Aliquoties legitur non apposito *sunt* verbo *futura* participium, ut Amphitr. v, 2, 3 *quae futura et quae facta, eloquar*, Bacch. III, 4, 12 *quae futura, fabulor*, vel adeo *sint* coniunctivo omissa

Aulul. III, 2, 18 *mean salva futura*: nunquam autem tam insolens collocandorum verborum artificium offendi quam Trinummi v. 209: *quae neque futura neque sunt, tamen illi sciunt*. Tolerarem loquendi genus tale: *neque quae futura, neque quae sunt*: sed ex uno relativo suspensa *neque futura neque sunt* aspernatur Plautini sermonis simplicitas. Quo accedit simplicitas cogitandi, qua ut praesentis ante futurum tempus mentio fiat suadetur. Quae cum ita essent, et Ambrosiano testimonio et Bentleiano iudicio relicto sic illum versum eiecto *tamen* (non eiecto *illi*) ad communem consuetudinem revocandum existimavi:

Quae neque sunt neque futura sunt, illi sciunt.

Ceterum ne in infinitivi quidem constructionem ea de qua agimus lex sermonis non aliqua ex parte cadit. Non loquor de *futurum* pro *futurum esse* posito, quod propemodum in infinitivi naturam abiit (e. c. Capt. II, 3, 67. Cas. prol. 57. IV, 2, 9. Epid. V, 1, 19. Most. I, 3, 43. 68), nec de talium frequentia qualia sunt *factum probo, dictum oportuit*, de quorum ratione pueris constat: sed non Plautinum fuerat v. 1156 *filiam meam tibi desponsatam audio*, ubi *desponsam esse* B praebuit; nec magis Plautinum Bacchid. II, 2, 40 *ut hanc rem natam intellego*, quamvis a Bentleio olim in Ter. Adolph. III, 1, 8 et ab Hermanno nuper probatum, pro quo e librorum scriptura *ut hanc rem natam esse intellego* efficiendum erat *ut rem esse hanc natam intellego* (vel fortasse *ut rem hanc natam esse int.*): nam etiam Mucius Casinae versus II, 5, 35:

Tibi et Chalino: ita rem natam intellego

ipso immisso *esse* redintegrandus est. — Nullo autem mo-

CXIV

nitore opus est, ut non posse aliorum praeter ipsum praesens temporum formas cogitatione addi intelligas: quod quidem commemoro propter insertum ab Hermanno v. 822 *fuit*.

Sed abripi me passus sum longius. Superest enim ut de eo loco dicatur, quem omnium constat et impeditissimum esse et infructuosissimum: qui quidem assimilatione (ut breviter loquar) praepositionum cum verbis compositarum continetur. Itaque in horum varietate certis legibus regunda nec ego volui operam perdere, qui nihil in eo genere posse profici intelligerem, nisi ut aut horridioris antiquitatis, at antiquitatis tamen vestigia abolerentur aut inauditarum formarum effugendarum periculum subiretur. Nihil igitur miram saepe inconstantiam propagare veritus e veterrimis codicibus volui singulis in locis pendere. Vnum est tamen quiddam, quod nec praepositionum finibus coeretur et scribendi constantiam non admittit tantum sed etiam postulat: parili enim norma *sc* litterarum societatem libri Plautini in *suscensere* (v. 1164. 1166. 1174), *sescenti* (791), *sesquipede* (903) ita tuentur, ut abhorreant a *succensere sescenti sesquipede* formis. His igitur missis ut ad ea pergam, in quibus varietas regnat, etsi *ecfodiam* v. 453 ex *A* recepi, non tamen alibi a libris suppeditata *efugere efficere* sollicitavi. *Inpulsu inmoene inrigua imprudentem improbis inportunam* servavi v. 10. 24. 31. 61. 281. 399, *immunis immortalis impoti improbus* alibi. Item *conlocem conlaudant conligi conrigis conrepsert* v. 159. 292. 735. 791. 118. 424, *commerita commendare corrigere* (653) *corrupere* alibi: nusquam tamen in Trinummo vel *comm-* vel *coll-* repertum memini. *Adgrediar adcurare adsidui*

adprime adposita adferet adfigi adlegatu adlicere libri prae-
buerunt v. 45. 78. 202. 373. 470. 788. 1040. 1142. 383, con-
traria saepe, etiam *astas aspiciam astiterunt* 85. 589. 625,
nunquam tamen nisi fallor vel *affinis* vel *adcusare adcipere*
adcedere adcommodare adparere: quanquam de singulis
nunc non spondeo fidentius. Reliquum est ut saepissime in
B potissimum servata esse *ap* et *op* adnotem ante *s* et *t*
litteras: qualia non erat qui maiore iure quam illa ad unius
normae constantiam revocarem. Non potui igitur etsi vel-
lem oculis parcere, quibus non mediocri offensionem futura
suspicio modo *obsequi* scriptum modo *opsequi* v. 230, modo
abstinere modo *apstinere* 289, pariterque *apsente* 167. 617,
opsecravisset 176, *opscri* 531, *opsit* 588, *apcessero* 625. 710,
opscurasse 667, *opsignatas* 788 sqq. Consequens fuit ut
ne *aps* quidem praepositionem extimescerem v. 279. 421.
alibi. Sed compositorum haec finibus coercui, non pro-
gressus ad *ap se*, *ap stirpe*, quanquam talia quoque sae-
pissime in libris reperiuntur, verum tamen nunquam nisi in
unum binis vocabulis contractis *apse* 79, *apstirpe* 217. Sed
satis de his nugis.

CAPVT X.

Qua autem brevitate de locis grammaticis in su-
perioribus capitibus dixi, ut et ipsam rem qualis esset ex-
ponerem, non moratus in aliorum disputationibus vel lau-
dandis vel refutandis, et quorundam diligentiore discepta-
tionem in futurum tempus differrem: eadem nunc brevitate
atque adeo maiore in metricis utar et, quod gravius est,

in prosodiacis persequendis. Ac metricae prosodicae-
 que artis Plautinae universae quam et debeo lectoribus et
 dudum paravi iustam plenamque enarrationem, tum edam
 cum aliquot fabularum emendationem absolvero: a quo tan-
 quam fundamento profectus molestissimis de singulorum
 locorum scriptura disputationibus supersedebo, sine quibus
 nunc illiusmodi nihil tractari queat. Itaque in praesentia
 et capita tantum rei perstringam et Trinummi potissimum
 finibus me continebo. Quodsi operam meam omnem eorum
 volo rudi inertiae oppositam esse qui, ut Hermanni verba
 mea faciam, devoratas cum omni squallore sacras mem-
 branas et procusos ab sese confragosos numeros sine cru-
 ditate concoquunt: eius rei quas rationes habeam, cum
 supra significavi capite VII, tum olim in epistula illa Me-
 diolanensi explicavi, tum paullo uberius eis persecutus sum
 quibus et legere et versus scandere nescientem nescio quo
 successu nuper conatus sum legere et scandere docere in
 Museo nostro philologico. Et in librorum quidem mss. fide
 qui fidem omnem metrorum esse repositam volunt, eorum
 satis demirari cum ignavia coniunctam inconstantiam non
 possumus: qui quo tandem argumento illud defendent, quod
 non etiam senarios potuisse quinis vel septenis pedibus
 componi crediderunt (e. c. quinis v. 752 ipsius adeo Am-
 brosiani auctoritate)? vel molossum pro pyrrhichio poni et
 monosyllaba vocabula pro proceleusmaticis? vel ut ad aliud
 genus eadem ratiocinatio accommodetur, genitivum ablati-
 vumve poni pro nominativo? vel primam personam pro
 secunda tertiave? quando talium nihil est quod non aper-
 tissimis codicum testimoniis nitatur. Scilicet in ipso tan-

quam principio, quod meram barbariem prae se ferret, subsistere veriti in media via substiterunt et mediam barbariem exosculati sunt, non reputantes ad ipsum finem, qui non coniunctae cum mediocri barbarie mediocris elegantiae est sed consummatae artis, penetrasse quorum opera unquam quicquam vel in grammatica disciplina vel in metrica profectum sit. Non ignoro equidem, quot quantasque hoc genus omne et cautiones et dubitationes habeat, quod facilius sit praeceptorum severitate regere quam, quem libertati locum legum necessitas concesserit, indagare: in quo non raro diligentissima demum exemplorum pervestigatione subtilissimaque caussarum consideratione eo perveniatur ut, quod sit probabile; ratiocinando efficiamus. Atque in hoc ipso cum laudabili consilio Fleckeisenus, Kampmannus, Iulius Brixius (cuius tamen falsis aliquoties de Ambrosiano testimoniis nolo sponsor haberi) elaborarint, tum de Lindemanni opella, qua ille post pinguiorem Chr. Wasii, aliquanto autem consideratiorem C. L. Schneideri laborem de explicanda prosodia Plautina bene merere studuit, haudquaquam possum tam honorifice sentire quam fieri a quibusdam solet: tam miro illic temperamento in singulis paginis et falsa veris mixta video nulloque ordine diversissima genera temere confusa, et maxime incredibilia credendo modum omnem excedi intollo, velut cum *autem* vocabulum pro pyrrhichio esse sibi persuasit prorsus eorum exemplo, quos nuper non multum abesse dixi quin *est et sollicitudinibus* vocabulorum mensuram exaequantibus habituri simus. Ipse autem tantum abest ut praedicatae de perfecta quadam elegantia Plautina opinioni videar ni-

CXVIII

mium tribuisse, illud ut potius verear ne asperiora quaedam nimia patientia reliquisse dicar, quae futura aetas non magis quam a me nunc expulsa toleratura sit. In quibus sunt de quibus iam nunc incipiam mihi ipse suscensere: velut quod non severius consului de *senectuti* v. 398 pro *senectae*, cum ei, quod aliquam excusationem admittit, praestet quod ne egeat quidem excusatione, peritique poetae sit de duabus formis bonitate paribus eam deligere quae suapte natura metro sit accommodatior. Quanquam in hac parte eo me aequiores iudices experturum confido, quo incertior ipsorum finium illorum descriptio est, quos ultra citraque nequeat consistere rectum.

Et initium quidem habeo cur a neglecta vi positionis capiam. Qua in re Plautinis criticis maximae fraudi sive Terentii sive Bentleiani Terentii exemplum fuit. Non quaeram nunc utrum asperiores sibi quam Plautus numeros Terentius indulserit, an huius comoediae, ut studiosius etiam quam Plautinae et lectitatae et a grammaticis tractatae, maioris integritatis speciem mentiantur tantum, reapse adeo graviolem interpolationem passae sint: quod ut credam non leves me' caussae movent: tantum exploratissimum habeo, eam correptionum multitudinem, quam in schediasmate suo aequo animo Bentleius tulit, a Plautina quidem arte esse alienissimam. Quanquam etiam apud Terentium quantilli negotii aut quantillae quaeso audaciae est, velut in prima Andriae scena duriora illa *et id gratum, sed hoc mihi sic* remove:

Et grátum id fuisse aduórsum te habeo grátiam.

Set hoc molestumst: nám istaec commemorátio.

Vel in prima scena Adelphon graviorem etiam horum offensionem: *amāt dabitur a me argentum, studēt par referre*, quis dubitabit hac emendatione tollere:

Amat: á me argentum dábitur, dum erit cómodum.

Studēt referre: praésens absensque idem erit:

praesertim cum comperit in aliis libris esse *par pari referre*, in aliis *par referre*, unde, quomodo creverit interpolatio, tanquam in oculos incurrit. De qualibus iam olim monui, cum 'de emendatione fabularum Terentianarum' Vra-tislaviae a. CIDCCCXXXVIII. commentatus sum*). His au-

*) Ibi, ut hoc addam, ne a codicum quidem auctoritate fidem habere velut hos horridulos versiculos docui Adelph. prol. 4 et I, 1, 15:

Indicio de se ipse *érit*, uos eritis iúdice.

Atque *éx me* hic natus nón est, set *ex fratre. is* adeo: quorum posteriore ad intolerabilem quattuor consonantium correctionem accedit vitiosa admissio in quintum pedem dactylo diremptio vocabulorum - *ó || ó ó* -, multo illa magis insolens quam haec - *ó ó ó |* - in Trinummi v. 651: *ut solitus es*, vel Adelph. I, 1, 4: *ea satius est*. Quare ipsis librorum vestigiis eisque ex parte prorsus manifestis, et antiquissimorum quidem optimorumque librorum, usus sum ad hanc speciem versuum illorum commendandam:

Indicio de se ipse, *ét* uos eritis iúdice.

Atque *éx me* hic natus nón est, set *fratre éx meo*:

Dissimili is studiosi iam inde ab adolescéntia.

Aliud exemplum idque non patientius relictæ potius quam perperam illatæ correctionis in extrema scena II, 1 exstat:

Sét nemo *dabit: frustra* has egomet *mécum rationés* puto: ubi non modo optime Bembinus codex *frustra egomet mécum has rationés puto*, sed Basilicanus quoque (de quo tacet Faernus) sine neglectæ positionis vitio *égo mecum has rationés députo*. Omnino autem vix ullam scenam esse fabularum Terentianarum puto, in qua non aliquid turbatum sit gravius, críticae artis medicinae etiam post Bentleyi curas exspectans. Velut in eodem

CXX

tem plane gemellum exemplum, quod Trinummi v. 109
exstabat :

principio Adelphon (ut in eo nunc subsistam) quemadmodum 1, 1,
v. 30. 81 iam olim sic restitui :

Nam qui mentiri aut fallere insuerit patrem,

Fraudare tanto magis audebit ceteros

(vel *Decipere* tanto) : ka ne illa quidem esse sana con-
cedo v. 11 sqq.:

ne aut ille alserit,

Aut uspiam ceciderit, aut praefregerit

Aliquid, uah, quemquamne hominem in animo instituere, aut

Parare, quod sit carius quam ipse est sibi.

Qui versus quot quantisque incommodis laborent, longum est tan-
quam in transcurso hac annotatione persequi: intelliges autem,
ubi hos comparaveris nostra emendatione ut potuimus in integrum
restitutos :

Aut ceciderit aliqua atque aliquid praefregerit.

Uah, quemquamne hominem in animum instituere aut sibi

Parare *e. q. s.*

Nullum enim frequentius in Terentio corruptelae genus, quam
quod ex interpretamentis nascitur: ascriptum est autem *uspiam*
ab eo, qui paullo ante (v. 3) a poeta positum *uspiam* meminisset.
Eum autem ipsum locum simili interpolatione foedatum esse, qua
alibi integri versus non pauci confecti sunt, facile specie fallentes,
sed tamen indigni Terentio, nuper demum monui Musei philol.
nostri t. VI. p. 446, ubi eiusmodi exempla quaedam composita
habes. Nec illud concedendum, recte se habere Ad. I, 2, 2 sq.:

MI. Quid tristis es? DE. rogás me, ubi nobis Aéschínius

Siét, quid tristis égo sim? MI. dixin' hóc fore?

ubi in expedienda *ubi* particula interpretes frustra se torserunt.
Quae si posset, quod voluerunt, significare: *cum nobis sit Aes-*
schínius, tamen hoc ipsum tam languidum foret ut nihil supra.
Repone:

rogás me? ubi nobis Aéschínus?

Scím iam, quid tristis égo sim?

Nam in Terentio quidem tam aperta plurimis locis est, quam in

Videturque ipse ad paupertatem protractum esse se, ecquis tutabitur in tanta corrigendi evidentia, quantam Ambrosiani Veterisque in Stichi versu 1, 3, 22 scriptura praestat? Vbi cum in *CD* legatur numeris nullis *Propter paupertatem hoc adeo nomen repperi*, elegantissimus ex *AB* hic versiculus prodit:

Propter pauperiem hoc adeo nomen repperi.

Concedo talia quoque apud Plautum reperiri, quale est *videt* ante consonantem correptum (quanquam horum quoque pars alium potius explicatum habet): nego reperiri in senariis iambicis septenariisque cum trochaicis tum iambicis, nego etiam in creticis et bacchiacis. Nam hoc teneri praeter cetera volo, nimis neglectum a plerisque: nihil in indaganda prosodia Plautina profici nisi diligentissime inter se distinctis metrorum generibus. Ab illorum enim, quae dixi, severa concinnitate dici nequit quantum distet cum anapaesticorum tum octonariorum omnium licentia: in quibus non pauca admissa sint a senariorum septenariorumque elegantia prorsus abhorrentia. Huic autem alteram cautionem quandam addendam video: ut ne, quod certis exemplis factum esse constet, ad totum genus aliquod calidius transferatur, qualis ratiocinatio saepe fallacissima futura sit, sed de singulis ut et quaeratur singillatim et speciatim discernatur. Accedit tertium idque subtilius: reputandum est

Plauto rara fuit, correctricis manus opera in refigendis resarciendisque versibus consumpta, eaque ex antiquiore aetate repetenda quam qua ipse Bembinus liber scriptus est: longius autem a Terentiana integritate Bembinus, quam a Plautina Ambrosianus abest.

enim ne ea quidem, quae quia aliquando facta sunt, posse fieri concedendum sit, inferenda esse liberalius et cupidius amplectenda, sed potius sublata elegantiam numerorum saepe mirifice augere: id quod ita esse, nisi qui non sunt ad criticam artem factitandam nati, non ignorant.

His igitur praemissis, quibus ipsum aditum munire disputationis meae volui, ut ordine progrediar, primum de eis correptionibus dicam, quae in mediis vocabulis fiunt. Atque omnium frequentissime cum constet vitae usu detritas *ille iste esse eccum* voculas corripere, quibus aliquanto rarius correptum *ipse* accedit (ut v. 901. 902, non 928): tamen his mirum quantum abutatur qui geminatas consonantes omnes admittere correptionem sibi persuadeat cum G. A. Beckero, diligentissimo homine, sed cuius ea de re perversissima opinio fuit Quaest. de com. Rom. fab. p. 14 sqq. Verum hoc ut confido nullum defensorem nacturum esse, ita ne multo minus quidem dissimilia veri vera sunt. Nihil externa specie propinquius *ille* pronomini quam *illico*, ut plerique scribunt, vel potius *ilico* forma: cuius tamen antepaenultima nunquam non producit. Contrariam mensuram nec Epidici versus III, 1, 4 nec Militis IV, 2, 39 testatur, nec Trinummi 627, ubi non plus offensionis *sta ilico* habet, quam elisione coalescens *quoi imperes* v. 1061: tametsi ab *neu seu* particulis similem abhorrere elisionem concedendum est *). Nec illud mirum,

*) Non tamen haec potius causa fuit, cur et v. 318 et v. 755 ne pro *neu* reponeremus, quam ipsius ratio sententiae. Quid autem eis exemplis faciendum sit, quae passa esso *seu* particulae elisio-

cum nihil cum *ille* pronomine commune habeat *ilico*, factum ex *in loco*: pro quo prorsus commenticiam *eloco* formam, miro acumine a Gulielmo Verisim. II, 13 excogitatum, non minus autem miro iudicio a Gronovio in Epidic. I, 1, 137 probatam, temere in ipsum Plautum Bothius intulit. — Vnum illud Beckero concedendum est, quanquam non ab hoc demum perspectum, geminatam *l* litteram in longioribus quibusdam vocabulis accedente vi accentus correptionem passam esse, ut in *simillumae*, cui simillimum *sātēllites* Trin. v. 833, ubi transpositione eo minus opus est, quod illud est in cantici versu octonario: quo accedunt *supēllēctile*, *ēxpapillāto*: nam de *cauillator* *cauillatio* aliter statuetur infra. Sed ne haec quidem licentia ultra paucorum vocabulorum certa exempla evagatur: nec ullo modo licet illorum societate velut *libēllus*, *pēllis* comprehendere, ac ne *ullus* quidem vel *nullus*. Multo minus licet ab *ēsse* proficisci ad *pōsse*, *iūssit*, *dedisse* defendenda, aut adeo de correctis *ff*, *mm*, *nn*, *pp*, *rr*, *ll* litteris cogitare (nisi quod et singularem et constantem rationem esse *Philippi* vel *Philippei* nominis constat): quamvis talium ferax Schneideri p. 736 sqq. doctrina evaserit, ut *āttentus ārraboni ānnona āffinis* formis probatis, deditaque adeo opera *sagitta* Kampmannus de reb. milit. Pl. p. 36 defenderit in eo versu (Pers. I, 1, 25), cui unius syllabae transpositione iusta mensura restituatur:

nem videantur, satis supra significatum est annot. p. LXXIV. Quo minus de *si* in *sex* mutando cogitabis Capt. I, 2, 5:

Sinko ambulare, si foris, si intus uolent.

CXXIV

Sagitta cor Cupido meum transfixit. Iam scrui híc
amant:

quanquam facilius etiam et numeri et sermo sic procedant:
Sagitta mihi Cupido cor transfixit. Ergo igitur sine ulla
dubitatione transponenda erant v. 385 *sét ädde ad istam.*
Nec quicquam praesidii ex *ëccum* habet vitiosa prosodia
äcumbe öccasum, vel v. 964 *quöd äcceptisti*, in *quöd tu*
accepsi a nobis mutatum ipso Ambrosiano duce quem
alibi *tu dixti* pro *dixisti* praestare p. LXIV. vidimus. Praeter
cetera comparari posse cum *ëccum* videtur correptum in *öc-*
cultó iacébis v. 664 et *nihil ego in öcculto ägere soleo*
v. 712, sed si quid video videtur tantum. Non quod tol-
lenda esse exempla putem (quamvis facili negotio in illo-
rum posteriore *ego* deleatur): sed quod, nisi mea me con-
iectura fallit, ipsam *ocultus* formam simplici *c* littera et
pronuntiatam et scriptam antiquitas probavit, quemadmodum
in *aperire et operire* verbis, quae esse composita ipsa no-
tionum oppositio doceat, item extrita est una littera. Quae
coniectura primum Decurtati scriptura commendatur utroque
Trinummi versu *oculto* exhibentis, multo autem certius eo
firmatur, quod IN OQUOLTOD (eo enim valet lapidarii
vitio positum DQUOLTOD) in SC. de Bacanalibus scri-
ptum exstat, quod non posse ullo modo pro *oculto* esse,
sed pro *oculto* tantum, nemo non concedit. Quam formam
si e tenebris probabiliter eruimus, Captivorum quoque ver-
sui 1, 1, 15 iusta mensura sic constabit:

In oculto, miseri víctitant succó suo,
tametsi aliquot versibus ante non licet *cóchleae in oculó*
latent pronuntiare, sed necessaria haec est et scriptio et

recitatio *cóchleas in ócculto*. — Ad similitudinem *ëccum* correptionis prope accedere visum *ëcquis* cum v. 870 a nobis sublatum est tum alibi tolletur ascita *ëcqui* forma. — Non magis correptum est *atque*, nisi in liberiore metro ut v. 824, Rud. I, 4, 8. — Nec propterea quod certissima sunt *iste* et *ëst* (in quod iam supra incidit oratio p. cxii), eandem licentiam ad *dedisti* pertinuisse credendum erat Trinummi versibus 127. 129:

Dedistin' argentum? — Fácium neque facti piget.

Dedistine hoc pacto ei gládium qui se occideret.

Horum enim posteriore cum *facto* sit in *A*, *pacto* in reliquis, plurimum probabilitatis habet e glossemate esse utrumque, simplici autem *hoc* pronomine, ut iam Bothius suspicatus est, poetam usum esse eadem ratione paullo exquisitiore, qua velut v. 783 dixit *hoc suspicionem ab adolescente amoveris*. E posteriore autem versu facillime irreperere in superiore *ne* particula potuit, ubi ea minime opus esse p. cv. diximus. Nam, ne quis ipsum Plautum antestetur, sciendum est nullum exstare correptae *dedisti* vocis certum exemplum. Ac primum prorsus hinc segreganda sunt *ded'* et *dedisse*, quorum hoc nihili est, illud diversissimam rationem habet, neutrum ad defendendum *dedisti* plus valiturum sit quam correptum, si dis placet, *dedit quadráginta* Mostellariae III, 1, 115, qui versus sic corrigendus:

Set árraboni has mnás quadrágintá dedit.

Et ut hac opportunitate etiam ad *dedisse* removendum utar, in Amphitruonis versibus II, 2, 129:

'Obsecro, etiamne hóc negabis, te aúream paterám mihi
Dédisse dono hodié, qua te illic dónatum esse dixeras:

CXXVI

de vitio monere vel hoc potest quod, cum *dono hodie in B sit, hodie dono D* exhibet, interpretamenti indicio hic quoque manifesto. Deleto *dono* scribe

'Obsecro, etiamne hóc negabis, aúream paterám mihi Té dedisse hodié, qua te illi dónatum esse díxeras: nisi quis praestare dixerit *Hódie te dedisse, qua illi té d. d. Ad dedisti* ut redeam, hoc qui tuetur media correpta dictum, quaerere licet cur non etiam producta prima syllaba positum esse libris credat Trucul. II, 6, 36: *mágnum dédisti decus?* Nam mutilum ab initio esse Curculionis II, 3, 66 ipsa ratio sermonum arguit, qui addito sive *ibi* sive *ego* sic inter se distinguendi sunt:

'Ibi 'dedistin tu árgentum' inquam. "Immo aput trapezítám situmst.'

Ergone unum salvum esse Menaechm. IV, 3, 18 exemplum credes:

Túte ultro ad me détulisti, dédisti eam donó mihi, prorsus illud solitarium in plus triginta legitimæ prosodiae exemplis Plautinis Terentianisque, ut taceam *perdidisti, credidisti* formas? An nobis potius credes, aut *donó mihi dedisti eam* transponentibus, aut lenius etiam sic emendantibus:

Túte ultro ad me tétulisti et dedisti eam donó mihi: prorsus ad eum modum quo etiam Bacch. III, 3, 78. IV, 7, 13 et IV, 9, 36 *tetuli* corruptum est in *detuli?*

Praeter eas voculas, a quibus exorsi sumus, e vitae usu communi fluxerunt etiam *inde unde intus inter nempe et omnis* vocabula correpta paenultima, quanquam multo rarius, usurpata: quibus praeter veritatem existimata

sunt *hercle ergo quippe*, alia accedere. *Heracle* corripit iam Bentleius in Eun. v, 8, 43 'cras' inquit 'credam': Trinummi v. 52 pravam pronuntiationem, v. 507 ipsam vocem Ambrosianus sustulit; v. 559 aut *hercle* ex insequenti aut ex praecedentibus *quidem* irrepsit; simili errore vitiosissimum proceleusmaticum *hercle ille quidem* v. 717 efficiunt; producto *hercle* recte procedit v. 58. Ad cetera exempla, quae in corruptis versibus sunt omnia, nunc exspatiari longum est. — Correptum *ergo* Trinummi v. 926 vitiabat ante certissimam Reizii transpositionem. Transponendo etiam Militis iv, 2, 17 succurrendum:

'Ego continuo uxorem hanc ducam. — Ergo hanc quid dubitas colloqui?

Persae i, 1, 26 ex Ambrosiano sic restituendus:

Quid ego faciam? dēisne aduorser? quāsi Titani cum
 ēis belligerem,
 Quibus sat esse nōn queam?

Ex *ego* ortum *ergo* eiusdem fabulae ii, 2, 3: item Poen. iv, 2, 71, quem sic emendo viam monstrante Ambrosiano:

Fācile. — Face ego id fācile noscam ergo, ut ille possit nōscere.

Stichi v, 4, 45 delendum *age*, ut e praegressis illatum. In graviore mendo cubat Men. ii, 3, 84. — De correpto *unde* etsi dubitari nequit, tamen Trinummi quidem v. 218 e librorum memoria *unde quidquid* eodem iure, quo *unde quidque* alii, nos effecimus cum Scaligero *undē quid*, quod in illud non alio errore transiit quam quo in Ambrosiano quisquisquam pro *quisquam* scriptum est v. 519. — Cor-

CXXVIII

reptum *intus* non esse sollicitandum intellexi v. 1001 *sét intus narrabó tibi Et hóc et alia*: ubi ipsa ratio sententiae et nativum genus loquendi inversum ordinem *set narrabo intus tibi* respuit, plane ut Militis III, 1, 18:

Sét uolo scire, eodém consilio, quód intus meditati sumus:

ubi ad loquendi consuetudinem et facilitatem sermonis valde dura est quam Acidalius collocationem verborum commendabat *quod meditati intus sumus*. Ergo ne de Casinae quidem versu III, 3, 24 dubitandum, quin recte libri, etiam *A*, talem exhibeant:

I tu átque arcesse illam: égo intus, quod factóst opus. Sed Aulul. II, 8, 19 parum sapiunt profecto qui *et strépitus est intus* amplectuntur pro *et strépitus intus*. — Non minus certa exempla correptae *inter* praepositionis haec habeto Capt. III, 4, 84. Cas. v, 4 init.:

Núnc ego inter sacrúm saxumque stó nec quid faciám scio.

Núnc ego inter sacrúm saxumque súm nec quo fugiám scio:

quorum versuum invicem sese tutantium alter ex Ambrosiano demum prodiit, recte lectus ab Angelo Maio. Impe-ritissime in priore Bothius *Nunc ego sacrum inter saxumque*: nam brevem vocalem ante mutam cum liquida nunquam vel apud Plautum vel in veteri poesi Latinorum corripí tam est pro certo et explorato habendum, ut de hac quidem re verbum non amplius additurus

sim in his prolegomenis *). Satis igitur praesidii paratum est Trinummi 709 in principio versus positus *Quid tibi interpellatio*: quando somnia sunt de monosyllaba *tibi* pronuntiatione. A praepositione autem non est mirum eandem correptionem ad *interim* particulam perrexisse, ut Curcul. iv, 1, 25. Stichus v, 4, 23:

Sét interim forés crepuero: linguae moderandumst meae.

Sét interim, strátege noster, cúr hic cessat cántharus:
et ut videtur Mostellariae v, 1, 45:

'Ego interim hanc aram óccupabo e. q. s.,
quamvis ibi facili opera *ego* deleatur. Nam Persae II, 1, 5
pro *interim* recte nunc restitutum est *interea*, eiusdem autem
scenae v. 7 eiecto *interim* sic scribendum duce Ambrosiano codice:

Quom tu ingenium fans átque infans nondum étiam
meum edidicisti.

Verum haudquaquam vis positionis adeo nihili habita est,
ut etiam tres consonantes litterae in *intro* corripentur:
id quod non magis factum est quam in *hercle*. Vna et vo-
cula abiecta Aululariae III, 3, 3 reconcinnatur:

'Ite sane núnc iam intro omnes coqui et tibicinae;
lenissima transpositione sanatur Stichus iv, 1, 29:

Děos salutatum átque uxorem intró modo deuortór
domum;

commodissime procedit in senarii speciem ab editoribus mi-

*) Tenendum hoc erat in eorum potissimum versuum tractatione, in quibus casus obliqui *ager* vocis locum habent, ut 560. 652. 687. 700: item in emendando v. 725, ubi est *pharëtram*. In *cöchleam* paullo ante oratio incidit.

CXXX

sere detruncatus septenarius Aulul. II, 8, 23:

Nimirum occidór, nisi ego intro huc própere propero
currere,

qui non dubito quin in iambicam scenam aliquo casu ir-
pserit ex trochaica II, 2, ubi suam sibi sedem post v. 65
vindicat. Non est autem magis mirum, vitiosum *intro*,
quam, quod non esse vitiosum vidimus, correptum *inter*,
saepe solis vel librariis vel editoribus deberi, non poetae.
Amphitruonis IV, 3, 1 simplicissimum omnium fuerit *ista*
inseruisse:

Vós ista inter vós partite: ego ábeo, mihi negótiumst.
Nihil quicquam molestiae Cistellariae I, 1, 53 creat, temere
tentatus a Bothio:

Equidem hércle addam operam sédulo. set quíd tu inté
istaec uérba:

nec plus offensionis habet Poen. I, 2, 53:

Túrbast nunc aput áram: an tibi uis inté istas uorsárier
quibus versibus fuerunt qui satis inepte ad probandam *inter*
mensuram uterentur, ineptius etiam in auxilium vocato Capt.
III, 5, 19:

Inter uós permutauístis. Fateor ómnia,
ubi *permutastis* ne egebat quidem, quam habet, Veteris
auctoritate. Sed Epidici II, 2, 55 sic scribendus, ex parte
duce Ambrosiano:

Dúae sic post me fábulari inté se: ego abscessí uolens,
non *inter sese*. Militis II, 2, 70 delirarunt qui de *intërchu-*
dito cogitarunt. Mercatoris III, 1, 38 etsi per se sine of-
fensione est quod editur:

Et inté nos coniuráuimus, ego cúm illo et ille mécum,

tamen si transponendos esse versus recte vidit Acidalius necesse est exulet ab initio *Et*. Pseuduli 1, 5, 129 sq. qui vulgantur :

Si sūmus compecti seú consilium unquam inīimus

De istac re aut si de ea re unquam inter nos conuenimus :

eorum alterum manifestum est e meris interpretamentis miserime consutum esse : nam et numeri refragantur et lingua et sententia et vero versuum computatio deperditis Ambrosiani membranis comprehensorum. Nihil editores viderunt Stichi v, 4, 20 :

Sét amica mea et túa dum comit, dúm se exornat,
nós uolo

Tamen ludere inter nos : strategum té facio huic
conuīuio :

ubi uno deleto *tamen*, quod e v. 13 inuictum est praeter rationem sententiae, omnia expedieris. Postremo qui aliquem sensum concinnitatis habeat, non admittet opinor *nos inter aliás* Poen. v, 4, 22, sed lenissima transpositione metri legibus sic consulat :

Sicut nos hodie intér alias praestítimus pulcritúdiue.

Brevius, si potuero, absolvam cetera, postquam satis ut puto uno exemplo patuit, quam longum sit in hoc genere singula exhaurire cum pulvisculo. Ac de *nempe* particula otsi et certa res est et crebra exempla, tamen Trinumus quidem non quattuor, quae videtur, sed unum tantum neglectae positionis exemplum praestat v. 427 *Nempe quás sponondi* : alterum v. 328, quod iam p. LXVI. tetigit, cum Ambrosiano sustulimus : tertium v. 196 *nempe*

CXXXII

apud lés, cui quartum nostra coniectura accessit v. 61 *scilicet enim*, non hanc potius habent quam aliam quandam licentiam, de qua suo loco dicetur. — Postremo de *omnis* non est ullo modo dubitandum. Certum est in Trinummo exemplum v. 621, quem misere pessumdant qui aliter quam sic metiuntur:

Quoi tuam quom rém credideris, sine omni cura
dórmias:

atque hanc ipsam collocationem verborum (pro *sine cura omni*) et Terentianum illud tuetur Andr. II, 3, 17 *Sine omni periculo*, et ipse Plautus Aul. IV, 1, 20:

Núnc sine omni suspicione in ára hic adsidám sacra.
Accedunt non minus certa alia, partim e versuum principiis
ut Rud. I, 1, 5. v, 1, 5:

Ita omnis de tecto déturbavit téguas.

Ita omnes mortales, sí quid est malí lenoni, gaudent:
partim e mediis versibus, ut Cist. v, 1. Mil. I, 1, 55.
III, 1, 65:

Quíd hoc negotist, quód omnes homines fábulantur
pér uíam.

Quid tibi ego dicam, quód omnes mortales sciunt.

Lépidiorem ad omnis res nec qui amico sit amicús magis,
nam haec unice vera scriptura. Atque haec de severiori-
bus generibus metrorum sumpta sunt: quo minus mirandum
in liberioribus *omnis* corripí Cist. I, 1, 6. Pers. v, 1, 8:

'Ita omnibus relictis rebus mihi frequentem operám
dedistis.

'Vnde ego omnis hilarós lubentis laétificantis fáciám
ut fiant.

Hinc iam iudicari de dubiis potest: velut Poen. v, 2, 95 non satis esse caussae apparet cur sic transpositis verbis, *di omnes tibi dent*, fides librorum relinquatur:

Vndé sum oriundus. Dí dent tibi omnes quae uelis.
Minus etiam caussae est cur Andriae iv, 2, 11 *tibi* cum Bentleio deleatur:

Per omnis tibi adiuró deos, nunquam *ẽam* me desertúrum.
Ipsius Trinummi v. 78 nunc intelligitur nec esse de monosyllabo *quia* cogitandum, quod nescio an recte nuper Hermannus negaverit unquam locum habere, nec duriuscule *Quia ẽmnia bõnos bonasque* pronuntiandum, sed sic metiendum *Quia ẽmnia bonos*. Sed latius etiam vis patet demonstratae *ẽmnia* mensurae. Nam quae liberioribus sane metris concessa est *ĩam*, *io* syllabarum synizesis, ut anaepasticis Trin. 1115:

Hic homóst omnium hominum praecipuos
(ubi transponendorum *hominum omniũm* nulla necessitas):
eam etsi nihil profecto impediatur quominus in octonarios Trinummi 236 et Hecyrae v, 4, 27 accommodemus:

'Omnium primum amoris artis, quemadmodum expediant, eloquar:

Omnia ẽmnes ubi resciscunt. hic quos fuerat par resciscero:

tamen legitimis septenariis Trinummi 933, Stichi iv, 1, 21 et Cistellariae ii, 1, 50

'Omnium primum in Põntum aduecti ad 'Arabiam terram sumus:

'Omnium me exilem atque inanem fecit aegritudinum:

'Et quidem hercle nisi pedatu tertio omnis efflixero:

CXXXII

apud tēst, cui quartum nostra coniectura accessit v. 61 *nempe enim*, non hanc potius habent quam aliam quandam licentiam, de qua suo loco dicetur. — Postremo de *ōmnis* non est ullo modo dubitandum. Certum est in Trinummo exemplum v. 621, quem misere pessumdant qui aliter quam sic metiuntur :

Quoi tuam quom rém credideris, sine omni cura
dórmias :

atque hanc ipsam collocationem verborum (pro *sine cura omni*) et Terentianum illud tuetur Andr. II, 3, 17 *Sine omni periculo*, et ipse Plautus Aul. IV, 1, 20 :

Núnc sine omni suspícione in ára hic adsidám sacra.
Accedunt non minus certa alia, partim e versuum principiis
ut Rud. I, 1, 5. v, 1, 5 :

Ita omnis de tecto déturbavit tégulas.

Ita omnes mortales, sí quid est malí lenoni, gaudent:
partim e mediis versibus, ut Cist. v, 1. Mil. I, 1, 55.
III, 1, 65 :

Quíd hoc negotist, quód omnes homines fábulantur
pér uíam.

Quid tibi ego dicam, quód omnes mortales sciunt.

Lépidiorem ad omnis res nec qui amico sit amicús magis,
nam haec unice vera scriptura. Atque haec de severioribus
generibus metrorum sumpta sunt: quo minus mirandum
in liberioribus *omnis* corripí Cist. I, 1, 6. Pers. v, 1, 8 :

'Ita omnibus relíctis rebus míhi frequentem operám
dedistis.

'Vnde ego omnis hilarós lubentis laétificantis fáciam
ut fiant.

Hinc iam iudicari de dubiis potest: velut Poen. v, 2, 95 non satis esse caussae apparet cur sic transpositis verbis, *dī omnes tibi dent*, fides librorum relinquatur:

Vndé sum oriundus. Dī dent tibi omnes quae uelis.

Minus etiam caussae est cur Andriae iv, 2, 11 *tibi cum Benteio* deleatur:

Per omnis tibi adiuró deos, nunquam éam me desertúrum. Ipsius Trinummi v. 78 nunc intelligitur nec esso de monosyllabo *quia* cogitandum, quod nescio an recte nuper Hermannus negaverit unquam locum habere, nec duriuscule *Quia ómnis bōnos bonásque* pronuntiandum, sed sic metiendum *Quia ómnis bonós*. Sed latius etiam vis patet demonstratae *ómnis* mensurae. Nam quae liberioribus sane metris concessa est *iam, io* syllabarum synizesis, ut anapaesticis Trin. 1115:

Hic homóst omnium hominum praécipuos

(ubi transponendorum *hominum omniium* nulla necessitas): eam etsi nihil profecto impediatur quominus in octonarios Trinummi 236 et Hecyrae v, 4, 27 accommodemus:

'Omnium primum amóris artis, quemádmódum expediant, éloquar:

Omnia ómnes ubi resciscunt. hic quos fúerat par resciscere:

tamen legitimis septenariis Trinummi 933, Stichi iv, 1, 21 et Cistellariae ii, 1, 50

'Omnium primum in Póntum aduecti ad 'Arabiam terrám sumus:

'Omnium me exilem átque inanem fécit aegritúdinum:

'Et quidem hercle nisi pedatu tértio omnis effligero:

CXXXIV

non licebit ullo modo tribuere, nisi quidem unam *omnium* formam exceptam esse ex affinium societate praeter rationem contenderis. Ergo pro anapaesto *omnium* in posteriore Trinummi Stichique versu necessario, in priore Trinummi probabiliter habendum: pro pyrrhichio *omnis* in Cistellaria: pro tribracho *omnia* in Hecyra, nulla autem necessitate in Rud. iv, 4, 56 *'Omnia ego istaec fáctile patior*, et Trin. 655 *'Omnia ego istaec quae tu dixisti*, ubi nihil vitii dactylus habet. Sed alienus ab his Amphitruonis v, 1, 39, omisso *tibi* corrigendus:

'Omnium primum 'Alcumena géminos peperit filios.

Vt igitur paucis complectamur quae rimando singula nobis videmur effecisse: neglecta in media voce vis positionis et paucorum vocabulorum bisyllaborum certis exemplis continetur, et illorum ita comparatorum ut nec tres unquam corripiantur sed tantum binae consonantes, et harum altera, si a *st* et geminatis discesseris, soleat liquida esse, ut in *inde unde intus inter interim nempe omnis*. Sed his cave ne defendi talia putes qualia legebantur Trin. 27. 386. 724 *né me id inuitet, tute conciliet, qui meo ero áduorsus uenerit**), vel alibi in-

*) Nam nisi corripuisse *áduorsus* credas, qui in hac acquieverunt scriptura, quam tandem scandendi rationem inierint plane nescias. Quamquam alia quaedam sunt in Trinummo, quae reapse nesciam quam mensuram habere editoribus visa sint. Velut qui v. 934 Camerarii scripturam *non illaec* propagarunt, utrum corripuisse *non* particulam an *ae* diphthongum credemus? Illo autem versu 724 etiamsi corripere *ádvorsus* liceret, nihilo tamen magis *meo ero* verba adeo dellescere pronuntiando possent: *qui meo ero áduorsus*. Non inepte igitur pronomen Bothius expungebat: quod tamen transpositis *spolia* ibi vocibus sic servandum duximus:

cedere, pro quo plus semel antiqua *cedere* forma revocanda, vel v. 507 *etsi*, vel ut uno verbo dicam, a Schneidero p. 718 sqq. allata pleraque omnia, ut *cōtinuo incommodus profecto ābdūc ōbtuli ōptume sēptimus ōstendo ābsurde ō'sequi ūsq̄uam nēglegens stūltitia*, quorum non dicam fidem nullam esse, sed ne umbram quidem fidei*). Nisi

'Et capturum ibi spolia illum qui meo ero aduersus uenerit. Nam de accentu in ultima *illum* vocabuli noli quicquam vereri. Eundem accentum habes ab initio versus 8 *adest*, *en illae sunt aedes*, v. 378 *scin tu illum quo genere*, v. 995 *ibo ad illum renuntiabo*; in fine versuum 433 *ne ego istum uelim*, 455 *nam illum tibi*, 811 *quid illum putas*; in mediis versibus 923 *qui istum di perdant*, 928 *pot illum reliqui*, 957 *et ego illum nossem*. Quos quidem versus commemoravi, ut exemplorum multitudine Bothianam doctrinam quandam everterem: is enim in talibus aliquo fulcro opus esse ratus saepiuscule (neque enim sibi constitit) *illaec*, *illunc*, *istunc* formas et tacito et nulla prorsus necessitate inuexit. Ex omnibus tamen exemplis ad illum, a quo profecti sumus, versus similitudinem nullum propius quam v. 851 accedit:

Quod habes, ne habeas, et illuc quod non habes, habeas,
malum.

Quem qui sic metiendum putarunt: *Quod habes ne habeas, et illuc quod nunc non h. h. m.*, elidendo *ne* commiserunt quod vis et perspicuitas sententiae nullo modo patiebatur: atque omissio *nunc* nostrae mensurae praeclare Ambrosianus succurrit.

- *) Omnium maxime in transversum prava opinio eos egit, quos alibi probare *cōsiliū* meminī: parum illos M. Tullii memores, quo teste et *insanus et infelix et consuevit et confecit* producta ab initio vocali pronuntiata sunt cum similibus omnibus (Orat. c. 48.) — In tallum autem, qualla supra posui, defensoribus mirror etiam sani ceteroqui iudicii virum Kampmannum esse, qui de reb. milit. Pl. p. 39 non modo *ergo*, sed *argentum* et multo etiam rigidiora nullo modo sibi eripi passus tanquam in sinu fovit.

CXXXVI

quod unusquisque sua sponte intelligit correptum *peristromata* non magis regulae repugnare quam *Philippi*. Nec

Adeone igitur inauditum est tantillum turbatum esse in libris quantilli mutatione laevis fit e scabro versiculo Curc. v, 2, 15:

Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu uirginem —?

Vbi *Quod tu argentum, quas mihi tricas* Bothius reposuit rectissime. An ne illud quidem quicquam suspicionis moveat, quod Pseud 1, 5, 127 cum eadem correptione coniuncta est etiam qui vocis correptio:

Qui me argento circumdortant. Quis me audacior —, reapse igitur, id quod supra ridebamus, in lambi locum molossus substitutus? Nimirum nunquam factum est alibi, ut a male sedulo *me* vel *te* adscriberetur quod non posuisset poeta. At enim etiam amphibrachus in trochaei locum cessit Pers. II, 2, 18:

'Abi modo. Ego laudabis faxo. Sét hās tabéllas, Paégnium: nam ne hoc quidem nimium visum Kampmanno. Cui rursus illud repono: hoc si licet, licent omnia. Ad talia autem occalluisse, hocine vero est σοφῆσαι et φιλοφρονῆσαι? Quasi vero non aliquoties *tabellae* et *tabulae* formarum permutatio Plautinos versus corruerit, hac autem ipsa duce ille quoque facillima opera sic emaculetur:

'Abi modo. Ego laudabis faxo. Sét tu has tabulas Paégnium: coll. Curc. IV, 3, 13:

Qui hās tabéllas óbsignatas áttulit. Quas tú mihi

Tábulas, quos luscós libertos, quós Summanos sómnias?

sic enim haec diu est cum emendavi. Postremo quid esse illud dicamus, quod neglectae positionis exemplum Kampmannus sibi visus est etiam Capt. II, 2, 84 deprehendere, qui versus ab *Sét is priuátam* incipit (quasi si nos *siquidem is non sit* e Trin. 978 notemus ut aliquid inusitati habens)? Itemque II, 3, 66 initio '*Id uti scias Iouém supremum*, quod non est laudi potius in '*Id uti scias* mutasse, quam non mutasse opprobrio. — Haec autem sunt, si recte seu pervorse allata sunt, quibus neglectae positionis licentiam Plauto satis esse vindicatam ille censuit.

ego *qudmöbrem* mensuram concedo vel necessitatem habere vel defensionem admittere: quid est enim tandem cur vel ingratus esse vel minus conveniens rationi *quamöbrem* quam *quemádmódum* dicamus? quod nondum existit qui *quemádmódum* proferri iuberet. Certius etiam est barbara, nec vel Plautina vel latina esse tribus adeo litteris correptis *improbis imprudens ästare, égo öbtruncábo, quíd äxprobras* Trin. 318. Quo pertineat etiam *quemádmódum äxpédiant* v. 235, nisi id sit. in octonario: quanquam vel sic dubito num non *exp* potius corripiatur quam in unam syllabam *modum* coalescat. Ceterum non obliviscor simplicem *x* litteram aliquoties vi positionis pariter exutam esse atque *x* in *trapezila*: velut Trin. 1052 *si mage exigere*, nisi ibi aliam quoque ob causam transponere praestet *mage si exigere*. Non autem huc pertinent, sed ad aliud omnino genus licentiae prosodiacaе, quae vulgo dicuntur correpta syllaba pronuntiari *uolüptas uenüstas senëctus iu uëntus enimuero magistratus ministër fenëstra*: nec magis *senëctus* unquam quam *profëcto* vel *äctum* dictum est. His igitur hinc seclusis sola restant invicem sese tuentia *ferëntarius* et *tabërnaculo* Trin. v. 456. 726: quae quam gravem excusationem habeant, perspicies ubi nullum vocabulum, in quo quattuor syllabae continuae antispasticam mensuram aequent, vel in iambicos vel in trochaicos numeros nisi aegerrime intrare reputaveris. Eaque causa est, cur etiam simillimum *sedëntarius* vocabulum in principio senarii locum habeat Aul. III, 5, 39.

Tantum de correptione in mediis vocibus admissa: quam cum certis nec adeo paucis exemplis usus

CXXXVIII

comoediae probarit, contra quam maxime improbavit eam quae fit in binarum vocum concursu. In quo genere prorsus singularis est interrogativae *ne* particulae ratio, cuius ea natura fuit, ut abiecta *e* vocali nulla oriretur *n* litterae et insequentis consonantis positio: ut *itā tandem, habēn tu id aurum* v. 642. 964 et saepissime alibi. Vnde tamen per dubium est num progredi liceat ad postpositi alii consonanti *ne* correptionem defendendam, ut in *idne, quōdne* Pseud. I, 5, 27. Curc. v, 3, 27. Contra affirmari confidenter potest, praeter *ne* illud reliqua vitiosa esse tantum non omnia. Vitiosa igitur, a qualibus hoc ipsum caput exordiebamur, *postulāt se, consulit blandiloquentulus* v. 237 sq., etsi quaedam huiusmodi anapaesticorum potissimum liberior prosodia admisit (quale futurum sit etiam *subit subsequitur* illud v. 1118, nisi ibi alias ob causas aliud praestet:) vitiosa in senariis septenariisque *erit tuum*, quo mendo versum 388 ipse Ambrosianus liberavit, *erāt dicto* 503, *pigēt parum* 661, *dedit mi ipse* 902: vitiosa denique etiam monosyllaborum, quorum natura brevis vocalis, ante consonantem correptio, nisi quod de paucis exemplis, praeter cetera autem de *hic* et *hoc* formarum ante *qu* sonum (ad similitudinem *eccum* vocis) in principio versuum correptione non videtur dubitandum esse, ut *hic quoque hinc* in arsi v. 718 (ubi per facile erat *hinc* delere), *pōl hic quidem* extra arsim v. 851: nam de *hic quidem* v. 557. 875. 1030. 1055 haud scio an aliter statuendum sit. Atque hoc cur in his potissimum voculis fiat, spero me olim ita patefacturum, ut e singulari quadam condicione propriaque ratione *hic* pronominis repetendum esse intelli-

gatur. Sed et in medio versu cave *quid hęc quod tē rogo*, praesertim in illa distributione personarum, probatum esse v. 930 tibi persuadeas, et in ipso principio *Set hęc me unum* placuisse, quod v. 394 deterior in hoc Palatinis Ambrosianus exhibet. Porro autem nihili esse versus 595 initio mirificum scilicet proceleusmaticum *Set id si alienatur*, ipsa grammatica arguit, quae saltem *is*, non *id* flagitatura sit. A sententia reiectaneum v. 85 *Quod in cūlmine* facit ut etiam confidentius *Quod in manu* v. 914 reiciamus. Non plus fidei correptum ante consonantem *et* habet: nisi quod in octonariis sane licuerit fortasse tolerare *et gratis* v. 821, ubi tamen nobis alia ratio probata est. Denique ferri non potuit v. 482 *uērum quod ad uentrem attinet*. Vbi cum deleta praepositione non satisfiat loquendi usui Plauti, qui soli accusativo iunctum *attinere* verbum ignorat, a manu poetae visum est *quod uentrem attigit* prodiisse, cui explicando ascribi potuit quod vulgatur. Postremo bono esse stomacho oportet, qui sine molestia concoquant quod v. 792 libros dedecorat *illum quem habuit*, recte iam a Camerario in *eum q. h.* mutatum, in meram autem barbariem a Bothio corruptum, cuius commentum *quem habuit* sui simile nihil habet nisi alibi ab eodem commendatum *constitui*. Quamquam fieri potest ut e glossemate sit *illum*, revocata autem quae exciderit syllaba sic versus rediutegrandus:

Quem ante habuit, perdidit: alium post fecit nouom.

Vel *Quem olim habuit*.

CAPVT XI.

Tam angustis cancellis circumscriptam esse binarum consonantium in confiniis verborum correptionem vidimus, ut non possit non maximae mirationi magna correptionis frequentia esse in certis vocabulis, si communem opinionem sequimur, admissae. Exemplis, quid spectem, monstrabo e Trin. v. 61. 705. 958. 989 : 794. 810. 1067 : 336. 678. 953 :

Nempe *énim* tu, credo, me imprudentem obréperis.

Nón *enim* possum quin exclamem: euge eúge, Lysitelés, πάλιν.

'*Enimvero* ego nunc súcophantae súcophantari uolo.

'Abin hinc ab oculis. SY. *enimvero* séro quoniam huc áduenis.

Aput pórtitores ěas resignatás sibi.

Aput pórtitores ésse inspectas : dénique.

Tibi permitto: illam álteram *aput* me, quód bonist, appónito.

Qui *quidem* nusquam pér uirtutem rém confregit, áque eget.

Né sciutillam *quidem* relinques, génus qui conglicscát tuum.

Qui *quidem* non nouisse possim, quicum aetatem exégerim.

Quibus dubitari potest num haec addenda sint e v. 196. 478. 557. 875. 1030. 1055:

Set quid ais? quid nunc uirgo? nempe *aput* tést? Itast.

Verécundari nóminem *aput* mensám decet.

Quin hic *quidem* cúpit illum áb se abalienárier.

Měum gnatum hic *quidem* Lésbonicum quaérit et amicum suum.

Di immortales, básilica hic *quidem* fácinora inceptát loqui.
Méus est hic *quidem* Stásimus seruos. Nam égo ta-

lentum mútuom :

quando horum versuum primo *némpe apud* potest pro anapaesto esse, altero bisyllabum esse *neminem*, id quod post Benticium in Eun. III, 2, 7 et Hec. III, 1, 1 nemo ignorat, reliquis correptum esse *hic* ante *qu*. Sed nec ambigua sunt superiora illa, et pauca e consimilium per omnes fabulas multitudine. Ergone correpta esse *mi, mp, mv, tp, tm, mn, mr* putabimus? Profecto hoc si licuit, nihil non licebit, nec bellus proceleusmaticus *illum quem habuit* sollicitandus erit, nec operae pretium fuerit omnino ad aliquam artem condendorum versuum indagandam vel tantillum laboris conferre. At cur non sibi licitum veteres poetae putarunt eadem correptione velut in *uerum tacet* uti vel in *nám pol, tandem uirum, erit pater, habet me, autem necesse, uirum res?* Luce clarius est mehercule in ipsis uocabulis illis aliquid esse, unde caussa correptionis repetenda sit. Quod tamen non posse in finalium natura consonantium positum esse, cum dissimilitudo *m* et *t* litterarum docet, tum aliorum quorundam exemplorum comparatio persuadet, qua eo ducimur, ut socianda esse unoque genere comprehendenda intelligamus, quae nec ignota vulgo et ex parte ne dubitata quidem diversis tamen generibus tribuerunt. An quis non alias tantum consonantes finales quaslibet, verum etiam cum his coniunctas vocales, non illas breues ut in *enim apud quidem*, sed natura longas corripí potuisse sibi persuadebit? Corripí velut *fores* potuisse v. 868 :

CXLII

Fóres pultabo. Ad nóstras aedis híc quidem habet
rectám uiam — ?

Vel accusativum *manus* pluralemve nominativum Bacch. III,
3, 76. Milit. II, 3, 54 :

Mánūs ferat ad papillas, nusquam á labris labra aúferat:
(sive transponere sic praestat:

'Ad papillas mánūs ferat, labra á labris nusquam aúferat:)
Túm mihi súnť manūs ínquinatae. Quidum? Quia
ludó luto — ?

et horum primo cum pinguissimo quidem procleusmatico ?
Tam autem mira natura hoc ipsum (ut in eo paullisper
subsistam) *manus* nomen fuisse, ut ultimam syllabam,
sive eam brevem sive longam, sive consonanti sive adeo
vocali terminatam, susque deque habita ratione corripere
liceret? quando et *manum* correptum habes Bacch. I, 1, 54.
Pseud. III, 2, 71 :

Mánũm da et sequere. Ah mínime. Quid ita?

Manũm sí protollet, páriter profertó manum:

et sine consonanti ablativum Trin. 288:

Tibi uti caueas: quód manũ nequeunt

Ecquis est autem quaeso, quem haec non illorum statim
commonefaciant de quibus in vulgus constat: *bonus bo-
num malos mali bene male domum domi domo?*
Quae quis tam pravo iudicio est ut correptis potius ultimis
syllabis quam pronuntiando elisis primis dicta esse conten-
dat? Inter illa autem et *manus* et *enim* et *tamen* et
senem et *simul*, et si quae his sunt affinia, quid tandem
discriminis intercedit vel quid potius propinquitatis non in-
tercedit? Quorum unum, *tamen*, etsi scribendo quoque

in monosyllabam *tam* formam transiit *), id quod non factum est in reliquis, idemque unius syllabae mensuram saepe aequat, ut Trin. 260 :

*) Quanquam in Plautinis libris, quod sciam, praeter compositum *tametsi* verbum nulla illius formae exempla supersunt. Multo autem minus Plauto tribuendum *tame* erat, ex ultimo antiquitatis recessu petitum Sallisque et Arvalibus una cum *cume* relinquendum. Omninoque nihil magis cavendum est quam ne casca vocabula formasve vocabulorum in Plantum cupidius inferas, a quibus illius sive aetas sive ars et usus abhorruerit. E quorum numero velut *quamde*, *indu* (cuius in uno *indaudire* verbo vestigium relictum: nam diversissima *d* littera *prodeo* et *antideo* et *antidit* et *antiadhac* et *antidea* et *postidea* utuntur) et perperam a Reizio invecum *aliuta* sunt, vel *topper* et *antigero*, vel *molas* genitivus et *hemonem* forma: quorum ille nihil unquam admisit. Ac recte hoc genus universum Ladewigius iudicavit in Zimmermanni Diurn. antiqu. a. 1842. p. 1067 sqq., merita severitate Bothii in illo intemperantiam et vix credibilia commenta castigans. Quodsi quaedam solitaria exstant testimoniorum fidem habentia, ut semel positum *noenum* pro *non*, semel *sirempse*, in his subsistendum, nec eis abutendum licentius. Quam autem multa, quae prisca sibi latinitas vindicat, iam Plautina aetate non potuerint non obsoleta esse, intelligi vel hoc argumento potest, quod multitudinem Plautinarum formarum ipsa Terentiana aetas repudiavit, vix viginti annorum intervallo a morte Plauti distans. Velut nec *med ted* formas nec distractum *malai* genitivum Terentius novit, nec alla quae nunc persequi longum est, e. c. *simitu* pro *simul* dictum, quo decies Plautus usus: octo enim exemplis a Kampmanno compositis duo versus accedunt Most. III, 2, 104 et Stich. II, 2, 68, sic illi Ambrosiano duce conformandi:

Ego hic esse et illi simitu hau potui.

Immo uenisse eum simitu aiebant illi: ego huc citus.

Quanto autem aetatis intervallo a Terentio, tanto vel simili artis intervallo Plautus ab aequali epici generis poeta Ennio discretus est: et artis et aetatis a Lucretio, cuius sermo non est ullo modo

CXLIV

Amór amari dát tamen sátis, quod sit aégre,
tamen ne hoc quidem ad simillimam *enim* vocis pronuntia-
tionem comprobendam est adhibitum. Quid? quod ne usu
recepta quidem monosyllaba scriptura alius vocis cuiusdam
de vera ratione admonuit? Nam quid est quo a mono-
syllaba *bonas* vel *senem* forma *mnas* differat pro *minas*
scribi solitum? Quodsi haec exempla omnia quaeris quid
inter se commune habeant, facile eo pervenies, ut certis
condicionibus regi hoc genus universum intelligas, quod
binarum syllabarum (non binarum vocalium sese ex-
cipientium) in unam contractione continetur. Etenim
et nomina sunt omnia vel particulae, non verba: et
iambicam mensuram aequant omnia, vel quod eodem re-
dit, pyrrhichiacam: et unam tantum inter binas vocales
consonantem habent eamque tantum non semper liqui-
dam. In talibus igitur vocibus bisyllabis eam fuisse
vim litterae liquidae contendimus, ut aliquo modo
extrita brevi quae praecederet vocali una tantum
syllaba audiretur, id quod quadam nota singulari sic si-
gnificamus *dõmi, tãmen*. Non hoc ullo modo contendimus,
factum id esse in illiusmodi omnibus, sed potuisse fieri,
acri autem exemplorum pervestigatione a nobis eruendum
esse, in quibus factum sit reapse. Nam e perspecta lege
Plantina criticae artis lex consecraria haec est ut, sicubi

cum Plautino temerius conferendus. Nec fere minus discrimen
inter loquendi genus Plauti publicorumque monumentorum solen-
nem consuetudinem intercessisse non tantum ante mortem poetae
factum SC. de Bacanalibus sed etiam posterioris aetatis leges et
tabulae testatum faciunt.

suspectis numeris vel specie labanti metro defensio aut excusatio ab illius naturae vocabulo parata sit, non sit librorum scriptura temere sollicitanda. Itaque cum aliorum satis frequens sit monosyllaba pronuntiatio, tamen ne in illa quidem festinantius consulendum est, quae cum conditionibus supra explicatis satisfaciant, pauca habeant vel singula tantum exempla. Frequens est *fores* monosyllabum: unde non tantum *fōras* formae Trin. v. 276 certum praesidium praesto est, praesertim cum praeter alia exempla in Sticho quoque iv, 2, 17 sit

Quid forás? Foras hércle uero ,

et in Poenulo v, 5, 4:

Ipse abiit foras, mé reliquit :

sed nisi fallimur etiam *fōrum* vocabulo: quod etsi nec alibi repperi nec in senariis septenariisque facile concesserim in unam syllabam contractum (nam Pseud. iv, 7, 132 tollendum *hac*), tamen a liberioribus cantici numeris non esse alienum putavi v. 261. Dubitationem non habet *decem mīnas*: nec tamen ad *minas*, quod est a *minando*, unquam ea contractio traducta est, nec ad comparativum *minus*. Certis documentis constat de *simul*: cuius similitudinem non meminisse nunc *semel* quoque sequi, quanquam id si in anapaesticis octonariisve offeratur neglecta vi positionis usurpatum, non sim dubitaturus adhibita potius monosyllaba pronuntiatione defendere. Ceterum quod identidem monui caute et circumspecte etiam in eis versandum esse, de quorum ratione universa satis constet, id ipsius *simul* particulae exemplo comprobare licet. Nam Mercatoris ii, 4, 7 cum vulgo sic legatur:

CXLVI

Tūc amicus ét sodalis, s̄m̄ul uicinus próximus,
 inveteratum vitium Ambrosianus prodit et praestans pro simul.
 Nec plus probabilitatis habere Stichi II, 2, 23 tralaticium
 s̄m̄ulque harúndinem crediderim quam hanc versus formam
 longe elegantiore:

Múnditias uolo fieri. ecferte huc scópas: simul ha-
 rúndinem,

commendatam a me Mus. philol. IV, p. 575. Non magis
 tuto licebit Pseuduli versu uti II, 1, 14:

Inde me et simul participes omnis meos praeda one-
 rabo atque explebo.

Qui si anapaesticus est, scribi ita poterit:

Inde me ét simul omnis párticipes meos praéda one-
 rabo atque éxplebo:

sin, quod malo, trochaicus octonarius (eos enim versus ex-
 cipit, quorum trochaicam mensuram firmavi Philologi t. I,
 p. 304 sq.), sic redintegrandus una cum proximo erit:

'Inde me et simúl participes mēos praeda onerabo
 átque opplebo.

Metum ét fugam perduellibus meis fáciám: me ut
 gnatúm sciant,

Quó sum genere gnátus e. q. s.

Sine ulla autem necessitate *Múlla rogitas simul*, nescio
 quid Trinummi versui 880 Hermannus olim tribuit, ubi nec
Múlla simúl rogás nec fortasse *Múlla simúl rogítás* habet
 cur displiceat. Sed allata omnia cum ita se habere possint
 uti dixi (neque enim de singulis nunc contendo pertinacius):
 at prorsus certa duo exempla restant Aul. IV, 3, 2 et Mil.
 IV, 4, 1:

Sēm̄ul radebat pēdibus terram et uóce crocibát sua.

Séquimini: simul circumspicite, né quis adsit árbit̄er: in quibus non magis correptionem passae sunt sociatae *lr* et *lc* litterae, quam Eunuchi II, 2, 10 et Hec. IV, 1, 60 *lc* et *lv* in *simul consilium* et *simul uereor*, quae Bentleii opinio fuit. Quodsi de senariis septenariisque certa res est, multo minus de anapaesticis dubitandi locus relictus est. Quo pertinet Persae II, 1, 3, corruptis numeris sic proditus in libris:

Quanquam ego uinum bibo, at mandata non consueni
simul bibere una,

facili autem opera pristino nitori sic restituendus:

Quanquam égo uinum bibo, mándata haut consuéui
s̄imul bibere úna.

Nolo hic pertractare reliqua: e paucis vel iudicium vel coniectura fieri de omnibus potest. Tantum effectum esse ante disputatis arbitror, ut non modo *senex*, de quo nemo dubitat, sed ne parilia quidem *canem colos amor soror uiros meri erum**) eis in locis, qui et a libris mss. fidem

*) Nisi in his *amor* (Andr. I, 5, 26) et *erum* (Bacch. IV, 4, 3. Mil. II, 4, 9) essent, et supra *enim*, ceteris condicionibus, quibus hanc licentiam passa uocabula astrinxi, hanc adiecissem, ut a consonanti incipere debere dicerem: id quod in longe plurima cadit profecto. Et aliquid interest sane, utrum tanquam *m'tum*, *d'mi*, *m'nus*, *s'nex*, *s'mul*, *c'nem*, *c'los*, *s'ror*, *v'ros* pronuntiemus, an *amor* et *erum* et *enim* uocabulorum monosyllabam pronuntiationem aliquo modo imitemur, cum haec uix possint priore uocalli extrita proferri, sed sic potius ut uidetur: *am'r*, *er'm*, *en'm*. Verum difficile est et lubricum, quid uitae consuetudo ueterum probare uel potuerit uel non potuerit, assequi ratiocinando et comminacendo uelle. — Ceterum quaerendum erit, num forte etiam ad

CXLVIII

nec aliunde aliquid suspicionis habent, temere esse in dubitationem vocanda concedatur. Sed nomina, ut dixi, vel particulas oportet esse, non verba, a quibus hoc genus licentiae, si quid video, prorsus exclusum fuit. De Plauto loquor, ad Terentium alio tempore rediturus. Rationem quaeris? experientiam oppono: nec enim vel *amet* vel *uelim* vel *feras* vel *sinam* vel *mones* vel eiusmodi quicquam similem ecclipsisim passum unquam observavi. Nisi quod non esse e corruptis argumentandum sua sponte intelligitur: qualibus carum potissimum formarum, quae sunt *uelle* verbi, monosyllabam pronuntiationem probatum ierunt*).

sine praepositionem eadem ecclipsis pertinuerit, ut Pseud. I, 3, 144:

Sét sine argénto frástra's, qui me tui misereri póstulas:
sic enim ibi A. Nam de obsoleto *se* frustra sit qui apud Plautum cogitet. Adde Andriae senarium I, 1, 39 a *Sine inuidia laudem* exordientem. Quod si probabilitatem habeat, ex eorum societate, quibus supra *ómnis* vocabulli correptionem probavimus p. cxxxii, tria exempla prima extimenda fuerint, ut necessitatem non habentia.

*) Nodum ut monosyllaba esse *negas*, *rogat* et similia possint, quae iliquidam non habeant. Ita Menaeohm. v, 7, 39 transpositione opus esse iam Bothius perspexit, quanquam non cum illo *si tuum esse negas me* collocandum est, sed arti convenienter

Sic sine igitur, si *negas me túum esse*, abire liberum.

Magis turbati versus Capt. III, 4, 39 nescio an sic reconciantur:

Tén *negas* Tyndárum esse. — Nego ego. — Tún te Philocratem ésse ais? —

Ego vero inquam. — Túne huic credis? o. q. s.

Pseuduli I, 3, 60 sqq. recte iam ordinavit Bothius. Rudentis autem IV, 6, 8, Curculionisque II, 3, 68 et 60 sq. a mendis sic nisi fallor liberandi sunt:

Eúm *roga* ut relinquat alias rés et huc uenlát. Licet.

Rógitant serui, quó eam. Dico me ire quo saturi solent. —

Préndit dexterám, seducit: *rógitat*, quid ego in Cáriam

Véniam. Dico me illo uenisse ánima causa. ibi mé rogát:

Velut Captivorum versum II, 2, 93 quis credet a poetae manu talem prodiisse:

Qui tua quae tu miseris mandata ita ut *uelis* perferat — ?
Vbi cum in *B* non *miseris* sit, sed *iufferis*, probabile est scripsisse Plautum

Qui tua, quae iussis, mandata ita, ut uelis, ei perferat, coll. II, 3, 17. Cistellariae autem I, 1, 47 quis, nisi qui ignorantiam prodat suam, aliter quam sic dimetietur:

Necessest, quo tu me modo *uoles* esse, ita esse, mater: ubi minime praestat *uoles modo* transponere. Contra transponendi non pauciores quam quinque viae patent in Bacch. I, 1, 50 verbis *Vbi tu lepide uoles esse tibi*:

'Vbi uoles tu lepide esse tibi:

'Vbi uoles tu esse tibi lepide:

'Vbi uoles tu tibi esse lepide:

ad quas emendationes ex parte ipsorum vestigiis librorum ducimur. Eiusdem scenae v. 78 transponendum *quattuor uolturiōs iacit*. Monosyllaba, si dis placet, *uides* forma a Wasio p. 197 affertur e Stichi IV, 2 tribus versibus continuis 52. 53. 54, quibus quis non videat ter reddendum esse *uiden*?

Égone? Tu ne. Mihine? Tibi ne. *uiden* ut annonast grauis?

Viden benignitates hominum ut periere et prothymiae?

Viden ridiculos nibilli fieri atque ipsos parasitarius?

Nec igitur de monosyllabis *lubet*, *pudet*, *piget* cogitandum: quorum hoc omnium minime locum in septenario habituram erat Trin. 661, illa non in unam syllabam contracta potius, quam neglecta positione (velut Bacch. v. 893 Herm. *lubet lamentari*, 948 *lubet perleyere*, 1116 *pudet dicere*) dicta sunt in octonariis iambicis, trochaicis, anapaesticis. Nam his quidem cum talem licentiam, alienissimam a severioribus metris, iam ab initio concesserim, tum anapaesticos potissimum fatendum est condidisse Plautum saepe asperrimos.

'Vbi uoles tibi ésse lepide:

'Vbi uoles essé tibi lepide.

Et quoniam eiusdem rei alia exempla a Wasio p. 195 sq. video ex Amph. II, 2, 71. Asin. I, 2, 26. Cist. I, 1, 46. Pseud. IV, 1, 2. Poen. III, 1, 31. Truc. II, 6, 27. IV, 4, 7. III, 1, 7 allata, ne in infinitum crescat demonstratio, statim omnia infra posui emendatius scripta, ex parte ipsorum codicum auxilio:

Nón tu scis, Bacchaé bacchanti sí *uis* aduersárier.

Měo modo loquár quae *uólam* ego, quom íntus non
licitúmst mihi.

Dí me perdant: quódcunque optes, tibi *uelim* contingere.

Túm mihi Calidorúm *uolunt* seruátum esse et lenónem
extinctum.

'Vbi bibas, edás de alieno quántum usqué *uelis* áf-
fatim.

Iámne magnust? iám legionem eléctat, quam spoliáre
uolt?

Scío mecastor quíd *uis* et quíd póstulas et quíd petis. —

Quaerít patrem. dico ésse in urbe: quíd *uelit*,

Rogo. hómo crumenam síbi de collo détrahit.

Sed de *uolo* forma longe alia res est, ut patescet infra: ubi aliquid narrabo, cuius non minus ratio lateat, cadens illud in verba sola, exclusum a nominibus.

Non infirmat autem legem, sed confirmat, quod ab eisdem bisyllabis ducta polysyllaba probatam in illis contractionem servant. Itaque ut *bene* et *male*, sic etiam *maleficus* et *beneficium* pronuntiata sunt: ut *domi*, ita

domicilium quattuor syllabis Milit. II, 5, 41: ut *senex*, ita *senectutem* plus semel. Rursum ad huius vocabuli similitudinem prorsus rationi convenienter accommodata sunt *voluptatem*, *voluntate* (Trin. 1166), *venustates*, facta a *volup*, *volens*, *venus*, quae etsi in unam syllabam correpta hodie quod sciam non exstant, tamen vel potuerunt corripi vel certe eas condiciones implent, quibus munita correptio posset in derivatis admitti. Nam qui in quattuor vocabulis illis quadrisyllabis neglectam esse positionem *ct*, *pt*, *nt*, *st* litterarum contendunt, ne istos probabilem rationem reddere iubemus, cur ionici mensuram nunquam talia aequent, qualia sunt *profectorum*, *adeptorum*, *gerundarum*, *facultatem*, *egestatem*, *honestatem* (nam de *vetustate* Poen. III, 3, 87 habeo cur magnopere dubitem). Nec verendum est ne quis *iuventutem* opponat, in quo propter singularem *v* litterae naturam in unam primae syllabae coalescunt ut in pervulgatis illis *nauem* (Trin. 835), *boues**,

*) Monosyllabum *boues* praestat Pseud. III, 2, 23: — Item Aul. II, 2, 57, qui sic scribendus est una cum proximo:

'Asini mordicus me scindant, boues incursent cornibus:

Hoc magnus periculum ab asinis me ad boues transcendere: —

Item Pers. II, 3, 10, adiecta demum syllaba integer:

Nam ego hoc argentum alibi abutar: boues quos emerem,
non erant

(vel *Nam hoc argentum ego*): — denique eiusdem scenae v. 7, quem sic reconcinnamus:

Nam erus meus Eretriam me misit, domitos boues ut sibi
merceret

(vel *Nam erus Eretriam*): quando *Eretriam* pronuntiari, non *Eretriam*, et ratio et consuetudo iubet, ut factum est II, 5, 23:

Nunc mi Eretria erit haec tua domus. Nimis tu facete loquere:

'Vbi uoles tibi ésse lepide:

'Vbi uoles essé tibi lepide.

Et quoniam eiusdem rei alia exempla a Wasio p. 195 sq. video ex Amph. II, 2, 71. Asin. I, 2, 26. Cist. I, 1, 46. Pseud. IV, 1, 2. Poen. III, 1, 31. Truc. II, 6, 27. IV, 4, 7. III, 1, 7 allata, ne in infinitum crescat demonstratio, statim omnia infra posui emendatius scripta, ex parte ipsorum codicum auxilio:

Nón tu scis, Bacchaé bacchanti sí *uis* aduorsárier.

Měo modo loquár quae *uólam* ego, quom íntus nou
licitúmst mihi.

Dí me perdant: quódcunque optes, tibi *uelim* contingere.

Túm mihi Calidorúm *uolunt* seruátum esse et leuónem
extinctum.

'Vbi bibas, edás de alieno quántum usqué *uelis* áf-
fatim.

Iámne magnust? iám legionem eléctat, quam spoliáre
uolt?

Scío mecastor quíd *uis* et quíd póstulas et quíd petis. —

Quaerít patrem. dico ésse in urbe: quíd *uelit*,

Rogo. hómo crumenam síbi de collo détrahit.

Sed de *uolo* forma longe alia res est, ut patescet infra: ubi aliquid narrabo, cuius non minus ratio lateat, cadens illud in verba sola, exclusum a nominibus.

Non infirmat autem legem, sed confirmat, quod ab eisdem bisyllabis ducta polysyllaba probatam in illis contractionem servant. Itaque ut *bene* et *male*, sic etiam *maleficus* et *beneficium* pronuntiata sunt: ut *domi*, ita

domicilium quattuor syllabis Milit. II, 5, 41: ut *senex*, ita *senectutem* plus semel. Rursum ad huius vocabuli similitudinem prorsus rationi convenienter accommodata sunt *uoluptatem*, *uoluntate* (Trin. 1166), *uenustates*, facta a *uolup*, *uolens*, *uenus*, quae etsi in unam syllabam correpta hodie quod sciam non exstant, tamen vel potuerunt corripi vel certe eas condiciones implent, quibus munita correptio posset in derivatis admitti. Nam qui in quattuor vocabulis illis quadrisyllabis neglectam esse positionem *ct*, *pt*, *nt*, *st* litterarum contendunt, ne istos probabilem rationem reddere iubemus, cur ionici mensuram nunquam talia aequent, qualia sunt *profectorum*, *adeptorum*, *gerundarum*, *facultatem*, *egestatem*, *honestatem* (nam de *uetustate* Poen. III, 3, 87 habeo cur magnopere dubitem). Nec verendum est ne quis *iuuentutem* opponat, in quo propter singularem *v* litterae naturam in unam primae syllabae coalescunt ut in pervulgatis illis *nauem* (Trin. 835), *boues**

*) Monosyllabum *boues* praestat Pseud. III, 2, 23: — item Aul. II, 2, 57, qui sic scribendus est una cum proximo:

Asini mordicūs me scindant, hōues incursent cōrnibus:

Hōc magnūst pericūm ab asinis me ad boues transcēdere: —
item Pers. II, 3, 10, adiecta demum syllaba integer:

Nām ego hoc argentum ālibi abutar: hōues quos emerem,
nōn erant

(vel *Nām hoc argentum ego*): — denique eiusdem scaenae v. 7, quem sic reconcinnamus:

Nam ērus meus Éretriām me misit, dōmitos boues ut sibi
mercārer

(vel *Nām erus Eretriam*): quando *Éretriam* pronuntiarī, non *Eretriam*, et ratio et consuetudo iubet, ut factum est II, 5, 23:

Nunc mi Éretria erit haec tua domus. Nīmis tū facete lōquere:

CLII

ouis, Iouem, nouo, breui (Mil. iv, 2, 29), *suonculus, obliuisci, caucta, cauillatio* (non *cauillatio*), in quibus vivam sonum pronuntiantium non est secuta scriptio ut in *dites, nauta, aetas, aeternus, noris, nosea*. Quanquam id nec ad *uiuit* et similia unquam valuit, in quibus non brevis, sed longa vocalis *v* litteram praecedit (nam quod unum *nauis* exceptum est, graecam exemplum effecit), nec quo multorum prava opinio fuit, tralatum est ad perfectorum primam et tertiam personam singularis ut *inhiauit* Trin. 169, *penetrauit* 276, *exturbauit* 601, quae certissime negandum est unquam in ternas syllabas contracta esse. — At vero *ministremus*, at *magistratus* opponent. Verum *minister* unde nisi a *manus* venit? e quo consequens est ut, quemadmodum una syllaba *manus*, ita tanquam *m'nistremus* pronuntiatum sit, non *ministremus*. Nec magis credibile tres consonantes longam syllabam non effecisse in *magistratus*: cuius pronuntiationem trisyllabam iam alii suspicati sunt e propria quadam in *magis*.

atque etiam Merc. iii, 4, 61, nisi quod vitiosus ibi hiatus *Megara Eretriam* aut transpositis nominibus tollendus est:

Megara Sicyonem Corinthum Chalcidem Cretam Cyprum
Eretriam Cnidum Zacynthum Lesbunne an Boeotiam
 (non videtur enim *Lesbiam* vel *Lesbiam an* defendi posse), aut fortasse rariore forma e librorum vestigiis *Megare feretrium, megare feretrium* eruta in hunc modum:

Megares Eretriam Corinthum Ch. Cr. C.

Sicyonem e. q. s.,

cui formae non mediocre praesidium Plautino ablativo *Megaribus* Pers. i, 3, 57 paratum est. Superest ut Persae ii, 5, 21 sic perpoliamus:

Quid tu ais? dominus me *Eretriam* boues mercatum misit,
 ubi *boues mercatum Eretriam* collocatur vulgo.

voce *g* litterae natura appetendam esse. Atque eiusmodi quiddam habuisse illam hinc intelligitur, quod e *magius* fiori *maius* potuit. Quodsi ad *i* consonantis similitudinem aliquam *g* illud accedebat, idem fere accidisse in *ma'istratus* (ut sic imiter scribendo) accidisse perspicimus quod in monosyllabis *eius*, *cuius*, *huius*, quae rursum cum *navem*, *Danos* prorsus esse comparanda apparet.

Sed redeundum, unde exorsi sumus, ad *quidem* et *aput* particulas. Quae sane liquidam non habent inter breves vocales duas interiectam. Verum quod fieri in omni genere rerum videmus, ut non tam certis et immutabilibus finibus singulorum inter se ordinum diremptio regatur, quin quaedam redundant et liberiore vinculo annexa potius quam connexa fluctuent inter duo genera, id quid mirum si hic quoque locum habuit? Id igitur cadere in eas duas particulas credendum est, quae cum reliquis condiciones admissae ecthipsis, sive syncopam dicere males, omnes expleant et una tantum ex parte a consimilium societate recedant, facile potuerunt ipso quotidiani sermonis usu et incredibili frequentia in breviorum *qu'dem ap't* formarum speciem pronuntiando deteri. Quod simul atque intellectum est, non aliquam multos, sed centenos senarios septenariosque, in quibus tanta regnare elegantia numerorum solet, a neglectae positionis scabritie purgatos habes: aliquot versus etiam a corruptelae suspitione vindicatos, ut Trin. 58. Quippe nihil quicquam impedimenti esse constat, quominus, quae synizesi binae syllabae in unam coeunt, ante vocalem elidantur delitescantque pronuntiando prorsus ad rationem simplicium vocalium vel diphthongorum.

CLIV

Quemadmodum igitur fit ut pro nulla syllaba monosyllabum rei sit in *ei rei operam* v. 119, *ei rei argumenta* 522, *ei rei operam* 865, (quanquam in his potest sane *re* scriptum fuisse), vel *eo* in *nón eo haec dico* 341, *hóminis eo ornatu* 852, *clementem eo usque modo* 827, *ei* in *tolerare ei egestatem* 338, *meo* in *uapulabis meo arbitrato* 990, *tuum* in *indicium tuum incendes* 675, *suam* in *despondisse suam* in 1130, *fui* in *causa fui hac* 1090: ita nihil profecto offensionis habere delitescens *quidem* vel alibi non raro vel Trin. v. 58 potest:

Dum *quidem* hércle tecum núpta sit, sané uelim.

Quanquam modus in his tenendus est: ineptus sit enim qui versus 569 principium *Meus quidem hercle* tali artificio defensum eat, ut sive anapaestum sive spondeum effici *meus* et *her* syllabis dicat, inter quas *quidem* delitescat. Sed de v. 806 haud scio an immerito dubitaverim, satisne eleganter *enim* in unam syllabam sic coiret:

Ita fáciam. At ěnim nimis lóngo sermone útimur, an delendum *at* esset: nam ab anapaesto *quidem at enim* non posse proceleusmaticum excipi non fugit peritos. In illis autem exemplis, ut hoc addam, quae possunt synizesim pati, aliquoties non mediocriter fluctuat iudicium, admissamne reuera synizesim dicas an ipsum metrum una syllaba auctum. Non fluctuat velut v. 652. 1130 et 185, ubi *re-línqui ob e-am, -dísse su- et fa-cta meam én* tribus syllabis elata siue ulla necessitate dactylos ante caesuram trochaici versus et geminos in senario anapaestos inferunt, similiter atque v. 338 non depressum *ei* geminos pro trochaicis dactylos: quae omnia etsi non sunt vitiosa, at inlegantiora

sunt elegantioribus: id quod etiam in bisyllabum v. 1134 *enim* cadit. Nec de v. 230 fluctuat, ubi ipsa perspicuitas sententiae et vis oppositorum non patitur *rei* sic devorari:

Amórine me áu rei obsequí potius pár sit,
sed acui productam paenultimam iubet:

Amórin me an réi obsequí potius pár sit;
nec de v. 307, ubi prae *eum esse* nemo non sentit praestare *eum esse*. Sed v. 552. 688. 868. 899. 904 nec profecto interest quicquam, utrum in *qui quidem i-stius* et *qui meam e-géstatem* et *hic quidem ha-bét* et *alte-rám suo a-mico* et *si quidem e-go ábsens* dactylum esse an trochaicum putes, nec utrum poeta voluerit ullo argumento decerni potest. Quae ambiguitas etiam ad alia pertinet ut v. 337 *eiusmodi*, quod aut choriambus esse aut creticus potest. — Ceterum de *siquidem* iam apparet quam errarint qui insolentissime correpta antepaenultima a Plauto frequentatum putarunt.

Similitudinis speciem externam, quamvis expertem rationis, concedendum est fortasse in causa fuisse, cur ad *aput* vocabuli exemplum accommodaretur *caput* nomen: non quod ab eo et Bacchidum versus 1155. H. incipit: *Caput prúrit, perú, úix negitó*, qui est anapaesticus, et Merc. I, 2, 42: *Căput tibi faciám*, ubi etiam aliam ob causam transponendum *Tibi caput faciám*: sed propter unum Curculionis septenarium II, 3, 81:

Căput deponit, cóndormiscit: égo ei subduco ánulum.
Sed hoc addito iam exhausta est multitudo exemplorum.
In quibus si etiam *pater* habitum est, eius rei et rationem et documenta desidero. Et omnium minime ex eo argumentandum esse, quod, ut e *soror* monosyllabum *soeur*,

CLVI

ita e *pater* similiter factum esse *père* dicunt, vel hinc intelligitur quod, etsi *frère* quoque et *mère* e *frater* et *mater* contracta sunt, tamen haec latina nec contendit quisquam nec potuit contendere unquam monosyllaba fuisse. Omninoque tam esse lubricum hoc genus.comparationis arbitror, quo praeter ceteros Wasius delectatur, nihil ut inde proficias: quando ne Lingianum *uomo* quidem illud ad illustrandum *homo* vocabuli sonum ulli me iudice usui fuit. Ergo exempla dispicienda: quae aut nulla esse apparebit aut incerta: certa enim ea tantum dico, quibus non levidensi unius alicuius syllabae vel transpositione vel omissione iusta mensura facili negotio restituatur. Ordiam a notabili caecitatis exemplo. Epidici enim III, 2, 16 sq.:

Nam léno omne argentum ábstulit pro fidicina: ego
resólui,

Manibus his dinumeravi, pater suam natam quam
esse credit.

Nunc iterum ut fallatúr pater tibi que auxiliium ap-
parétur:

num credibile videbitur medium versum vel monstrum potius versus quoddam potuisse Plautinum haberi? qui nec *Manibus his* in *His manibus* nec *credidit* in *credit* mutato vel metrum habeat vel constructionem, atque longe evidentissima interpolatione ex eis consutus sit quae inferius sequuntur v. 29 sqq.:

Si qui ád eum adueniant, út sibi datum ésse argen-
tum dícat

Pro fidicina: argenti minas se habere quinquaginta.
Quippe égo qui nudius tertius *meis manibus* dinumeravi

Pro illá tua amica, *quám pater suam filiam esse
rétur.*

Poenuli autem v, 4, 90 non esse sanam hanc scripturam:
saluo însperate nóbis,

Pater: té complecti nós sine:

colligi hinc poterat, quod in Palatinis non est *te complecti*,
sed *ecomplecti*. Vnde certissima haec est emendatio:
saluo însperate nóbis,

Pater, ét complecti nós sine.

Tam incerta autem Curc. v, 2, 5 et scriptura est et sen-
tentia, tali exemplo ut probetur nihil: ubi quanquam ne
Bothius quidem credi potest verum esse assecutus, qui haec
posuit in exitu septenarii: *páter eius rursum mihi*, tamen
multo ineptiora sunt quae vulgantur: *pater tuus rursum tibi*,
pro quo in *B* est *pater uo is rifum tibi*. Ne a libris quidem
ulla fides huic collocationi verborum est in Captiv. v, 4, 26
et v, 5, 4:

Quási per nebulam Héigionem pãtrem meum uocárier:
Néque ubi amans aduléscens scortum liberet clam
pãtrem suum:

ubi id ipsum, quod postulat ratio et reponi etiam sine libris
iubebat, Vetus testatur: *meum patrem et suum patrem*.
Denique Trin. 372 non recte sic demetiuntur:

Éó pater pol ego istám uolo me rátionem edoceás.

Licet,

cuius numeri hi sint potius:

Éó patér pol égo istam uólo me e. q. s.

Haec igitur exempla nulla sunt. Incerta tria habes, ita
autem comparata singula, ut non unum admittant, sed plq-

CLVIII

res corrigendi modos longe facillimos: Most. II, 1, 31. Trinummiq.ue 316 et 361:

Quid ego agam? pater iam hic me offendet miserum
adueniens ebrium.

Né tibi aegritudinem, pater, párerem parsi sédulo.

Ne éxprobra, pater: múlta eueniunt hómini, quae
uolt quae ne uolt.

Quorum primo deleto *me* aut *pater hic iam offendet* aut *iam hic páter offendet* scribe: altero vel *Né pater aegritudinem tibi* licet vel lenius *Ne aegritudiném tibi pater* transponere, vel rectissime omnium *Ne aegritudiném pater tibi*: tertio vel *pater hómini eueniunt múlta* vel aliquanto et gratius et modestius *patér mulla homini euéniunt*. Restant duo sola: quae non possunt sane eadem ratione incerta dici, Bacchid. III, 6, 3 et III, 2, 20:

Sét ueniam mihi quám grauate páter dedit de Chrýsalo.

Pátrém sodalis ét magistrum. hinc aúscultabo, quám rem agant.

Hiscine igitur duobus versibus id factum esse praeter rationem credemus, quod in exemplis per viginti fabulas circiter quingentis factum sit praeterea nunquam? atque id in primo ne ab initio quidem versus, in altero magis etiam suspecta ecthlipsi, quod a duabus consonantibus altera syllaba incipit? Credat qui poterit. Et illi quidem versui sat concinnam speciem iam Hermannus restituit:

Sét ille ueniam quám grauate mihi dedit de Chrýsalo:

alterum fors fuit an poeta sic dederit:

Mēi patrem sedālis et magīstrum. ausculto, quām
rem agant.

Postremo Phormionis iv, 2, 11:

Pater uénit. set quid pértimui autem béluā
non dubito quin aut *set* aut *autem* particula deleta *Patēr*
uénit pronuntiandum sit.

Quodsi praeter *pater* illud quibusdam in locis pauca
quaedam alia bisyllaba, ut *nimis modus miser*, in eo-
rum quae adhuc tractauimus societatem esse ascita vide-
antur: de his etsi quaerendum est amplius, tamen in praesens
breviter dici hoc potest, et in liberioribus metris esse omnia
et maximam partem vel propterea ambigua, quod, cum in
his metris etiam correptio inter binas voces media admissa
sit, saepe parum liqueat ad utrum illa genus pertinere di-
camus. Senarios septenariosque cum trochaicos tum iam-
bicos ab illis omnibus abhorruisse certissimum est. Apage
autem eorum et putida et indocta artificia, qui etiam *u'l, s't,*
p'r, propt'r, l'bi, s'bi, n'que, er't, ad'st, l'bello, conc'binam,
exp'rii, imp'ritum, exp'di et similia commenti sunt pro *uel*
set per et reliquis, atque adeo *nemp' Phormionem, ind'*
sumam, imm' uero, vel *'n, 't, 'b, 'go, 'bi* pro *in et ob ego ibi*,
et quod summum est, *qu'* pro *quid et quod*: quae merae
praestigiae sunt et glaucomata.

CAPVT XII.

Postquam inveteratum de neglecta vi positionis erro-
rem, quo nihil plus obfuit Plautinae prosodiae recte iudi-
candae, radicitus euellisse videmur, reliqua capita licebit

ita perstringere, ut in eis potissimum, de quibus ab aliorum placitis mihi esse dissentiendum videam, nunc subsistat disputatio, praeter cetera autem certioribus finibus ea circumcumscribat, quae non ignorata vulgo tamen nimis vagantur plurimorum opinione. Et quoniam in usitatissimam binarum vocalium synizesim paullo ante oratio incidit, hic quoque illud observandum est praeter cetera, ut et metrorum genera et genera vocabulorum diligentissime discernantur. Mitto nunc *dein deinde dehinc proin proinde deorsum seorsum praeut praeoptare* (Trin. 648) *coire anteit antehac introire* (v. 10) *quoniam*, aliae, quae nunquam nisi contracte dicta sunt: nam *introibis*, de quo vere iam Bentleius in Andr. v, 2, 9 sensit, ne Bacch. iv, 8, 66 quidem quattuor esse syllabarum credo, sed aliquid excidiisse huiusmodi:

Nam quid eo introibis? 'Vt eum dictis plurimis.

Metrorum autem diversitati quantum tribuendum sit, luculentissime eorum vocabulorum exemplo apparet, quorum terminatio *i* vocalem habet alii vocali praemissam. Satis constat de monosyllabis *dies*, *diu* (Trin. 65. 578. 685. 843): nunquam autem, id quod asseveranter affirmare licet, synizesim in senariis quidem septenariisque ullius alius nominis ullus casus (praeter genitivum secundae declinationis) admisit, nec *mendacium* nec *mendacia* nec *mendaciorum*, sive haec substantiva sunt sive adiectiva, nec *mendacio* nec *mendaciis* nec *mendacior certiores mortalium*, nec vel *sapientia gloria* vel *acies* vel *factio oratio* cum suis casibus, nec *nescius tertius obnoxius* nec *obnoxiosus* vel *impendiosus*. Contra ab illis metris simulatque transitus factus est ad

octonarios anapaesticosque, continuo offensio omnis talis synizesis dilabitur. Vitiosum erat in senario 658 *ótió cáptus*: spondiacam mensuram ne ubi potuerat quidem poeta defugit in octonario 838 *ótió dáre me*. Nunquam per reliquam fabulam bisyllaba sunt *gaudium gaudio filius fili- am* et similia: in paucissimis anapaesticis 1116 sqq. cumulantur *omnium gaudiis gaudium gaudiis* synizesim passa (nisi quidem *gaudiis* esse dactylum Lindemanno credes), quibus ex octonario 839 adde *flío*. Falsum igitur quod vulgabatur v. 1156:

Filiam mēam tibi désponsatam esse aúdió. Nisi tú
neuis.

Certissima haec lex: quam cum reliquae fabulae comprobant tum Bacchides, cuius item sola anapaestica multitudinem bisyllabarum formarum praebent: *flío flíos flíum flío flíi flíis* v. 1125. 1129. 1136. 1159. 1165. 1167 ed. Herm. Vsitatorum autem metrorum tantam quantam diximus severitatem esse mirum est ne eos quidem satis perspexisse, qui tanto demonstrandi apparatu usi sunt quo *gratis* et *ingratis* formas a Plauto abiudicarent rectissime. Qui si ne haec quidem admisit, in quibus contractio constanti posterioris aetatis usu probata ipsa scribendi forma exprimeretur, multo minus credibile videri debuerat binis syllabis ab illo *gaudiis* et *flíis* elata esse. Ceterum non repugnare genitivorum vere contractorum exempla, ut *cluentum pro cluentium* Men. iv, 2, 6, quisvis perspicit, nisi qui ex eo, quod etiam *celatum* genitivo et *deum* Plautus usus, concludat *celatorum* et *deorum* formas ita pronuntiatas esse ut tres tantum et duae syllabae audirentur. Quanquam

CLXII

si volumus verum fateri, non aliud sano faciunt qui velut *diritiis* in exitu versus scribunt vel *sciebam* in principio trochaici. — Ut autem in nominibus *i* litterae synizesim sibi propriam habet *dies*, cui addendus *trium* genitivus Trin.847 (nam de *lien* et *dierectus* rectissime nuper Hermannus statuit), ita in verbis prope unam *scio*: cuius formae bisyllabae omnes monosyllabam pronuntiationem, bisyllabam trisyllabae passae sunt saepissime. Accedant his *ais* *ait* monosyllaba, bisyllabum *aibam* cum ceteris personis*), nunquam autem ad similitudinem *scio* et *sciunt* formarum etiam *ais* et *aiunt* monosyllaba. Horum autem omnium nihil ad cetera verba quartae coniugationis tralatum est, nec praeter imperfectum *audibam*, in quo ut in *sciebam* synizesis novam eamque constantem formam procreavit ipsa scriptura expressam, ullam fidem bisyllaba *audiam* *audias* *audiat* *audiant* habent vel trisyllaba *audiamus* *audiatis*, nec plus fidei *faciam* et *accipias* cum ceteris: nedum ut *nuntiabo* et similia contracta sint. Afferunt e Captivis III, 5, 5

Nam sémper occant prius quam sárriunt rústici: nemini in mentem venit *sarire* formae simplici *r* scriptae, quae non dubito quin breve *a* habeat: unde reddendum Plauto *sáriunt*. Viderint igitur quam convenienter rationi agant, qui cum tribus syllabis a Plauto dictos esse verborum a *uenio* compositorum conjunctivos negare nequeant, tamen nescio qua timiditate non ausi *peruenas* *euenat* *conuenant* scribere plenas formas in *ias* *iat* *iant* ex-

*) De Bentleyano praecepto, quo solam contractam formam *aibam* probavit damnata trisyllaba (in Heaut. V, 1, 51. Phorm. IV, 1, 8), alibi dicam.

euates tenent, synizeſi nimirum trisyllabas factas e quadrisyllabis. — Ceterum etſi *ſcio* quoque et *ſciam* monosyllaba, ut *meo* vel *meam*, ante vocalem aliquoties prorsus devorantur, tamen diligenter cavendum eſt ne, quod refelli rationis neceſſitate nequeat, ad elevandam elegantiam obſcurandamque perſpicuitatem adhibeatur. Eſi cautioni cum alibi locus eſt tum Trin. v. 96 ſq., quorum verſuum etſi hanc deſcriptionem

Si id n6n me accuſas, t6te ipſe obiurg6ndus eſ.

ſcio et ſi 6lta huc cauſa ad te 6dueni, aequom p6ſtulas:

ita defendas licet cum Waſio p. 112, ut *ſcio et* pro una eſſe ſyllaba dicas, id quod factum eſt alibi (ut Men. rv, 3, 3: *ſcin quid eſt quod ego ad te uenio: ſcio ut tibi ex me ſit uolup*), tamen quam fallax ſit inſolentioris aſperitatis approbatio, vel illud docet quod, cum alibi a nobis demum eiuſmodi *ſcio* ab eo, cui in libris agglutinatum eſt, verſu diſſellendum ſit et cum cantigue ſociandum, illo loco *ſcio* priori verſui in ipſo *B* adhaeret. Item v. 937 ut defendi aliqua ratione poſſit, quod fait qui proponeret, *qu6d ego ſciam atque hic n6ſciat*, tamen malae tantem interpretationi haec ipſa mutatio debetur. Nam cum integer verſus hic ſit:

Qui, 6gomet unde r6deam, hunc rogitem, quae 6go ſciam atque hic n6ſciat:

facile intelligitur non illud unum Charmidem ſciſcitari in quo loco poſtremum commoratus ſit ſucophanta, ſed quae loca ante reditum ſuum peragraverit: eoque pluralis *quae* ſpectat.

Praeter *i* litteram ſynizeſim *e* et *u* vocales accivere

CLXIV

aliis vocalibus insidentes, et *e* quidem non in nominibus tantum *deus meus* et *is idem* pronominum formis omnibus*), sed etiam in *ire* verbi formis item omnibus: *eo eam eas eat eamus* (v. 1078) *eatis eant et eunt*. Quo firmius illud tenendum, numquam similem contractionem vel in secundae coniugationis formas *moneo moneas* ceterasque personas cadere vel ad ipsa composita a simplici *ire* verba pertinuisse: inaudita enim sunt bisyllaba *abeo adeam ineas subeat pereant redeunt*: quemadmodum ne pronomen quidem vel adverbium *eo* monosyllabam pronuntiationem unquam in composita *adeo* particula servavit. Nisi quod excepta esse ea videntur, quae longam syllabam et ante et post *e* habent, ut fortasse *transeuntem* Mil. III, 1, 82, de quo versu nunc cohibendum iudicium, et eiusd. I, 1, 69 bisyllabum *ambunt*: in quo verbo etsi consuetudo *i* vocalem pro *e* probavit, tamen ratio eadem est. Sed *antideo, intereunt* et similia trisyllaba non fuere.

Denique *u* vocalem nemo ignorat coire cum insequenti non tantum in *duellum*, sed etiam in *tuus, suus, duo duas* (Trin. 775. 1052), *quattuor*: etiam in *puer, puella*, nunquam tamen in *pueri puero* et ceteris casibus: praeterea in *fui* (102. 1090) cum reliquis formis quae *r* litteram non habent omnibus, nisi ubi eam litteram producta *e* vocalis praecedit ut in *fuerunt*: nam nec *fuerit* nec *fueras* nec *fuiro* in binas syllabas unquam coaluerunt. Atque his finibus ita ea synizesis coercetur, ut et a *lues patruus*

*) Quod etsi etiam ad composita *antea* et *postea* pertinet, tamen aliquoties illorum in locum *ante* et ignoratum vulgo *postea* substituenda esse olim probabo.

et ab *acuo instruit imbuas metuebam* et a *timui potuit pal-*
luerunt et vero etiam a *tueri* sit alienissima: quocirca *tūēris*
 v. 708 a *tuer*, non *tūēris* a *tueor* scribendum erat.

Tertium genus habes licentiae prosodiacaе in bisyllaba potissimum vocabula accommodatae, quorum finibus maxime contineri cum neglectam positionem tum brevis vocalis ecthlipsim vidimus cap. x. et xi. Nam si a compositis illis *deinde seorsum* et similibus recesseris, simplicium quidem vocabulorum, in quibus propriam sibi sedem synizesis fixit, simplex et principalis forma, h. e. nominum nominativus verborumque prima persona, binarum syllabarum mensuram non solet excedere: trisyllabum *quattuor* sibi sociarunt affinia *duo* et *trium* numeralia. Aptiore etiam vinculo inter se alterum et tertium genus continentur, ut quae in bisyllabas formas iambicae vel pyrrhichiacae mensurae cadant. Atque hoc eis commune est cum quarto genere, ad quod iam est transeundum.

CAPVT XIII.

Sequitur enim ut de correptione longarum syllabarum dicatur, et primum quidem de correptione vocalium finalium. Licebit autem in hoc quoque genere multitudinem exemplorum partim confessorum partim vel addubitatorum vel sine regula vagantium unius legis communi societate comprehendere. In vulgus constat de correptis imperativis *roga iube abi*, qui eam prosodiam servant etiam cum addita *ne* particula crescunt in *rogan iuben abin*: cur numquam correptam ultimam *damna ride*

audi inuoca edoce adueni habuerunt? Designatum est *dedi* ut pyrrhichii mensuram habens: cur non brevi *i* vocali reddidi *amaui feci* dicta sunt? Non dubitatur de *uolō agē erō*: cur nemodum correpta *dicō ducō cogitō postulō censeō amabō* protulit? Vt uno verbo dicam: in vocalem exeuntes verborum formas iambicas quaslibet vitae consuetudo passa est correpta ultima pronuntiarī. Atque hoc illud est, quod supra significavi verborum limitibus finitum a nominibus excludi: nisi quod solum ex omnibus casibus nominativum tertiae declinationis in *o* desinentem in illorum societatem associatum esse *homo* vox ostendit, saepissime correpta ultima posita. Verum nunquam pyrrhichii mensuram vel *nemo sermo*, vel *loco metu prohi* et similia aequant: nam quod Bacch. v, 2, 47 legebatur *probrī pérlecebrae*, post praeclearam Hermannii emendationem non plus valet quam pauca quaedam vel ambigua vel vitiosa alia, e quorum numero iam supra exemimus *eri meri cani* una cum *seni domi bono malā*, item *nouo breui*, hinc alienissima omnia, quamvis a quibusdam temere permista atque confusa. Ergo, illuc ut redeam, non ex imperativi potissimum natura repetendum est quod corripere *uide uale* et cetera licuit, sed e prosodica natura temporum vel modorum quorumlibet. Ac ne saepius quidem quam reliquas formas verbi ipsos esse imperativos correptos hinc intelligitur, quod aut latius aut non minus late primae personae correptio patet praesentis futurique communis. Neque equim dubitandum quin huius formae iusta ac primitiva prosodia haec sit ut producat *o*, ut Trin. 696 *néque uolo neque póstulo neque cénseo*,

uerim tamen, item *dico* 468. 669, *uolō* 1155. 1167. alibi, *scio* et *nescio* non raro, *uelō* et *putō* Bacch. iv, 9, 120. v, 2, 41, *bibō* ib. iv, 4, 5 (610 H.), *sinō* ib. iii, 3, 15, *dabō* ibid. iv, 4, 56, *amabō* ib. i, 1, 10. 19. Sed hanc primitivam prosodiam cum nunquam *dico postulo amabo* deposuerint, contra licuit deponere omnibus quae sunt bisyllaba brevi paenultima. Hinc igitur est quod toties correptum *uolo* reperitur (etiam Trin. 372, de quo p. CLVII. dictum), toties *scio* ut v. 655. 666, vel *ago* v. 821, vel *nego* Bacch. iii, 3, 18, vel similia omnino omnia, in his *ero* quoque, quod etsi non posuimus correptum v. 716, iure tamen nostro diximus potuisse poni: ad quorum similitudinem v. 1059 *ēa* potius quam *ēo* notauimus. Quanquam de *scio* non minus quam de *nescio* (quod non mirum si simplicis verbi prosodiam seruarit) concedendum est ambiguum esse plerumque, duasne breues habeant an unam longam synizesi effectam: nullo autem modo concedendum est accentum compositum *nescio* verbum unquam in media syllaba habuisse, quae Kampmanni opinio fuit de AB praep. p. 20 sq., cum nulla prorsus exputari caussa possit, cur usitatissimae synizesi insolentissimum accentum esse praelatum dicamus. E quo consequens est ut aut pro cretico sit *nescio* aut pro spondeo aut fortasse pro vero dactylo h. e. $\underline{\cup}\cup$, non pro anapaestico dactylo $\underline{\cup}\cup$: quapropter *nescīa* scribendum fuit v. 880, non vel hic vel usquam alibi (ut Bacch. 76. 756 H.) *nescio*. Porro autem ex eadem, e qua *agō*, caussa repetendum est *dabō* Bacch. i, 1, 70:

Mēus ille quidemst. tibi nunc operam dábo de Mne-
silochó soror.

CLXVIII

Nec substitit tamen correptio in praesentis prima persona atque futuri: nec enim aliam rationem *dedi* perfectum habet, pravissimo iudicio a quibusdam cum correptis si dis placet *dedisti* et *dedisse* formis collatum quas p. cxxv. sq. removimus: velut Trin. 728. Mil. II, 1, 53. Poen. I, 3, 7. Capt. II, 3, 4:

Dédi, reposcam ut hábeam mecum quód feram uiáticum.

Dedi mércatori quóidam, qui ad illum déferat.

Dedi dúdum priusquam me éuocauistí foras.

Nam ego aéstumatum te huíc dedi uigintí minis, nisi ibi pro *te aestumatum huic dedi*, quod est in libris, sic potius collocandum: *aestumatum huic dedi te*. Et mirifice hauc mensuram omnemque legem a nobis indagatam illud confirmat quod, qua ratione simplicis *habe* imperativi prosodiam compositum *haben* servat, eadem *dedin* dictum est duabus brevibus Epid. v, 2, 38:

Dédin tibi minás triginta ob fíliam. Fateór datas.

Ab his autem, quae sunt certissima, proficisci ad rariora quaedam tutanda licebit: nam rara esse non est mirum, cum praeter allatas formas paucissima in ipsa lingua similia exempla exstent. Itaque nec *datō* imperativum nunc sollicito Bacch. I, 1, 51:

Dáto qui bene sit: égo, ubi bene sit, tibi locum lepidúm dabo:

nec *darĩ* obstinatius nego corripí potuisse Rud. IV, 3, 20 (coll. Adolph. III, 2, 13. Phorm. II, 1, 31): hoc autem nescio an uti liceat ad *patĩ* defendendum in Aulul. IV, 9, 16, et *loquĩ* in Bacch. v, 1, 18:

Certe híc própe me mihi néscio quis loqui uisust.
set quem uídeo.

Quantquam non obliviscendum in liberioribus haec esse metris omnia.

Praeterea quemadmodum ecclipsis cum nominibus, ita cum verbis hanc correptionem particulae quaedam et breviculae vocalae vitae usu detritae communem habuerunt, item illae et bisyllabae et paenultimam brevem habentes. Nam cum semper correpta ultima *nisi quasi modo*, et correpta autem et producta *cito ibi ubi* (non *uti*) *miki tibi sibi et ego* usurpentur: quoniam natura breves syllabas fieri longas credi ratione destitutum est: consequitur ancipitis mensurae illius hanc vim esse, ut origine sua longa vocalis paullatim attenuaretur pronuntiando, prorsus ut factum in *uolo ago dabo dedi*: quo accedit, quod non tantum in dativis et ablativis veterique locativo *i* finale esse longum constat, a casibus autem ductae vel ad casuum similitudinem formatae sunt *ibi* et *ubi* particulae, sed etiam *egō* prius quam *egō* fuisse et graecae linguae comparatio persuadet et quae inter *ego* primamque personam verbi cognatio intercedit. Quae autem in *i* exeunt, de eis dubitationem omnem ipsa vetustissima monumenta eximunt, in quibus *VBEI* *IBEI* *SIBEI* *NISEI* constanter scriptum ut *SEI* et *VTEI* et *QVEL*. At vero quae valde confinia sunt ratione, ea tamen usus non mediocriter esse discreta voluit. Nam non tantum rara apud Plantum in illis vocalis, si a *cito* recesseris, omnibus ultimae syllabae productio est, sed in senariis septenariisque, quicquid quidam obloquuntur, nunquam probata, nisi ubi pausa fit vocis vel orationis, qua ratione praeter cetera productum *modo* frequentatur: contra sine ulla offensione admissa in altera arsi creticorum, ut

CLXX

qui numerus tanquam catalecticis ordinibus compositus singulorum pedum quasdam pausas habeat. Non recte igitur me iudice Bacch. v. 28 relictum est *huic mihi que haud faciet*, quorum tam, quam facilis, certa emendatio *huice mihi que*: eademque caussa fuit cur nec Trin. 480 *nón tibi dicám dolo*, nec v. 761 *Mihi quoque hércle nón est tolerarem* in senariis. Quid? quod ne brevem quidem ultimam acui in arsi positam Plautina elegantia voluit, quamvis usitato alioqui accensus genere: quapropter et v. 316 illam quam p. CLVIII memorabam collocationem verborum reieci *Ne aegritudiném tibi pater fácerem*, et v. 1124 pro *Haé sonitu suó mihi moram* cum Guyeto Hermannoque *suó morám mihi* non tantum vitandi hiatus caussa scripsi, et v. 440 Ambrosiani scripturam *Egó quoque esse uolo* improbavi prae vulgata *Ego quoque uolo esse*. Quanquam nec in *ego* tam severus usus quam in *mihi tibi* fuisse videtur, et ipsum *mihi* excusationem habere in cantici versu 233: *De hac ré mihi satis haú liquet* (*mihi sa* — ut pro tribracho sit), quamvis exigua ibi mutatione *mihi haú satis* scribatur. Idem prorsus, quod de *mihi tibi* valet, cadere in *quasi* et *nisi* putato. At vero excusatione carebat productum *ego* v. 515 *Tibi egó ratiónem réddam*, quod vitium addito ex Ambrosiano *ne* sustuli. Contra non plus offensionis in creticis v. 281. 293 *egó* habet:

Nólo *ego* cum improbis té uiris guáte mi:

• His *ego* de ártibus grátiam fácio — ,
 vel *mihi* Most. III, 2, 1. 3:

Mélius anno hóc *mihi* nón fuit domi:

Prándium uxór *mihi* pérbonum dedit — ,

quam in mutatione personarum productum *Abi* v. 982 :

CH. FASSU'S Charmidém dedisse aurúm *tibi*. SY.
scriptúm quidém.

Et tantum quidém de bisyllabis.

Non magis autem quam in his quae tractavimus, in mediis vocabulis brevium syllabarum productio potius quam correptio longarum locum habuit. Nec enim produci brevis syllaba dicenda est in *Acheruns* per Plautinas fabulas novem, sed longa corripit in *Poenulo*. Item servatam longam vocalem, quae paulatim in brevitatem abierit, dici oportet in *cozendicis*, in *fūi fūimus*, in *rēi dīci*, plus viginti autem exemplis Plautinis Terentianisque in *ēi* dativo qui fit a nominativo *is ea id*: quae exempla in prooemio schol. hib. Bonn. a. CIOCCCXLI. composui. Quam formam qui vel *eī* scribunt vel ad similitudinem *eius* genitivi *eji*, etsi qua ratiocinatione utantur intelligo, tamen nescio qua se auctoritate tutentur: nam quod in lege *Servilia* bis scriptum est *EIEI*, id aut in utraque syllaba imitandum aut in neutra. Quanquam magis etiam, ut hoc in transcurso commemorem, *refert* scripturam miror pro *rēfert* non commendatam tantum, sed introductam. Sed ab *ei* dativi mensura spondiaca prorsus esse segregandas *huic* et *quoi* formas contendo, quas in duas syllabas distractas esse plane nego, nedum ut *huic* *quoi* scripturam ulla ratione niti concedam. Ac de *quoi* pronomine *Fleckeisenum Exerc. Plaut. p. 36* prorsus opinio fofellit: quod non magis producta quam correpta paenultima unquam bisyllabum fuit. Cui ille opinioni probandae quae ex *Aul. II, 2, 12. Curc. IV, 4, 1. Men. III, 2, 9. Trin. 604* exempla ad-

CLXXII

hibuit, allata miror, ut in quibus *quoi homini* verborum tres syllabae primae vel *quoi ego* (etiam Trin. 876) tribrachum eadem ratione effloant qua *mē habet, sī ego*. His errore mixtum Rudentis versum iv, 5, 3 ipse non negabit sic metiendum esse:

Satū si quoi homini dī esse benefactū uolunt.

Amphitruonis I, 3, 22 uno reposito *hoce* pro *hoc*, transposito verbo nullo, facillime sic instauratur:

Quoi ego iam hoce scīpione. Ah nōli. Muttitō modo: (nisi praestat *Quēm ego*, tametsi in *B* est *Quolego*, in *Da Quodlego*.) Aululariae II, 8, 26 non est dubitandum quin (et versui quidem 25 praepositus) addito *tu* sic demum recte procedat:

Quoi tu in re tali iām subuenisti antīdhac.

Bacchidum II, 2, 47 *nec ego quoiquam* Hermanno Bothius praeiuit: eodem iure scribi aut *nec quoiquam homini* poterit, aut fortasse, cum in *B* lacuna e rasura orta ante *nec* sit, sic potius:

Domist: non metuo *mīhi* nec quoiquam sūpplico.

Denique in Asinaria qui corruptela vacare hos versus crediderit iv, 1, 33. 34:

Spectandum ne quoi auulum det neque roget,

Talos ne quoiquam homini admoueat nisi tibi:

num illos quoque defendat quaerimus qui praecedunt 30. 31:

Neque illaec ulli pede pedem homini premat:

Quom surgat, neque in lectum inscendat proximum—?

Ad hos enim omnes similis depravatio pertinuit e sat levi caussa oriunda, qua sic non incommode liberabuntur:

Neque illaec ulli péde pedem *usquam* hominí premat,
 Quom súrgat, neque *illa* in léctum inscendat pró-
 xumum:

Neque quóm descendat inde, det quoiquám manum:
 Spectándum ne quoiquam ánulum det néque roget:
 Talós ne quoiquam *admóueat hominí* nísi tibi.

Aliquanto propius ad *ei* vocis similitudinem videri potest bisyllabum *huic* accedere: sed tamen fidem, si quid video, ne hoc quidem habet. Nam quemadmodum *hunce hocce* et consimiles formae alibi a librariis oblitteratae sunt et cum usitatis *hunc hoc* permutatae, ita mihi quidem prorsus persuasum est *huice* quoque non paucis locis pro *huic* restituendum esse (ut p. CLXX). Qua forma reposita actum est de his exemplis a Fleckeiseno allatis Amph. II, 2, 70. Asin. prol. 10. Bacch. III, 3, 80. IV, 5, 7:

Étiam tu quoque ássentaris huíce? Quid uis fieri?

Dicam: huíce nomen graéce Onagost fábulae.

Míhi discipulus, tibi sodalis, huíce periit filius.

Nam nó n conducit huíce sucophántiae.

E reliquis autem misere ab ipsis numeris laborat Menaechm. prol. 40:

Immútat nomen áuos huíc gemino álteri:

nam praeter delitescens *gemino* ipsum *huic*, etiamsi bisyllabum esse concedatur, accentum in ultima habere non magis potest, quam unquam pronuntiatum est *eí* (quod sustulimus Trin. arg. 6.) Quare confidenter transponendum

Immútat gemino nómen auos huic álteri.

De Capt. I, 2, 49 Bentloio assentiendum videtur: Rudentis prol. 39 non erat valde probabilis haec emendatio reiicienda:

CLXXIV

Huic filia olim uirgo perijt paruola:

Poenuli autem 1, 2, 183 *aut* inserendum est:

'Vt tu huic aut irata ne sis, aut si id fieri non potest —:

nisi males *Huic uti tu irata* vel fortasse simplicius etiam
'*Vt tute huic irata* —.

Ad syllabas vocabulorum finales redeo, sed consonantibus terminatas: in quibus item sunt, quae cum a principio longam vocalem habuissent, paulatim elevatae sunt pronuntiando et ad breuitatem depressae. Ordior a bacchiaco versu Trinummi 226:

Magister mihi *exercitór* animus núnc est.

Nam nec dubitandum de talibus et vero sic statuendum est, ut per ternas tanquam successiones ex producta *os* syllaba fieret productum *or* et ex hoc demum illud, quod posterioris aetatis consuetudo probavit, *ór*. Nam ab *ós* terminatione horum nominum formationem omnium profectam esse, relicta in *lepos honos labos colos clamos odos uapos (amos) ianitos* antiquitatis vestigia satis demonstrant: persuadent praeterea monosyllaba, quae *or* nunquam asciverunt, *mos flos glos ros et os*. Nec a comparativis illam terminationem alienam fuisse, talium comparatio docet qualia Varro et Festus testantur *maiosibus meliosibus arbosem*: quando eodem societatis vinculo, quo *arbosem* et *arbos*, contineri etiam *maiosibus* et *maios* consentaneum est. E producto autem genitivo *óris* de *ór* nominativo item producto eo probabilius coniectura fit, quod longam vocalem vel eorum nominativus monosyllaborum servavit, quae corruptum habent genitivum ut *lar* et *par*. Itaque non tantum

Acidaliūm Divin. in Rud. cap. 6 rectissime defendisse haec
puto Rud. iv, 3, 75. Poen. i, 2, 151. Stich. i, 2, 83:

Sí tu proreta ísti nauí's, égo gubernatór ero.

'I soror, abscéde tu a me. Périi: quid agis Mílphio:
(quo versu insertum vulgo *eho* post *perii* cum Ambrosiano
delevi, similiter atque Trin. 943:)

Hóstis est *uxór* inulta quae ad virum nuptúm datur:
quibus addi possunt Amph. i, 1, 68. 74. Asin. v, 2, 77.
Bacch. v, 2, 44:

Dēinde uterque *imperatór* in mediam éxerunt.

'*Imperatór* uterque hinc et illinc Ioui.

Módo quom dicta in me íngerebas, ódium, non *uxór*
eram.

Tunc, hómo putíde, *amatór* istac fieri aétate audes?

Quí non:

(nam probandi vim nullam Epid. v, 1, 50 habet, dubiam
Merc. iv, 1, 60:

Séquere hoc me *sorór*. EP. Ego ad vos Thésprionem
iússero:

Vxór, heus uxor, quánquam tu iratá's mihi:)

addendus erit etiam, ut cap. xv. docebo, Trinummi v. 1016
sic verbis leniter transpositis:

Gúrgulíost *exercítór*, is hóminem hunc cursurám docet:
sed ne de illis quidem ullam dubitandi caussam video Bacch.
i, 2, 15. Capt. iv, 2, 2. Epid. iii, 2, 35. Amph. i, 3, 50:

I *stúltior* es bárbaro Potítio.

Tantó mi aegritúdo *auctiór* est in ánimo.

Vorsútiór es quám rota figuláris. Iam ego parábo.

'Atque quanto nóx fuisti *lóngior* hac próxuma:

(nam ex Asin. iii, 2, 11 nihil consequitar, ubi *fortior* est

CLXXVI

in caesura iambici septenarii.). Verum egregio Acidalii invento (quod possim Naevii quoque, Ennii atque adeo Vergilii usu confirmare, nisi unius me Plauti finibus consulto contineam) cum alios tum ipsum esse abusos existimo, cum eandem productionem etiam ad verborum formas quaslibet transtulerunt, ut *loquar fateor moror machinor*. Videtur id de *ar* syllaba concedendum esse, ut quae longam vocalem servet in ceteris personis *legar legaris legatur legeris legetur*: parem autem fuisse *or* syllabae rationem, a qua fiunt *legēris, legītūr*, eo minus credibile est, quo apertius est in illud ipsum ingenita indole latinam linguam inclinasse, ut *r* littera finitas syllabas (non minus quam *t* littera finitas) omnes corriperet: nam hinc demum perspicitur qui tandem factum sit ut productus masculinorum nominativus *oratōr* paulatim in constantem corripiendi consuetudinem abiret. Ergo cum liceat sane idem in aliis quoque factum suspicari, tamen rationem in promptu esse debere pristinae productionis intelligitur, nisi alucinari potius quam persuadere velis. Quemadmodum igitur de productis olim *ter quater quattuor feliciter* et similibus nemo cogitabit, ita nec *loquōr* vel *patēr* facile fidem inventura sint. An *pauper* quoque, cuius est genitivus *paupēris*, Bothio credemus spondeum efficere Men. iv, 2, 8? qui versus pridem immisso *is* sanatus est:

Si *is* est *pauper* atque haut malus, nequam habetur:
vel *circiter* ante vocalem pro cretico positum Cist. iv, 2, 8
in eis versibus, quorum nec mensuram nec numeros quisquam explicavit? qui quidem concitatissimi sunt anapaestici, sic fere describendi:

Nisi quid mi opis di dant, disperii: neque unde auxili-
 lium expetam ego habeo.

Ita pétulantia miseram hábet animi: quae in térgum
 meum ne uéniat,

Male fórmido, si era résciscat tam sócordem esse me
 quám sum.

Quam in máuibus tenui atque ácepi- hic ánte aedis
 cistéllam,

Vbi eást, nescio: nisi, ut égo opinor, loca *circiter* ex-
 cidit haéc mi.

Multo minus producta ultima *igitur* afferendum erat ex Am-
 phitruonis (II, 2, 87) eo loco, in quo personae mutantur:
 vel *dicitur* e medio septenario iambico Asin. II, 3, 2: vel
agitur e Stich. IV, 1, 23, ubi in trochaici initio *Quid agi-*
tur Epignóme non, quod Lingius dicit de hiatu p. 48 (qui
 in hac omni causa nihil profecit disputando), productio
 excusationem a contiguo nomine proprio habet, quae ex-
 cusatio nulla est, sed secundum pedem tribrachus efficit.
 Sublato autem *paupër* illo nec *pater*, cuius vocis tanta in
 familiari sermone frequentia, semel in viginti comoediis pro-
 ducta ultima positum credemus Aulul. IV, 10, 53, quem
 adiecta *hinc* vocula redintegro:

Méus fuit pater hinc Antimachus, égo vocor Lycónides:
 ea quidem *hinc* particulae potestate, qua Trin. 326 scripsi
adulescenti hinc genere summo, dohebam ut sero video
 etiam v. 358 *Lesbonico hinc adulescenti* scribere. Semel
 exstare productum *pater* dixi: nam Asin. IV, 2, 1 mutatio
 sit personarum, Trinummi autem v. 645 etsi *Tibi patér*
avisque in Ambrosiano est, tamen per librarii tantum negli-

CLXXVIII

gentiam *que* excidisse credendum est Palatinis. Ad verba ut redeam, quod in *agitur*, id etiam in *agor* et *amabor* cadere ratiocinatus, habeo quod addam praeterea, infinitivum in *ier* syllabas exeuntem: nam quod *dicier fungier* in mediis versibus non solent dactylum aequare, id non inde repetendum esse, quod illae formae cretici mensuram primitivam habuerint, correpta in anapaesticis ultima syllaba docet, quam iure suo Hermannus et defendit in Iahuii Annal. phil. t. xxxv. p. 194 et admisit in Bacchid. 1131: *hoc éxorárier ábs te*. Sed post ratiocinationem videndum de exemplis. A quibus rursum segreganda quae incidens personae mutatio segregat, ut Aul. II, 2, 39 *arbitror*, Bacch. v, 1, 30 *moror*, Cas. IV, 2, 12 *specular*: vel gravior interpunctio, ut Rud. III, 6, 14 *moror* (item *igitur* Bacch. I, 1, 56). Mercatoris autem II, 3, 77 cum in libris sic scriptus sit

Hércle quin tu récte dicis et tibi adsentior,
quis vel cum Camerario *tibi ássentíor ego* vel cum Bothio *tibi ássentór ego* amplectatur? In promptu multa sunt: nihil simplicius quam *ét tibi equidem adséntior*. Item quis incorruptum habebit quem Capt. IV, 2, 11 Vetus talem exhibet numeris quidem nullis:

Eminor interminorque ne quis mihi obstiterit obuiam — ?
Vbi perraro exemplo aliquid vidit qui *eminor* verbum, prorsus illud solitarium atque adeo rationis expers, dixit ex *E. minor* h. e. *Minor* et ERGASILI personae nota ortum: unde unius syllabae adiectione sic totus versus integritati restituendus:

Mínor interminórque ne quis núnc mi opstiterit óbuiam
vel *míhi iam obstiterit óbuiam*. Nec profecto satis certum dici Asinariae exemplum potest I, 1, 48:

Fateor eam esse importunam atque incommodam: sive enim *mi* vel post *eam* vel post *importunam* inserueris, sive *ego* post *fateor*, non reiectaneum ab initio proceleusmaticum habebis, sive *mi* ante *eam* addideris, mensuram prorsus legitimam. Plus scrupuli fateor Captivorum versum III, 3, 15 iniicere his vulgo verbis terminatum: *máchinór astútiám*. Verum illius scenae exitum ego quidem persuasum habeo longe gravissimis vulneribus afflictum esse. Nec enim vel sententiae in ipso fine recte procedunt nec singulorum pedum mensura constat, nec ullo modo noviciis editoribus illud credendum est, post inchoatum v. 10 legitimum metrum trochaicum per mixtos e trochaico et iam-bico genere versus, eosque adeo senarios, breviculam scenam ad finem perduci nullo animi praeter solitum concitati affectu variatam. Qualis metrorum descriptio quo est insolentior, eo fidentius aliquid audendum est potius, quam defendendum ignavius quod probabilitate careat. Itaque cum illorum versuum in *B* haec species sit:

Neque iam salus servare si vult me potest nec copia est

Nisi si aliquam corde machinor astuciam.

Qua malum quid machiner quid comminiscar maximas

Nugas ineptias incipisse haereo:

quemadmodum certissimum omnium puto *maximas* et *haereo* vocabulorum sedes permutatas esse, ita ad secundum quoque versum aliquid turbarum pertinuisse intelligo. Vide igitur num luxata membra non inepte hoc exemplo reconcinnentur:

Néque Salus serváre, si vult, mé potest: nec cópiast

[Me éxpediundi,] nísi si astutiám áliquam corde má-
chinor.

CLXXX

Quám, malum? quid máchiner, quid cómmiscar, háereo.

[Nisi] nugas inéptias[que iam] íncipisso máximas.

Nisi i. e. 'nisi quod certum est maximas me nugas et ineptias incipissere', non insolito eius particulæ usu. Quodsi cui *copias* carere posse genitivo videbitur, alterum versum sic restituere poterit: *Nisi si iam [ego astútam] astútiam a. c. m.* Postquam igitur hoc quoque exemplum remotum est, unum (nisi quod me fugit) superest e Rudente afferri solitum IV, 7, 22:

Ego, nisi quom lusi, nil moror ullum lucrum:

nam *nisi* pro *mih*i scribendum esse Bothius vidit. Quem versum et Reizius male tractavit, nec melius tractaturus sit qui vel *nil ullum moror lucrum* vel *nullum mihi moror lucrum* proponat. Non levi autem mihi offensionem esse ipsum *lusi* perfectum fateor: pro quo *ludo* potius vel *ludam* vel *luserim* expectetur. Quapropter persanari illum versiculum sic demum arbitror:

Ego, nisi quom *lusim*, nil *morer* ullum lucrum.

Nam si veram, cur producere *loquār* licuerit, non licuerit *loquōr*, causam supra investigavi, huius quidem vim facile intelligitur etiam ad *amēr* et *sequerer* pertinere, quia ab his *amēris* et *sequerēris* et similiter cetera fiunt. Quanquam exempla mihi nunc unius *ar* syllabæ in promptu sunt, de cuius productione verissimum, ut iam apparet, sensum suum nobis Hermannus olim significavit, commemoratus a me Pa-rerg. I, p. 493. Cuius de Most. III, 1, 93 iudicium, quo ille hanc scripturam commendabat:

Perfácile ego ictus *pérpetiar* argénteos,

nunc reliquis quae infra posui exemplis confirmatum accipe.
Et Amphitruonis quidem prol. v. 38

Nunc iam ánimum huc omnes, quae loquar, aduórtite
nescio an defendi possit *huc quae loquar* dictum pro *ad
haec quae loquar*: quod si nihil sit, deleto *omnes* scribi
poterit

Nunc iam ánimum huc ad ea, quae loquar, aduórtite:
nam omnium miuime placiturum sit

Nunc iam ómnes ánimum ad éa quae loquar aduórtite.
Sine omni autem dubitatione haec sunt Amph. II, 1, 9. v, 1, 4:
Tamén quin *loquár* haec uti facta súnť hic.

Iam ut *ópprimar*, ut énicer: me míscram, quid agam
néscio.

Quibus nunc, postquam de productione satis constat, ad-
dere suapte natura ambiguum exemplum licebit Poen. v, 6, 4:

Vt mé suspendam, ne *áddicar* Agorástocli:
parum enim elegans vel potius horridus iste sit tribrachus
ex *áddi-cár ágě-* compositus. Sed Menaechm. II, 3, 10
recte ut videtur Hermannus Elem. doctr. metr. p. 395 ana-
paesticum descripsit *nunc éum adibo, alloquar últro*. —
Iam vero melius opinor perspicies, quam corrigendi opera
ei successerit, qui dum se vult criticum haberi, hunc in
Triummo bellum versiculum 540 procudit:

Sués angina móriuntur acérrume.

Satis puto apparuit, nihil sibi proprium habere naturam
r litterae finalis, quo praegressae vocalis breuitas inteude-
retur. Nec magis id in alias consonantes cadit. Quodsi
facis feceris producta ultima usurpata sunt, contra atque
in *facis facitis fecistis amabis* factum, ex ipsius vocalis

natura illud pariter atque in *uelis sis edis duis ames legas leges legeres*, atque adeo in *loquar morer* repeti et ratio cogit et productae *dixerimus dixeritis* formae iubent antiquitatis propriae. Nec productionem potius *t* littera finitae breves syllabae, quam item primitus productae correptionem passae sunt. Nam nisi mea me coniectura vel potius ratiocinatio fallit, idem, quod in primam et secundam, etiam in tertiam personam coniunctivorum cadit. Vnde efficitur multo latius patere, quod non prorsus fugit grammaticos, ut Boppium *Gramm. compar.* p. 928 sqq. et G. Curtium nostrum de *format. temp. et modor.* p. 259 sqq.: legemque constantem formandorum coniunctivorum omnium hanc fuisse, ut origine sua longa vocali fierent (cuius primitiva species non dubitandum quin *i* fuerit), sive eam vocalem *s* littera sive *r* sive *t* sive *m* excipiebat: decursu autem temporis demum factum esse, ut servatae etiamtum Plauti aetate longae vocalis correptio ita increbresceret, ut post Plautina tempora in certae consuetudinis constantiam ipsa brevitatis abiret, earum personarum quae in *m* et *r* et *t* exeunt communis: una enim *s* correptioni semper restitit. Exempla tertiae personae habes primum *sit* *Asin.* iv, 1, 17. *Men.* v, 7, 55. *Mil.* ii, 2, 87 (nam de *Bacch.* i, 2, 32 per dubia res):

Ne epistula quidem illi ulla *sit* in aedibus.

Né tum, quando sanus factus *sit*, a me argentum petat.

'Vt, si illanc concrimiuatus *sit* aduersum militem.

Verissime enim observatum est nunquam *siet* formam accentum habere in paenultima: cuius rei melius iam causa et ratio perspicitur. Non magis id *fuit* et *duis* formae

passae sunt: quare haud scio an non sollicitanda sint producti *det* coniunctivi exempla Pers. I, 2, 16. II, 5, 26:

Set légirupam qui dámmet, *det* in públicum:

Et múlter ut sit líbera atque ipse últro *det* argéntum:

Captivorum autem versus II, 2, 10 sic restituendus:

Néque te nobis, si hinc abeamus, si *fuat* occásio.

Eadem ratio *uelit* verbi Men. prol. 49:

Velit, audacter ímperato et dícto:

item Trin. 306, ut capite xv. planum fiet:

'Vtrum itaue esse *múuelit* ut eum áninus aequom cénseat.

Haec si fidem habent, simul hanc vim habere necesse est, ut a metri quidem vitiati suspicione Militis versus IV, 6, 29 liberent:

Sine últro ueniat, quaéritet, desideret, expéctet.

Rursum his exemplis fretus, quoniam par ratio inter *leges legat* atque inter *des det* intercedit, non dubito etiam *audiet* creticum potius tueri in Bacch. IV, 8, 70:

Satin' ést, si plura ex me áudiet hodié mala, quam tribrachum quartum pedem, iambum autem pro anaepaesto quintum interpretari. — His autem fundamentis iactis audeo progredi longius et ultra coniunctivi formas investigatae rationis fines promovere: quanquam fateor non sine timiditate me audere, et rationi obtemperantem magis quam morigerantem sensui. Nam quo affinitatis vinculo *uelis* et *uelit*, *sis* et *sit*, *des* et *det*, quo *legas legamus* et *legat*, quo *loquaris loquatur* et *loquar*, eodem contineri *amas* et *amat*, *mones* et *monet*, *audis* et *audit* concedendum est. Igitur quod in illis factum, ad hos quoque indi-

CLXXXIV

cativos pertinuisse tam est consentaneum, quam rationi repugnans productum *legis* vel *legit*. Atque nata esse illa omnia aliqua contractione binarum vocalium constat, e. c. *amās* ex *amā-ī-s*, *amāt* ex *amā-ī-t*, *amāre* ex *amā-ē-re*: nihil autem contractum est in *leg-ī-s*, *leg-ī-t*, *leg-ī-re*. Ergo non aliqua licentia productum est *sct*, si est productum, sed prosodiam e contractione consecutariam servavit: *fit* autem, quod a *fio* (non *fīo*) ducitur, ne potuit quidem brevi vocali *fit* dici, ut nihil prorsus singulare sit in Capt. prol. v. 25:

Vt *fit* in bello, cāpitur alter fīlius.

Sed ut *scit*, ita posteriore aetate corripī solitum *it* longam syllabam habet Curc. iv, 2, 3:

Nemo *it* infitias. 'Attamen meliúsculumst monére: eademque ratione *solet* et *lubet* et *affictat* Merc. iii, 4, 63. iv, 2, 5. Rud. v, 2, 46:

Cúr istuc coeptás consilium? Quia enim me *affictát*
amor.

Solét hortator rémiges hortárier.

Quod tibi *lubet*, id mi ípera. Tange áram hanc *Veneris*. *Tángo*.

Quare a metro quidem nec Bacchidum versui ii, 2, 51 lítē moverim:

Negótium ad me hoc áttinet aurárium:

Trinummi autem v. 330 verum esse iambum *egēt* credo:

Quid is? *egētne*? *Egét*. Habuitne rem? *Hábuit*. Qui
eam *pérdidit*?

Quae si probabilitatem habent, simul intelligitur non sollicitandum fuisse Trin. 206:

Quod quisque in animo habet aut habiturū, sciunt: cui versui quo tempore inserto aut succurrendum putavi, omnem legem illam nondum investigaveram. Dubitare tamen quam quicquam confidentius affirmare de producta *dat* forma praestabit: cuius etsi unum exemplum libri Rud. IV, 1, 9 praebent, de quo in Parergis dictum t. I. p. 430, alterum, sed id non uno nomine ambiguum, prolatum est e Most. III, 1, 72:

Molestus ne sis: nemo dat: age quod lubet: tamen brevis in *dare damus datis* vocalis facit ut sat gravis scrupulus animo insideat, quanquam non impedit illa sano quomius et *das* et *det* produceretur. Sed quae ne rationis quidem societate ulla cum exemplis adhuc tractatis continentur, ea noli vel defendere vel excusare. Apage igitur *uendit̄ uenib̄ uid̄it̄ percip̄it̄ obliḡit̄ seruab̄it̄* et si quae sunt similia. Nec enim arsis, cuius in hac caussa iactari potestas solet, ullam ad producendum vim habuit in Plautinis versibus veterique Latinorum poesi universa, nec omnino tale quid unquam nisi eis condicionibus factum est, quibus licuit et quamlibet brevem syllabam pro longa substituere et plerumque etiam hiatum admittere h. e. cum in mediis tetrametris iambicis et anapaesticis, item in creticis*), tum ubicunque fortior interpunctio (quo potest etiam exclamatio pertinere, sed nequaquam quaelibet exclamatio pertinet), praesertim cum personarum mutatione coniuncta, pausam fieri pronuntiandi sive iubet sive patitur. Vnde intelligitur non tam ad prosodiacam doctrinam hoc spectare quam ad ipsam metricam. Velut Trinummi v. 584. 586:

*) Quo pertinent de *mihī ego* et similibus supra disputata p. CLXX.

CLXXXVI

Nam cértumst sine dote haút *dare*. ST. quin tu í modo.

Meam négligentiam. ST. í *modo*. LE. nulló modo.

Quo illa quoque exempla refero, in quibus si illiusmodi syllabas pro brevibus haberemus, valde ingrata diremptio tribrachi fieret, ut v. 941. 1179:

Súb solio *Iouis*? SY. ita dico. CH. e caélo? SY. atque e medió quidem.

Quis id *ait*? LY. ego. LE. tún uidi? LY. et túte item uideás licet.

Quorum versuum priorem non sine summo elegantiae detrimento sic dimetiare una syllaba auctum:

Súb solio *Iouis*: ita dico: e caelóne: atque e medió quidem. —

Aut talia autem vel cognata, aut corrupta, quae allata vidi, sunt omnia. Quid enim mirum si in centenis versibus multis modis corruptis aliquoties corruptela etiam eo valuit, ut brevem pro longa syllaba librarii inferrent? Et plerumque tam est prompta atque evidens emendatio, ut mirere quenquam fugere potuisse. Velut cum Capt. prol. 9

Eumque hinc profugiens uéndidit in 'Alide egregie Beckerus de com. Rom. fab. p. 108 emaculavit revocato *uenum dedit*, quod similiter a librariis obscuratum est atque alibi *uenire* pro *uenum ire* substituerunt: id quod subtiliter Fleckeisenus nuper docuit. Non maiore opera Stichi II, 2, 60 restituitur:

Iám *ego* non facio aúctionem: *nam* óbtigit *mi* heréditas. In Menaechm. v, 5, 22 autem pro *percipit insania* ipso reposito coniunctivo scribe:

quid cessás dare

Pótionis aliquid, priusquam *percipiat* insánia.

Alia exempla ceterarum emendatione fabularum tollentur. Sed ad Terentianum *aúgeát indústria* defendendum non utar hac demonstratione: ubi cum Bentleio prorsus desidero *uostra* pronominis notionem, elapsi autem versiculi alicuius video etiam alia exempla proponi posse, ut

Bonitasque adiutans, quae antehac in uobis fuit:

Bonitasque uostra, quae alias adiutrix fuit.

Nunc autem, postquam cum locum, qui est de correptione longarum vocalium, ita uti fecimus pertractavimus, simul apparet cur brevium vocalium productioni nullum omnino locum in prosodia quidem Plautina concedamus, sed tantum aliquem in metrica.

CAPVT XIV.

Quibus autem condicionibus syllabam ancipitem, eisdem admitti hiatum constat. Nihil igitur suspicionis Trinummi haec exempla habent, quibus proditum in libris hiatum partim servavi partim revocavi, v. 273. 432. 907. 1059. 1071. 1185:

Glóriam et *grátiam*: *hóc* probis *prétium*st.

Tempúst *adeundi*. LE. *éstne* hic Philto qui áduenit.

Lúbet audire. SY. illi édepol *illi* — *illi* — uae miseró mihi.

Éo domum. CH. heus tu, asta ílico. *audi*, *heús* tu.

ST. non sto. CH. té uolo.

Sátin' ego oculis pláne *uideo*? *éstne* hic au non *ést*?
is eat.

CLXXXVIII

Miseria una uní quidem hominist *dfatim*. CH. *immo*
huic parum st:

quo versu qui verbis transpositis *immo huic est parum* scripserunt, suaserunt quod concinnitas dissuadet inter hunc et proximum versum intercedens: *Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum st.* Servari hiatus etiam v. 790 potuerat:

Patérni signum *nósse*. ME. *etiam tú taces*:

nisi tam frequens in codicibus *nosse* et *nouisse* (ut v. 957), *noris* et *noueris* (ut v. 952) formarum permutatio esset ea-que in utramque partem valens, ut ista quidem vix ulla mutatio esset.

Omnino enim qui recte iudicare de hiatu volet, hoc imprimis teneat oportet, non aliquam elegantiam hiatum interpretandum esse, qua delectati sint poetae et quam dedita opera sectati sint, sed licentiam quam indulserint sibi, ubi non nimis habere offensionis videretur. Cum autem hiatus omnis nulla alia in re consistat nisi in neglecta contiguorum vocabulorum ea sive elisione sive synaloe-pha, qua adeo assueuisse linguam latinam scimus, *nemo ut tam rusticus esset qui vocales nollet coniungere*, ut ait Cicero Orat. §. 150: consequitur minus offensionis hiatum ibi habere, ubi illiusmodi synaloepham ipsius *v o c i s p a u s a* aut non patiatur fieri aut patiatur non fieri. Quanquam hanc bipertitam consecutionem, quam ratiocinatio commendat, fatendum est non comprobare usum. Nam ut uno verbo dicam, etiam quae nobis quam maxime necessaria videatur pronuntiandi pausa, tamen necessitatem quidem negligendae elisionis vix unquam habuit. Causa enim intermissae pronuntiandi con-

tinuitatis cum aut in sententiae aut in numerorum rationibus posita sit: numeri quidem pausas nemo nescit eam tantum vim habere ut admittant hiatum, non ut requirant unquam. Sed ne a sententia quidem plus quam excusationem hiatui paratum esse evidentissime eorum exemplorum multitudo docet, in quibus vel fortissima interpunctio minime impediit quominus vocales coalescerent. Non potest (si a singularibus quibusdam exemplis receseris) gravius divortium sermonum cogitari quam quod fit mutatione personarum: et tamen haec ipsa tantum abest ut non admittat elisionem, ut raro neglectionem elisionis admiserit. Duo triave e Trinummo exempla supra posui: in contrariam partem eiusdem fabulae circiter quinquaginta valent huiusmodi:

Quid edimus nosmet *póstea*? LE. *etiam* tú taces?

Si quid vis *Stasimo*. ST. *huc* cóncede aliquantum. PH. licet.

Ei rei árgumenta *dicam*. PH. *audire* edepól lubet.

Quid is? *egétne*? LY. *egét*. PH. *habuitne rem*? LY. hábuit. PH. qui eam pérdidit.

Atque talium frequentia eo maiorem ad hanc caussam universam recte iudicandam vim habet, quo aegrius nos hodie perspicimus, qui tandem veterum ars illud praestiterit omnino, ut non unius hominis ore prolatae vocales coirent pronuntiando: quod quidem nunc non persequar.

Similis autem, quanquam non tam evidens argumentatio duci ex exclamationibus poterit. Nam etsi nunquam sane vel monosyllaba *o oh ah ha uah heu hei au eu* vel *aha vaha ehéu* (Trin. 503) elisa sunt: tamen non talia

CXC

tantum, quale est *hercle*, sed etiam *eho* et *eia* vel *heia*, quae suapte natura iubent inhiberi vocem, haud raro cum insequenti vocali coaluerunt. Velut *eho* cum alibi tum Epid. IV, 1, 40 *eho istinc*, Poen. I, 2, 51 *eho amabo*, ib. 121 *eho an irata's*, IV, 3, 14 *eho an iam*, Rud. II, 7, 20 *eho an te paenitet*: nam Trin. 943 insiticia est ea particula ut alibi aliquoties, Poenuli autem V, 3, 17:

Eho, an huius sunt illae filiae? GI. ita uti praedicas (sic enim scribendum) probandi vi caret, quod non raro *eho* ut epiphonema extra versum positum est, ut Trin. 934. 942. Pariter elisum *eia* habes velut Cas. III, 6, 4. Truc. I, 2, 91, quem Ambrosianus iubet ita restitui una cum proximo:

AS. *Eia*, haút itast res. DI. äin tu eam me amäre?

AS. immo unice unum.

DI. Peperisse eam audiui. AS. ah, óbsecro, tace Di-niarche. DI. quíd iam.

Quo tamen non retulerim cum LACHMANNO prooem. ind. lect. Berol. aest. a. C1810CCCXXXVII. p. 6 Persae versum II, 2, 30, quem ille sic dimetitur*): *Heia. heid. tuo éx ingenio*, ego sic potius:

*) Cum eodem Lachmanno aegre fero mihi etiam de allorum versuum quorundam mensura non satis convenire. Velut parum expedio qua mensura decurrere hunc voluerit: *Pecuniae accipiter auide atque liuide*. Nec, si quid video, probabiliter ille Amph. I, 1, 188 et Most. IV, 2, 59 descripsit, qui mihi videntur his accentibus notandi fuisse:

'Aine uero? 'Aio enimuero. Vërbero. Mentire nunc:

'Aio. Atque eam manu émisisse. 'Aio. Et postquam eius hinc pater: nisi quod in priore non fero *aine*, sed reponendum puto *Äin tu uero*. Commemoravi autem haec propterea ut, si forte de eis ratio me fefellerit, quam fateor adhuc me credidisse certissimam, mëllora a praestantissimo eodemque carissimo viro edocear.

Heia, heia, tuo éx ingenio móres alienós probas:

quando in longam syllabam non magis demonstrari potest *heia* exiisse quam *eho*, pro quo *eho tu* Ambrosianus prae-buit Trin. 55. Ceterum cum cessare vocem etiam ante interiectionem consentaneum sit, tamen vel sic elisio haud cunctanter admissa est, ut Trin. v. 536. 870. 963. 1072. 1059:

Alii se *suspendere. en* núnc hic, quóius est.

'Aperite hoc, *aperite. heus*, ecqui his fóribus tutelám gerit?

'Adgrediundust híc homo mi *astu. heus*, Páx, te tribus uerbis uolo.

Cérte is est, is *ést profecto. o* mí ere exoptatissime.

'Eo *domum. CH. heus tu, asta ilico: audi e. q. s.*

Quorum versuum extremo nec mutatio personae nec vis exclamationis nec finis sententiae obstitit elisioni. Nam profecto etiam cum mutatae personae vel exclamationis pausa non coniunctus ipsius enuntiationis finis, si rationem consulimus, non suadere tantum, sed flagitare pronuntiationis intervallum videtur: et tamen in hoc quoque tertio genere elisionem tantum abest ut reformidarint poetae, ut rara sint hiatus exempla. Et in Trinummo quidem nullum: in contrariam partem valentia circiter viginti quinque, velut (praeter antea allata, in quibus exclamatio accedit) v. 195. 376. 681. 692. 717. 795. 826. 996. 1018. 1139. 1150:

Istúe uolebam *scire. i* sane núnc iam.

Túa re *salua. hoc* pácto ab illo súmmam inibis grátiam Měam sororem tibi dem suades síne *dote. at* non cónuenit.

CXCII

Quis me improbius p̄hibeatur *esse?* haec famigeratio.
'Abiit hercle *ille. ecquid* audis, Lysiteles? ego tē uolo.
Inspēctasque *esse. in* hūiusmodi negotio.

Spūrcificum, immanem, intolerandum, *uésanum. ego*
contra ópera expertus.

'Ut sciat se *p̄didisse. ego* ábeo. male uiue ét uale.

Mémoriae esse *oblitum? an* uero, quia tu cum frugi
hóminibus.

Nimis pergraphicus *súcophanta. is* mille nummum se
aúreum.

Sólus sto, nec quód conatus sum ágere, *ago? homines*
cónloquar.

Quibus propinqua haec sunt: v. 391. 590. 624. 704. 746.
799. 1068. 1108.

Ergone, qui tam rarus hiatus ibi fuit, ubi pausa quaedam vocis non tantum offensionis nihil sed adeo plurimum commendationis haberet, eumne, ubi ab eadem parte ne excusationis quidem quicquam paratum est, patienter toleratum esse existimabimus et praeter rationem pausam pronuntiandi placuisse ubi sententiae nulla esset? Et hoc ut artis fuerit? et Plautinae artis, cuius tantam in reliquis partibus senariorum septenariorumque condendorum omnibus elegantiam merito admiramur? Aut hoc praeposterum et incredibile, aut nihil. Nec vero diversa ratio est eorum exemplorum, in quibus vocis intervallum quoddam non e sententia, sed e numeris aptum est. Longe creberrimum esse hiatum in mediis tetrametris iambicis constat: non rarum in anapaesticis creticisque: nec eundem a mediis trochaicis septenariis artis consuetudo exclusit. Ve-

rum hic qua eum temperantia admiserit, multo etiam manifestius similis, quam qua supra utebamur, computatio versuum ostendit. Septenarios enim trochaicos cum Trinummi plus quingentos complectatur, quoties in tanta multitudine poetam putas ea, qua licebat sat saepe, libertate reapse usum esse? Tria huc exempla e supra allatis referre poteris v. 907. 1059. 1071: quorum ambigua vis est, quoniam cum numerorum pausa coniuncta est, qua sola satis defenditur hiatus, orationis institio. Praeter illa in tota fabula non plures quam sex septemve versus exstant, in quorum caesura hiatus scripti libri testentur vel potius testari videantur: e quibus ubi eos dempseris, quorum aut nulla aut suspecta fides, aliquanto etiam pauciores restabunt. Pari utrumque genus proportione in Bacchidibus est: in qua fabula e plus trecentis septenariis trochaicis hiatus ex Hermanni recensione sex admiserunt: v. 55. 362. 396. 399. 414. 415, praeterea octonarii duo 580. 582. Vnde satis puto apparet, quam non sit in deliciis habitus vel maxime legitimus hiatus. Quo magis cauto opus esse intelligitur, ne quod fieri potuisse concedendum sit, cupidius credatur factum esse revera. Quae cautio quas in partes valeat quamque subtilem diiudicationem habeat, ipsius Trinummi exemplis declarare licet, quae haec sunt v. 311. 606. 613. 652. 990. 1025. 1124:

Nimio satiust, ut opust, te *ita esse*, quam ut animo lubet.

Nón credibile dicis. At *tu edepol* nullus creduas.

Póstremo edepol égo istam rem ad *me áttinere* intéllego.

'Atque istum ego agrum tibi *relinqui* ób eam rem enixe
éxpeto.

Vápulabis meo *árbitratu* ét nouorum aedilium.

CXCIV

Nisi etiam labórem ad *dansum ápponam* epithecám
ínsuper.

Haé sonitu suó mihi *moram óbiciunt* incómmode.

Ex his exemplis tam certum, ut non possit sat leni mutatione romoveri, nullum est praeter sextum, cui ego quintum socio, quantumvis ibi facilis sit *arbitratu meo* transpositio: de reliquis omnibus varias ob causas esse dubitandum puto. Atque septimus versus cur sit sine mora hinc relegandus, supra docui p. CLXX. De quarto non dubitarem, nisi aliud ipsa codicum vestigia suaderent, de quibus p. LXXII. dictum. Tres autem primos versus nego hiatui admittendo omnino sat commodos esse: ad quem etsi minime requiro graviolem aliquam orationis institutionem, tamen altera ex parte consentaneum est repugnare hiatui i. e. cessationi vocis tales verborum constructiones enuutiatorumque conformationes, quibus eae ipsae voces, quas discriminet hiatsu, ligentur potius et continuas pronuntiationis necessitate vinciantur. Nihil eiusmodi in reliquis vel Triummi vel his Bacchidum exemplis hiatui obstat:

'Atque eccestor áput hunc *fluuium áliquid* perdundúms
tibi:

'Ibi cursu luctándo, *disco, hásta, pugitatú, pila:*

'Iude de hippodromo ét *palaestra úbi* reuenissés domum:

'It magister quási *lucerna úncio* exspreta línteo:

immo aptissima hiatui esse membra orationis apparet. Contra dispesci *te ita esse* et *at tu edepol* eo minus licebat, quod haec verba fortissima interpunctio praecedat, illa lenior, sed interpunctio tamen sequitur. Itaque etsi nullo negotio transponi *nullus edepol* potuit, tamen ad elapsam po-

lius syllabam librorum scriptura *tua edepol* spectare visa est (nam *aedepol* pro *edepol* quam frequens est in noviciis *FZ* libris, tam est in antiquis insolens), e qua *tute* cum Bothio effecimus. Illa autem, *ut opust te ita esse*, ipsa vis sententiae et artis ratio flagitabat ut sic collocarentur mutato accentu *ut opust ita te esse*: reliquum igitur erat ut *d* adiceretur. Eiusdem litterae adiumento licebat tertio versu, quae ipsa constructione iuncta sunt, pronuntiando quoque coartare *istam rem ad med atlinere*: elegantius tamen visum est *ad me* verba intendi ante *rem* collocata. Dubitari potest de Bacch. 430:

Vérum ingenium plus *triginta annis* maius quam alteri, ubi nec tam commoda, quam in *lucerna uncto exspreti*, vocabulorum inter se constructorum diremptio est, et perfacilis transpositio *maius annis*.

Tanta igitur cum fuga hiatus fuerit locupletissima excusatione muniti, quibus tandem machinis non excusabilem hiatus tamen defensum ibis? Scilicet quod a caesura tetrametris, idem ab eadem caesura praesidium fuerunt qui paratum esse hiantibus senariis vellent. Qua comparatione nihil cogitari alienius potest. Adeo enim nihil similitudinis inter utramque caesuram intercedit, quod quidem ad minuendam hiatus offensionem valeat, ut diversissimis generibus discretae sint. Quod discrimen recte senserunt qui alteram tantum caesuram, diaeresim alteram vocarunt, quam nec veterum auctoritate et aliam ob causam meo iudicio non satis probabiliter. Sed de nomine utcumque stantes, re interesse plurimum apparet, versus incisione aliqua ordines rhythmi serventur an consulto dissecantur. Quodsi ser-

CXCVI

vantur, ut in tetrametris omnibus, nihil offensionis vel hiatus vel in arsi syllaba anceps habet, quippe in exitum ordinis rhythmici incidens: contra in senarii iambici caesura, ut quae in medium ordinem rhythmicum incidat (quando iambicos esse iambici versus ordines oportet, non trochaicos), hiatus locum non habuit. Quam caesurae vel vim vel non vim ficticiam non esse luculenter hinc apparet, quod sicubi caesuram vel trochaicus vel longe plurimis exemplis iambicus tetrameter non post octavam habet sed post nonam syllabam h. e. non in fine rhythmici ordinis sed in medio ordine, non unquam hiatus locus concessus est. Quod si in creticis versibus hiatus vel syllabam ancipitem non principalis tantum caesura totius versus, sed singulae caesurae podicae admiserunt, quod factum esse constat*), hoc e singulari natura cretici numeri repetendum est, cuius singuli pedes tanquam catalecticos ordines efficiunt, sed ad iambicorum versuum trochaicorumve ordines nullo pacto transferendum. Quo tamen gravi errore irretiri se Lingius passus, dum trochaicis ordinibus iambicos versus dimetitur, eo pervenit ut non modo in caesura senariorum, sed in fine cuiusque dipodiae trochaicae sive iambicorum sive trochaicorum versuum legitimum esse hiatus sibi persuaderet. Qua

*) Quanquam non est quovis pacto factum. Nam etsi in Hermanniana descriptione eorum versuum, qui nobis sunt Trin. 247 sq., recte hic se creticus habet:

Tibi pendentem ferit: iam *amplius* orat,
tamen in brevem vocalem desinens vox dactyllica non potuit pro
cretico substitui v. 251:

Nōx datur: dūctur *fámilia* tóta:
quod genus elegantia artis respuit.

doctrina etsi modum veritatis prorsus excessit, tamen etiam longius progrediendum esse Beckerus (p. 106) ratus calidius praecepisse Lingium dixit: addendam enim penthemimeri certe hephthemimerem esse, ut in qua non plus quam in illa offensionis hiatus haberet. Reliquum erat ut ea doctrina perficeretur et omnino nullus in ullo versu locus esse diceretur, quin ab elegantiae nimirum et concinnitatis et perspicuitatis studiosis poetis legitimi scilicet hiatus ornamento aliquando condecoratus esset. Atque hoc quicquid est laudis sibi non sunt eripi passi Lindemannus cum suis congeneribus: quos posteaquam leniter perstrinxit Musei philol. t. v. a p. 136 ad 142, nunc iterum defricare nolo. In quos apprime conveniunt quae ante hos cxxii. annos iusta indignatione, et tamen frustra ut nunc apparet, Bentleius pronuntiavit: 'Nimirum hi non ipsos poetas, non artem et rhythmum genium, sed librarios sibi duces sumunt: et tot fere licentiarum species sibi fingunt, quot in toto Plauto Terentioque vitiosae lectiones nunc restant, unique loco qui emendandus erat, ex altero aequè mendoso patronium quaerunt.' Qui quidem viderint, qui se civibus suis commendare potuisse eum poetam dicant, cuius ars cum vitae usum et familiaris sermonis consuetudinem repraesentaret, illud tamen negligeret quod Cicero Orat. §. 152 dicit *'nobis ne si cupiamus quidem distrahere voces conceditur.'*

His autem verbis quae continuat Cicero: 'Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poetae praeter eos, qui ut versum facerent saepe hiabant: ut Naeivius *Vos qui accollitis Histrum fluvium atque algidam, et*

CXCVIII

ibidem *Quam nunquam nobis Graii atque barbari. at Ennius semel Scipio inuictis. et quidem nos Hoc motu radiantis etesiae in uada ponti.* hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent: haec igitur Ciceronis verba cave ne omni lege solutis versibus Plantinis et hiantium vocalium multitudine deformibus ullo modo patrocinari putes. Et Naevium quidem illos in senariis (tragicis ut videtur) revera admisisse hiatus credendum esse Ciceroni videtur: tametsi facile fuerat vitato hiatu scribere *Graii uobis**) nec testimonia desunt quibus, quam corruptis oediciibus iam Tulliana aetas usa sit, doceamur: tam enim insciti poetae ille potissimum hiatus est *qui accolitis*, ut qui de mendo scripturae suspicetur, non sit me iudice inolementius increpandus. Sed esto, ut sic hiauerit Naevius. Opponi autem bonorum peritorumque poetarum multitudini, qui non nisi consulto et certis condicionibus rarum hiatum ut Ennius sibi indulgeant, tales poetas apparet, quos artis inopia eo adegerit ut si vellent versus efficere omnino, et crebros hiatus et promiscuos etiam nolentes sibi elabi parerentur: qualis fuisse Naevius dicitur. Nam etiam genere prorsus diversi sunt Naeviani hiatus illi *qui accolitis* et *Graii atque*, atque Graecorum exemplo probati *Scipiō inuictis* (quae verba vocalis sequebatur) et *etesia in*: ad quod genus solum ultima verba Ciceronis spectant *hoc idem nostri solent.* Iam vero quid est tandem, quaeso, cum Naevio potius quam cum eis, qui non sordere Nae-

*) Nam ex eo, quod talia ut *Graii* Lachmannus nuper docuit non esse solita elisionem pati, minime consequitur ut pati hiatum sine artis offensione potuerint.

viano more maluerunt, Plautum vel nec sociemus vel cogitatione sociasse Ciceronem putemus h. e. eum scriptorem qui negligentioris artis exemplo Naevio utatur, non utatur Plauto? Nam ex eo, quod cum ipso Ennio nec poesis genus nec eum hoc coninnotum genus hiatus Plautus commune habet, non consequitur profecto negligentiam eum cum eo poeta communem habuisse, quocum poesis genere, sed ut recentior cum vetustiore coniunctus est. An similem atque in Naevio fuit artis inopiam vel in hiatusum licentia vel in aliis partibus poeticae non centeni, sed milleni versus Plautianae produnt tanta et facilitate fusi et concinnitate elaborati, ut meo sensu etiam superent Terentianam industriam et aliquanto molestiorem lucubrationem? In quibus, si nihil a Naevianis differrent, quid tandem admiratos esse illos existimabimus, de quibus Horatius:

At nostri proavi Plautinos et numeros et

Laudauere sales — ?

Cui iudicio etsi non subscripsit Horatius cum eis omnibus, quorum in diversissimis rationibus innixa nova ars prorsus opposita veterum arti fuit, tamen ex ipsis veteribus veterumve artis studiosis quis unquam simili atque Plautum elegantiae laude Naevium cumulavit? quis Naevianos numeros admiratus est? Qui quidem poeta quid mirum si ab Saturniorum rudi et ineulta specie profectus, in quibus huiusmodi multa admisisset, ut

Onerariae onustae stabant in flustris

(v. Mus. Rh. nov. v, p. 247), aliquid consolitae asperitatis ad politius genus transtulit? Nec enim ullo modo, qui Naevio Plautum citius compararunt, quanto utriusque poetae ars universa intervallo distet, satis reputasse videntur.



Paullo diligentius enarranda esse Ciceronis verba putavimus quam factum est a Romano Speciminis critici in Plautum et Terentium, quod Amstelodami a. MDCCCXXXV. edidit, p. 21 et 25: ubi tamen de hiatu saniora praecepit quam post Bentleyum et Hermannum a quoquam prolata vidi. Ceterum nec vitiosum et frequentissimum illum esse hiatus inter omnes constat, cum monosyllabae voces, sive in longam vocalem*) sive in *m* consonantem exeuntes, dum priorem syllabam solutae in duas breves arsis efficiunt, accentu intensae corripuntur. Quod genus hiatus tam certam in veteri poesi Latinorum omni sedem habuit tantaeque ipsis poetis voluptati fuisse videtur, ut etiam ubi eius necessitas nulla esset, tamen liquescenti vocalium pronuntiationi haud cunctanter praetulerim, idque eo confidentius, quod ea ratione simul licebat longe usitatissimam *ille iste esse* vocabulorum correctionem servare**): nam talia sunt, quae illam mensurae ambiguitatem admittant. Ergo cum per se nihil intersit, *quem esse corruptum vides an quem esse corruptum vides* v. 116 pronunties, hoc tamen visum est praefendum esse, eademque ratione *cum illis*, non *cum illis* v. 203, *dum illud* 211, *quom illi* 342, *quem istas*

*) Longis vocalibus etiam diphthongos comprehensas esse volo ut *quae* et *quoi*, de quo p. CLXXII. dictum. Nec fortasse hinc exclusam esse seu particulam significavi p. LXXXV.

***) Quae una causa satis fuit, cur etiam, ubi nullus vocalium concursus, sed similis pronuntiandi ambiguitas, probarem velut v. 371 *si quid ab illo accéperis* prae hac mensura *si quid ab illo accéperis*, item v. 372 *eo patér: pol égo istam* prae *pol égo istam*, 366 *mihí ille* prae *mi illi*: quanquam a sententia hic plena *mihí* forma non ut alibi requiritur, e. c. v. 588 in verbis *potissimum mihí id óbsit*, ubi absonum sit delitescere pronomini notionem.

951, *quom ille itast* 1170, item *de illo* 134, *ne ille ex* 318, *de istoc* 587, *ne istacc* 738, *ne ille exaudiat* 754. Quid? quod fortasse (nec enim dubitationem ipse celo) illorum societate licuerit etiam bisyllaba comprehendere, quae synizesi monosyllaba facta, ut monosyllaborum exemplo elisionem, ita hunc quoque hiatum passa sint. De quo ut quaerendum esse significarem, v. 636 verba sic notavi *mĕam ego cōspiciō miki*, ubi potueram sane sine ulla offensione *mĕam ego*. Et haec quidem omnia ἀδιάφορα: nisi quod nemo non sentit elumbi versus principio *Quom ille itast* praestare *Quom ille itast*. Quemadmodum autem in quibusdam exemplis non elidi monosyllabam vocem ipsa ratio iubet: quis enim haec quae infra posui (v. 979. 1092. 1104) aliter nisi sic intensis notionibus pronuntiabit:

Dum ille ne sis quem ego esse nolo, sis mea causa
qui lubet:

Tibi petam. Res quom animam agebat, *tum esse* offusam oportuit:

Vidēbis iam illic nauem qua aduecti sumus:
ita alia sunt quae vix patiantur negligi elisionem. Nam et v. 30 perversum sit *dum* intendere depresso *illi*, in quo est vis oppositionis:

Set *dum illi* aegrotant, interim morēs mali:
et v. 1005 vi omni carens *qui* pronomen non magis sinit *qui illud* pronuntiarī quam *eum esse* v. 1170:

Quom ille itast ut eum esse nolo, id crūcior:
ubi etsi de meo addidi *eum*, tamen id prorsus flagitat loquendi consuetudo Plautina, plane ut v. 307:

Vtrum itaue esse mauelit, ut eum animus aequom censeat,

An ita potius ut parentes eum esse et cognati uelint. Simul autem et *Quóm ille itast illud ét Dúm ille ne sis v. 979* documento esse possunt, *severius quam uerius* sic statui, ut proxima post solutam arsim syllaba necessario esse longa dicatur. Est ea plerumque longa: sed nec necessitatem hoc habet nec aliam causam, quam quod omnino in trochaicis tribracho longe frequentior est anapaestus, in iambicis tribracho ipsoque iambo frequentior spondeus vel dactylus.

Perraró autem monosyllaborum licentia illa uidetur etiam ad polysyllaba translata esse. Non Plautus fuit, sed recentior aliquis, a quo prol. *Merc. 4 uidi amatores facere* profectum esse non ausus sum negare *Parerg. 1, p. 18*. Ab Hermanno probari uideo correptum in bacchiaco ante uocalem trisyllabum *cogita Poen. 1, 2, 31*:

Sorór cogitá amabo, itém nos perhibéri.

Hinc defendi potuerat in *Trin. 272*:

Bõni sibi haec éxpetunt: rém, fidem, honórem,
ut -dém ho- sint pro una longa: nisi perfacile post *em*
excidere *et* potuerit. In *Mostellariae* versu *iv, 2, 33*:

Quoi homini? PH. ero uóstro: quaeso, quótiens dicundúms tibi

non sunt pro anapaesto -*ni* ero syllabae, sed *ni* producitur, una autem syllaba pronuntiatur *ero*, ut in anapaestico *Stichi ii, 1, 40*:

Nimis uéllem hae fores *erum* fúgissent:

de quo cap. *xI*. dictum.

Atque hi quidem hiatus in *arsi*, si modo fiunt, fiunt omnes: quibus multo etiam incertiores sunt qui admissi esse

in thesi putantur. E quibus minus dubitationis quam reliqui illi habent, cum anapaesticae anacrusis prior syllaba monosyllaba voce constat in longam vocalem desinenti, quæ ante insequentem vocalem, sed in ipsis anapaesticis versibus, corripitur. Assentiendum enim Hermanno videtur tales correptiones cum hiatu coniunctas defendenti Stich. II, 1, 50. Aul. IV, 9, 3. 5. Bacch. 1126. 1154 :

Quid istuc est? Quas tū edēs colubras?
 equidē quō eam aut ubi sim aut qui sim.
 demōnstretis quī eam abstulerit.
 si amant, sapienter faciunt.
 tē amābo atque amplexabor.

Sed etiam in trochaicis iambicisque versibus alteram solutæ arsis syllabam sic esse cum hiatu correptam nondum potui mihi persuadere: non id aliam ob causam, quam quod talium exemplorum nimia in circiter viginti milibus versuum paucitas est. Itaque vehementer dubito num *dūū unum* et *tūā infamia* satis fidei habeant Bacch. I, 2, 17 et III, 1, 14, qui versus nescio an sic non incommode scribantur :

Dūae me unum expetitis palumbem: *idū* arundo alas
 uérberat :

Tūa tu infamiā fecisti géruilifugulos flágitū :

nam in priore *perii* potest interpretis esse proverbium explicantis. Non difficilius est inserto *ego* Merc. V, 2, 4 tollere *dómi erat* :

Dómi erat quod ego quaéribam: séx sodalis répperi.
 Quanquam de hoc singularem ob causam cautius ludicandum est. Nam cum eadem ratio, qua continentur *mé habes* et *nám habes*, inter *dómi est* et *dómūm est* intercedat, ta-

CCIV

men cum hoc postremo quod comparari queat, ex undeviginti fabulis Plautinis nihil recordor, in una *Mercatore* scio tria exempla exstare I, 2, 69. II, 4, 11. V, 2, 47:

Tuam amicam. Quid eam? Vidit. Vidit? uae miseró mihi.

Tuam amicam. Nímium multum scís. Tuis ingrátis.

Tuam amicam. Quid eam? Vbi sit, égo scio. Tuue, óbsecro.

Tam haec gemella sunt, ut de integritate scripturae vix liceat dubitare. Itaque hoc omne illius quaestionis opportunitati reservandum est, qua quid in *Mercatore* a Plautino ingenio et usu abhorreat, expendetur accuratius.

Restat ut theticam syllabam trochaeorum iamborumque negem ullum unquam hiatus (nisi eis quas ab initio capitis tractavi condicionibus) recepisse, sive illam longa sive brevi vocali terminatam. Nam hos hiatus qui deosculantur et in sinu fovent, sunt hi illi ipsi 'licentiarii', quos supra dixi ad eam perfectionem inchoatam ab aliis doctrinam adduxisse, ut nullum versus locum non admittere hiatus dicerent. Qui viderint ne ab eis vincantur, qui non ferendos esse hiatus carentes versus demonstraturi sint. Cum taeterrimo in arsi hiatus non magis tolerabilem theticum libri sociant contiguus *Trinummi* versibus 540. 539:

Sués moriuntur áugina acérrume:

Nam fúlguritae súnť alternae árbores.

Quem cave his exemplis defensum eas *Amph.* I, 1, 119.

Bacch. II, 3, 73:

Néc iugulae neque uésperugo néque uergiliae óccidunt:

Qui illic sacerdos ést Dianae Éphesiac:

ut in quibus excusationem a nomine proprio*) (nam ipsum *uergiliæ* est pro proprio) hiatus habeat, ut in *Æsquilinæ alites* (cui non conferendum dispari ratione nitens *insulæ 'Ionio.*) Neque enim *æ* diphthongi naturam habuisse quod aspernaretur sive elisionem sive synaloepham, cui opinioni favere *castaneæ hirsutæ* illud facile videatur, cum Vergiliana *Tyrrhænæ acies* et *totæ adeo conuersæ acies* ostendunt tum Plautinorum multitudo exemplorum arguit: *incolæ accolæ aduenæ omnes* Aul. III, 1, *epulæ a* Trin. 471, *glabræ* en ib. 541, *gloriæ aut* 829, *procellæ infensæ* 836, *memoriæ esse* 1018, *nostræ aedes* 1080, alia**). Cum istis autem, *uergiliæ occidunt* et *Dianæ Ephesiæ*, pauca illa exempla conferenda sunt, in quibus thesis cretici pedis hiatus habet, non brevi vocali, sed longæ correptione effectum, quantum non proprii nominis natura excusatum, verum satis tamen excusatum lentioris enumerationis pausa aliqua: ut

'Arte gymnástica, disco, hastis, pila,

Cúrsu, armis, equo.

Quod genus, pertinens illud etiam ad senarios septenariosque numero paucos, Hermannus tractavit Elem. doctr. metr. p. 207. coll. 190, et in nupera Epitomæ editione p. 34.

*) Quid intersit, cum supra p. CLXXVII. dixi nullam ab insequenti *Epigrome* nomine excusationem productum *agitur* habere, non video explicare debere. — Ceterum scripturæ in Amphitruonis versu integritatem Varro testatur de l. l. vi, 6 et iterum vii, 50.

***) Quemadmodum igitur et elisionem et ut supra diximus correptionem cum hiato coniunctam (*quæ amat* Bacch. 348) *æ* diphthongus admisit, ita in *oi* quoque vel *ui* diphthongum cadere utrumque consentaneum est: unde non tantum *quoi homini* tutati sumus p. CLXXII, sed etiam *quoi imperes* cum *sta iſico* collatum p. CXXII; ubi solas *seu neu* particulas ab elisione exclusimus. Adde e Bacch. 398 *id quoi obtigerat.*

CCVI

Magna tamen cautione opus est ne pausam orationis con-
fingas ubi nullus ei locus. Velut Militis iuitio probabilita-
tem nec haec mensura

Praestringat oculorum áciem in ácie hóstibus,
nec haec habet, quanquam ab accentuum varietate*) praesta-
bilior,

Praestringat oculorum áciem in ácie hóstibus:
sed aliquid excidit, quod puto hoc esse:

Praestringat oculorum áciem *acri* in ácie hóstibus.
Ac ne illi quidem Asinariae scenae IV, 1, quam designa-
vit Hermannus, tantum hiatus, quantum libri prodiderunt,
me concedere iam supra ostendi p. CLXXIII. Ceterum sublati
a nobis in Trinummo hiatus exempla in illis quaere quae
c. VI. et VII. composuimus. Quo praeter alia adde *plácidule*
in tabernáculo pro *plúcide in tabernáculo* v. 726 commen-
datum p. LXXXI.

CAPVT XV.

Difficillima omnium haberi ea quaestio solet, quae est
de accentus verborum cum numerorum rationibus con-
sociatione. De qua etsi mihi videor ita disputare posse ut,
quibus a principiis profecta quibusque e causis nata ad

*) Haec quam vim habeat, post Hermannum Opusc. II, p. 384 Lach-
mannumque in Propert. p. 111 neminem fugit. Eadem causa fuit
cur in Militis versu *qui amico sit amicus magis* supra probare-
mus p. CXXXII. aliaque alibi multa. Nam quod in contrariam par-
tem Bentleyus decrevit in Andr. II, 3, 8. Eun. v, 2, 19. Heaut. I,
2, 18, cum ad ea exempla pertinet quorum diversissima ratio est,
tum ne verum quidem omni ex parte haberi potest.

earum legum constantiam ars illa poetarum progressa sit, quibus totum hoc genus admirabilis concinnitatis regitur, planissime intelligatur: tamen amplius id sibi spatium possit quam quod huic sit praefationi concessum. Itaque huc olim rediturus nunc singularia tantum quaedam tangam, quorum ad ipsam criticam faciendam paullo gravius momentum: ad genus universum recte definiendum paucissimis praemissis. Omnino enim nihil esse falsius potest quam quod veteris Latii posteriorisque aetatis poeticam ita sibi invicem opponunt, ut hanc quantitate syllabarum regi, illam dicant e vi accentus pendere. Quorum tantum prius verum est, cum illic accentus vim propemodum nullam esse constet: alterum ne sic quidem vere describitur, ut cum accentu dicatur quantitatis ratio aliquo temperamento coniungi. Nam tanquam acu res ita demum tangitur, ut etiam veteris comoediae tragoediaeque arti metricae pro fundamento fuisse quantitatis observationem intelligatur, sed eius quantitatis, quae qualis fuerit quibusque rebus a posteriorum saeculorum consuetudine distet, superioribus capitibus declaratum est: cum eius autem quantitatis severitate summa accentus observationem, *quoad eius fieri posset*, conciliatam esse. Prorsus enim utramque rationem exaequare omnino non poterunt poetae, si modo fieri versus vellent: vel certe tam angustis finibus semet coercere debuerant, ut ad unum modulum centenis versibus cum maxima molestia sua fabricatis non possent non in incredibilem artis ieiunitatem evadere. Eis igitur angustiis ut se expedirent, cum alterutram rationem oporteret paullulum cedere alteri, praerogativam

quidem semper voluerunt quantitatis esse, ad eius autem constantiam accentus observationem modicam accommodarunt.

Exemplo rem declarabo. Nam cum ratio omnis accentus latini duabus legibus principalibus his contineatur: altera, ut quae vocabula hyperdisyllaba paenultimam longam habeant paroxytona sint, quae brevem, proparoxytona: altera, ut ultima syllaba verborum polysyllaborum quorumlibet accentum, ut in lingua barytona, nunquam recipiat: consequens fuit ut, quod ad accentum attinet, vere iambicis vocibus bisyllabis (˘ ˉ et item ˉ ˘) omnino careret latina lingua. Itaque hoc licentiae veteres illi ei sumpserunt praeter cetera, ut bisyllaborum vocabulorum, quorum brevis paenultima, permagnam multitudinem non sic pronuntiarent ˘ ˉ, sed contra atque lex accentus postulabat, acuerent in ultima, *uidét uidént**). Quod nisi ita instituissent, ne unum quidem senarium facere potuissent quin eum vel monosyllabo vocabulo terminarent vel hyperdisyllabo quod in dactylum creticumve desineret. Admisso autem in senarii exitum iambico vocabulo rursus pari pe-

*) Cuius rei causam licet etiam altius repetere. Nam cum cretica vocabula omnia, cuius in vulgari pronuntiatione unus principalis accentus hic est ˉ ˘ ˉ, in iambicos trochaeosque versus ne possent quidem aliter nisi sic intrare ut simul ultima syllaba, cuius secundarius tantum accentus quidam, sub arsim caderet priori arsi vi prorsus parem ˘ ˉ ˘ : in tanta horum multitudine non potuerunt non aures plane assuescere ea ratione, qua brevem paenultimam excipiens longa ultima accentum reciperet praeter legitimam consuetudinem linguae. Hinc igitur, quam facilis velut a *péruidét pérfidám* transitus feret ad *uidét fidém*, et perspicitur et sentitur facillime.

namque atque multe etiam maiore proximus ante sextam pedem locus promebatur: ne igitur hinc cetera praeter menosyllaba et cretica et certa hyperdisyllaba vocabula excluderentur omnia, ex ultimi pedis licentia consecrariam esse hanc alteram voluerunt, ut in paenultimo loco non modo item iambica, sed etiam spondiaca, anapaestica, choriambica, molossica, ionica vocabula (una cum longioribus quae in eos pedes exeunt) acuerentur in ultima syllaba: quae omnia cum aut paroxytona aut proparoxytona in ipsa lingua fuerint, ne versus quidem nisi illa conditione esse oxytona passus est, ut neglectae legi excusatio e concessa legis neglectione parata esset. Sic igitur evenit ut non improbarentur hi versuum exitus, quatum incredibilem esse multitudinem constat:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---------------------|
| . | . | . | . | . | malám crucem |
| . | . | . | . | . | morés mali |
| . | . | . | . | . | animúm meum |
| . | . | . | . | . | inutiés grauem |
| . | . | . | . | . | fúngaris tuum |
| . | . | . | . | . | décorari uolo |
| . | . | . | . | . | auáritiám meam |
| . | . | . | . | . | reuénissét domum |
| . | . | . | . | . | incónsultú meo |
| . | . | . | . | . | concrépuerúnt fores |
| . | . | . | . | . | cástigátorém tuum |
| . | . | . | . | . | récuperátorés dedit |

Sed longius etiam eiusdem vis rationis patuit, quippe quae etiam ad tertium a fine vocabulum pertinuerit: quod oxytonum esse ea conditione potuit, ut a binis vocibus ex-

ciperetur item contra consuetudinem linguae oxytonia. Velut Trin. 100. 186. 197. 800:

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|--------------------|
| . | . | . | . | . | . | uocánt ciués tui |
| . | . | . | . | . | . | malás famás ferunt |
| . | . | . | . | . | . | meá recté facis |
| . | . | . | . | . | . | utí celés face, |

et in Bacchidibus *bonis dicunt male, utrúm credúm magis, maló fecit suo, eát secúm simul, sinis nostrám senem, Opis Virtús Venus, meá gnató male, ualét sentit sapit.* In quibus omnibus quod eodem pedum ordine spon dia ca vox media est inter duas iambicas, id quidem aliunde suspensum est et propriam quandam caussam suam habet. Nam quod egregie Bentleius observavit in Horatii Serm. II, 5, 79, rarum esse in quinto pede senarii iambum pro spondeo, id aliquanto accuratius sic definimus, ut, cum in Trinummo senarii quidem circiter quinquaginta, totidem autem septenarii trochaici, in quibus illa lex (sive elegantiam dicere malueris) non minus quam in senariis valuit, in fine versus iambum ante iambum receperint (h. e. senariorum pars ferme duodecima, septenariorum circiter nona), tamen perraro duobus iambicis vocabulis talis exitus fiat, nunquam tribus. Itaque cum nihil offensionis habeant *hercle nuntias, scéléstus est, fiduciae* in finem versus, quanquam non nimis saepe, admissa, tria tantum per duas fabulas integras Trinummmum et Bacchides exempla exstant huiusmodi: *ager fuit* Tr. 533, *malam crucem* ib. 508. Ba. 863 H. Quales pedes tertius iambus ne sic quidem praecedere solet, is ut non iambica voce conclusus sit, ut Tr. 533 *quóius ille agér fuit**):

*) Atque haec caussa fuit cur supra p. cxiii. reliceremus hunc versus exitum *futúra sunt, tamén sciunt: praesertim accedente*

multo igitur mihi hi ordines placuerunt $\cup \cup | \cup \cup | \cup \cup$,
 ut *malo facit suo*. Sed nec ab hac parte nec a neglecto
 accentu praeter illa, ut *malo fecit suo*, haec quae infra po-
 sui improbata sunt, eadem qua illa ratione satis defensa,
 Trin. 733. Bacch. 170. 222. Mil. I, 1. 30. Bacch. 316:

. penés me habeám domi
 citó Samiúm solet
 edepól certó scio
 hércle operae pretiúm quidem
 cónueniám quantúm potest:

quibus exemplis et anapaesticum habes et choriam-
bicum tertium a fine vocabulum: quorum tamen neutrum
 frequens. Spondiaca autem vocabula etsi ab eo loco ratio
 quidem non magis quam molossica vel ionica a minore
 (quando choriambum et ionicus et molossus aequat) exclu-
 dit, tamen consuetudo non item ut in paenultimo loco re-
 cepit: quippe aegrius in longis syllabis quam in brevibus
 accentus insolentia illo loco delitescere visa est.

Et haec quidem eiusmodi sunt, ut certae normae con-
 stantia determinata merito nomen inveniant legitimae licen-
 tiae. Sed praeter haec, quae ipsa ars concessit, fatendum
 est quaedam, quanquam numero pauca, vel excidisse poetis

ante geminos lambos interpunctione. Nec mirum talia non pla-
 cuisse, cum ne haec quidem crebra sint, in quibus tres se lambi
 excipiunt lambicis vocabulis non inclusi, ut *adeste cum silentio*
 v. 22, *bene hercle nuntias* 59, *ipsus in Seleuciam* 119, *fide et*
fiduciae 117. 142, *maritumis negotiis* 331, *pati neque alteri*
 352, *repperi negotium* 389, *drachumarum olympicum* 425, *suo*
pecúlio 434: quae decem sunt in quadringentis versibus exempla.
 Non dubitavi igitur, ubi optio data erat, *quas mihi dedit epistu-*
las praeterre prae quas dedit mi epistulas v. 874.

vel indulsisse sibi poetas, quae sint extra rationem posita. Nam cum in *conueniatis* hi quas notavi accentus recte se habeant propterea quod similes sequuntur in *quantum potest*, tamen aliquoties choriambicum vocabulum [etiam praeter haec condicionem in mediam senarii dipodiam intravit, ut Trin. 184. 410. Mil. 1, 1, 18. Bacch. 113. 121:

Ego me fecisse *confiteor* Megarónides.

Quam si formicis tu *obicias* papauerem.

Quasi uentus folia aut *peniculum* tectorium.

Magistron quenquam *discipulum* munitarier.

Sperat quidem animus: quo *eueniat* dis in manus*).

Quaquam id minime est quouis pacto factum: facile enim intelligitur curandum fuisse ut insolentia numerorum obscuraretur potius quam in aures impingeretur: quare credi non potest cum gravi interpunctione choriambus a poeta coniunctus esse Triu. 582:

Dic Cállici, me ut *conueniat*. ST. quin tu i modo.

Ab interrogatione fortasse veniam habet Bacch. 214:

Salué. sed ubinamst *Mnésilochus*? CH. uiuít, ualet:

quaquam ibi non inepte Bothius *ubi Mnesilochus nam est?* proposuit, quae collocatio interrogativae *nam* particulae aliquoties obliterata est: (ut hinc quidem nulla lis sit nostro

*) Hoc quidem versu etsi concedendum est a poeta posse *euenat* profectum esse, et supra allato *conuenam quantum potest*, tamen propter ipsa gemina exempla *discipulum* et cetera necessitatem illud non habet. Nec Bacch. 48 vel necessitas vel si quid video probabilitas *euenat* formae demonstrari poterit. Quid? quod quibusdam exemplis contrariam in partem valens probabilitas manifesta est, ut in exitu septenarii Triu. 715 *quod agas eueniat tibi*.

supplemento movenda Trin. 130.). Plus etiam offensionis in fine evantati posita ionica vox habet Bacch. 299 Herm.:

Set divesne iste est *Theotimist*. CH. etiam rogas: curias cum simile exemplum ignerem, nescio an hic quoque verum *Bothius* viderit, praesertim cum in libris non *iste*, sed *istic* sit:

Set *istic*. *Theotimus* divesne est? CH. etiam rogas?

Cum choriambicis autem vocabulis etsi per se minime comparanda sunt anapaestica, nec, ubi oxytonum non sequitur, anapaesticum quartus pes admisit: (nam deterrimum versum Mil. II, 6, 73 *Fateor: quidni fatebre egomet quod videris infra emaculabimus*;) tamen certa hac conditione, ut cum monosyllaba voce in choriambici vocabuli speciem coalesceret anapaesticum, eique consociationi non repugnarent sed faverent constructionis interpunctionisque intervalle, raris quibusdam exemplis idem quod in choriambicis factum est. Hinc igitur est cur offensione careant Mil. I, 1, 6. 29. IV, 3, 32:

Ne lamentetur *neue* *animum* despóndeat.

Connisus esses, *per corium*, per uiscera.

Istuc caue *faxis: quin potius* per gratiam.

Sed quod multo sane magis mirum est, illud est, quod etiam molossum, qui etsi mensuram choriambi aequat, tamen mirum quantum ab eius volubilitate distat, non prorsus ab illo versus loco exclusum fuisse exemplis credendum est. Et excusatio quidem eadem, quae verborum ordinibus *conueniam quantum potest*, parata foret talibus quale Trin. 550 vulgabatur:

Quo cuncti qui actatem *egerint* casté suám.

CCXIV

Verum fatendum est ita comparatos non esse, qui certa exempla praebeant, versus non codicum tantum fide Plautinorum, sed antiquorum auctoritate grammaticorum firmatos. Illiusmodi aliquot Parerg. I, p. 22 composui: ex hoc genere tria Varronis de l. lat. testimonia attulisse satis habeo e vi, 89. vii, 78 et x, 70 (Trin. 886):

Vbi primum accensus *clámarát* meridiem.

Hectóris natum *dé muro* iactárier.

Cóncubium sit nóctis priusquam ad *póstremúm* peruéneris.

Nam altero versu *de muro* prorsus aequant molossum: in qualibus si qui de spondeo potius dicendum esse contendunt quartum pedem occupante, res eodem redit idemque in hunc spondeum (quem non potest non monosyllaba post caesuram vocula praecedere) quod in molossum cadit. Tertius autem versus etsi non est senarius, tamen cum senariis eam de qua agimus rationem trochaici septenarii prorsus communem habent: quod quidem eo minus mirandum est, quo saepius cum eisdem senariis etiam choriambicum in eodem loco numerum participant, ut Trin. 320. 334. 717. 951. 1022. 1128:

Bénéfacta *benefáctis* aliis *pértegito* ne pérpluant,
et sic in reliquis *deliciis disperdidit*, *Lysiteles ego te uolo*,
commemoras epistulas, *ferriteri mastigias*, *consului fideliter*:
item Bacch. 59. 421. Itaque de illo genere, quod molossicis vocabulis comprehenditur, sic statuendum est, ut reapse aliquid asperitatis, quod non suaderet, sed dissuaderet aurium iudicium et ratio numerorum, patientius quam par erat eosdem poetas tulisse intelligamus, quorum in reliquis par-

tibus sonariorum septenariorumque condendorum perfectam elegantiam suspicimus. Tali tamen negligentia (nam perfecto diligentiae laudem illud non habet) que magis libera esse ars universa illorum poetarum solet, eo nos de singulis suspiciosiores esse decet et aliquanto tardius de poetarum quam de librorum vitio cogitare: id quod recte iam Bentleius sensit in Adelph. v, 2, 52. Itaque etiam qui tacterimum Trin. 540. hiatum *anginâ acerrime* concocturus sit, tamen ad coniunctum cum hiatu molossum nauseet oportet. Nec qui sapiat v. 31 e librorum scriptura *succeuerunt uberrime* efficiet *süccererünt uberrime* potius quam *süccerevere uberrime*: quae formae saepius quam putes in libris permutatae sunt. Item Nonii fidem (quamvis per se ambiguum) nobiscum amplexus v. 410 praeferet quod supra posuimus prae hac collocatione verborum quae est in codicibus:

Quam si tu obicias *fórmicis* papáuerem.

Item v. 648:

Praeoptauisti amorem tuum uti *uirtuti* praepóneres quantillâ fuit ex TUUMUTIURTUTI vel TUUMTUURTUTIUT vel TUUMUIRTUTIUTI efficere? Certius etiam v. 977 restitutus est:

Pröin tu te itidem, ut *chármidatus es, rursüm rechármida*:

in quo cum et valde ingrata sit verborum *charmídatu's* es in caesura diremptio, et ratione careat *recharmida* forma, et tu te vocibus in *tute* coniunctis accusativus desit, non videtur dubitari posse quin poeta scripserit quod recepimus:

Pröin tute itidem, ut *chármidatu's, rürsum te dechármida*.

His igitur hinc segregatis in tota Trinummo praeter *postremum perueneris* illud duo exempla restant, quae non

magis esse sollicitanda videantur quam Musianum *de mure*,
v. 868. 947:

Ni illic haemost aut dórmitator *anís sector* nonárius.

Prædicare opórtet qui abs terra *ad carhím* peruénierit.

Quibus cognatum in Bacch. 756

Vt uérba mihi dat, *si necció* quam rém gerat
hoc referendum esse mox apparebit*). Verum minime in
eorundem numerum Tr. v. 420 venit:

Minús quadraginta *accepstín'* a Cálliole,
cum de lege usitataque ratione in paenultima accentum ha-
bent *accepstine*: quae vox cum enius pedis mensuram ipse
ambitu suo excedat, in versu non potest non duplícem ac-
centum *accepstine* recipere ut similia omnia**). Etiam
quod longe notissimum est, elisione tanquam decurtatas h.
e. una syllaba breviores factas voces retrahere accentum

*) Vix tamen huc referendum Trin. 527:

Consuádet homini, crédo. *etsi* sceléstus est:

ubi non magis *etsi* offendit quam *et sí*, praesertim post interpun-
ctionem Hlam. Allam ob excessum hinc attinem Trin. 103:

Quid tibi ego dicam, qui *illius* sapientiam:

nam iam Plauto pro cretico *illius* cum similibus genitivis fuisse
olim demonstrabo.

***) De hoc maxime mira iudicio sic praecepit, qui auctor doctrinae
prosodicae Plautinae vult haberi: 'Vix credas dici et pronuntiarí
*cruciabilitatibus indiligenter supparasitatur intelligenza in-
terpellatio*: pro quibus omnibus alia pronuntiatio requiritur ex
pedestri et familiari loquendi consuetudine, *cruciabilitatibus in-
diligenter supparasitatur intelligenza interpellatio*.' Cuius
verba mea facio: vix credas dici et pronuntiarí talia potuisse.
Quasi non singulae voces unum habeant principalem accentum, e
quo ceteri secundarii pendeant, quoque in versibus servato satis-
fiet consuetudini linguae.

h. e. eum accentum recipere qui, si brevior forma primitiva esset, esset legitimus: id quoniam video quosdam de necessitate quadam interpretatos esse, ne hoc quidem praetermittam, sed utramlibet rationem dicam poetas arbitrato suo secutos esse: quibus licuit ante vocalem vel *accépisti hoc* vel *accepisti hoc* pronuntiare, vel *áduléscenti has* vel *aduléscentem áudio*, vel *scribendum áppulit* vel *scribendum appéllere*, et similiter omnia. Vnde consequitur ut, quamdiu vocalem praecedens *scribend-*, vel *áduen-* (*ádueni áequom* Tr. 97) non exuat spondei naturam, ne illa quidem tralaticia *cóncede húc*, *sécede húc*, recte dicantur mediam corripere: id quod rationem et necessitatem ita tantum habiturum esset, si illis in exitu versuum unquam esset locus concessus.

Licentiam omnem alterius partis senariorum, quae est post caesuram, complexus sum. Nam quod talia ut *mémínérís récipíam* accentum soleat in quarta a siue syllaba habere, ea nec licentia potius quam consuetudo fuit nec ab ulla parte versuum exclusa est: quippe praesens pro dactylicis vocibus, soluta quidem arsi, quadrisyllaba omnia quae proceleusmatici mensuram aequant habita sunt dactylicorumque accentum seruant, vel cretiorum quae paenonem quartum aequant, nec minus in antepenultimo quam in ultimo pede sive senariorum sive septenariorum (quando paenultimus tribrachum non frequentius quam purum tantum admisit), ut *crúciálatum me ex Chry-solo*, *capítibus quassántibus*, *múlieris quacum áccubat*. In horum autem numerum infra perspicietur etiam Trinummi illud venire v. 134:

CCXVIII

Neque de illo quidquam *néque emerés* neque *uénderes*.
 Nec illa singularis licentia est, quod iambicae voces, a
 quarum neglecto accentu cum nostra disputatio tum veterum
 poetarum ars omnis profecta est, in omnibus omnino locis
 admissae sunt a quavis condicione liberae. Velut ante ul-
 timam dipodiam senariorum Trin. 87 *potes ne suspicer*, 104
manu Megaronides, 141 *meae concreditumst*, item v. 140.
 221. 484. 486. 490. 530. 560. 741. 753. Vel in tertio
 pede, quod hanc tantum ob causam rarum est, quia non
 potest nisi in versibus penthemimeri caesura carentibus lo-
 cum habere ut v. 134:

Paráta dos *domíst*, nisi expectáre uis:
 multo etiam rarius ita, ut iambica vox in secundo pede
 praecedat, ut Ter. Eun. v, 1, 16:

Scelésta *ouém lupó* commisti: dispudet.
 Quo tamen tribus iambicis pedibus continuis longe peior
 Bacchidum versus II, 3, 110:

Id mi haút *utrúm uelím licére* intéllego,
 aut cum Hermanno sic est emendandus:

Id *utrúm uelím iam mi haút* L. i.,
 aut fortasse sic potius:

Id *íám mi, utrum uelim, haút* L. i.
 Sed spon dia ca m pro iambica voce tertius pes non admisit,
 nisi paucissimis in locis, in quibus illa a prioribus gravi in-
 terpunctione divellitur, ut Trin. 427:

Nempe quas spon di. ST. *immó* quas dependi, inquit.
 Nec tamen fieri posse videtur ut eandem quam praecedens,
 nullo intervallo consequens interpunctio vim habeat, qua
 tantum abest ut leniatur offensio neglecti accentus, ea ut

sentiat magis. Non recte igitur, si quid video, in Bacchidibus se habet v. 1026 H.:

Vel da áliquem qui *seruét* me. NI. ohe odiosé facis,
cui ne ab aliqua accentus enclisi quidem praesidium paratum esse concesserim. Quapropter servato verborum ordine qui in *B* est, eiecto autem, quod e proximae vocis initio natum, *ohe* sic scribe:

Vel da áliquem qui me *séruct*. NI. odiosé facis.

Anapaesticam autem in tertio pede vocem ne interpunctio quidem satis excusasse videtur (nam Trin. 114 non sunt pro vero anapaesto *et illim*): nedum ut illa excipere item anapaesticam possit, ut Trin. 594:

In *ámbiguóst etíam* nunc, quid ea ré fuat,
ubi haud cunctanter transponendum erat *In ámbiguo étiam nunc est*.

Consequens fuit ut etiam in priore parte senariorum, quae est ante caesuram, nihil offensionis iambicum vocabulum vel in primo vel in secundo pede haberet. Quodsi longe longaque rarius in secundo est, eius rei non est alia causa nisi quod binorum iambicorum continuitatem poetae fugerent, ea autem paullo durior ratio ita tantum, ut duobus vocabulis primus *pef* componeretur, vitari poterat. Hinc igitur est cur, cum non multa exstent huiusmodi initia (v. 86. 94. 497. 570. 3.):

Atque íd tamén
Non híc placét
Nunc út sciás

Quos tibi lubet
 Adest, én illaé *)

pauciora etiam reperiantur ad hoc exemplum facta (v. 33.
 541. 554. Bacch. 260):

Eorúm licét
 Oués scabraé
 Quoníam uident
 Quamúis malám

Nisi hoc pro *Quam úis malám* potius accipias. Aliam ob
 caussam, ut id hac opportunitate moneam, non huc perti-
 net v. 779 *Dicát patrémque id*, cum de lege paroxytona
 fiant composita *patrémque, metuóve, adeóne*: unde ne *adeón*
 quidem dicendum est in ultima praeter rationem acui. Quan-
 quam, ut plene hoc genus definiatur, hoc addendum est,
 non magis haec, quam quae supra tractavimus elisione
 breviata, certa necessitate regi, sed liberum fuisse poetis
 utram acuendi rationem inire vellent. Itaque et *metuoque*
hóc, adeone id, primumdum ómnium, circúmspicédúm (ut
 Trin. 146) et *metuóque hoc, adeóne id, primumdum adést, cir-
 cumspicedum* cum similibus pronuntiarunt arbitrato suo**). —

*) Nam in talibus apertum est (et apertius etiam infra fiet) pro iam-
 bo esse, non pro spondeo *illaec istuc* cum cognatis formis. —
 Nec vero interpunctio post duas breves ab initio syllabas illa cu-
 ret exempla. Similia sunt Trin. v. 170 *Lupus: óbseruauit*, v.
 524 *Apáge. ST. 'Acheruntis, Mil. iv, 3, 18: Quid is? 'Ec-
 quid . . .* Nec dissimile Tr. v. 818 *Mittam. CA. éo ego . . .*

***) Non ignoro quid de accentus diversitate *ádeo* verbi et *adéo* par-
 ticulae sive Festus sive Paullus tradat: quod quidem eorum ipsorum
 poetarum exemplo, qui vitae usu probatam pronuntiationem sunt
 secuti, satis redarguitur. Idemque de aliis similibus sentiendum
 est pravo grammaticorum studio discriminatis: e quo genere *ergo*,

Sed quod iambicis vocibus licuit, ut in secundum pedem intrarent, eius quidem licentiae aut nunquam aut perraro spondiacae atque anapaesticae participes fuerunt. Etiam aliam ob causam Trin. 594 paullo ante remouimus. De transpositionis necessitate nemo dubitat e. c. v. 451. 456 vel Bacch. 213 H.:

Mearum rerum me nouisse aequomst ordinem.

Nisi quid me alius sin, Philte, respondi tibi.

Quin tu primum salutem reddis quam dedi.

Quibus sublatis anapaesticae vocis in duabus fabulis singulare exemplum restat Bacch. 486:

Tum quam nihil plus :

pone, quando sunt. De quibus quae praecipuntur, aut ad scripti tantum accentus supervacaneum artificiosum spectant aut prorsus ficticia sunt. Omniaque si quid ex eis, quae de accentuum doctrina veteres prodidere, aliquam hodie utilitatem habet, id ad vocalium potius indolem vel natura longarum vel positione demum praedictarum pertinet ad acutique et circumflexi discrimen illinc aptum, quam ad syllabarum accentu aut praedictarum aut carentium diversitatem. Ad versuum autem faciendorum artem solum hoc valuit, nullius prorsus momenti illud est.

- *) In Milite quoque et singulare est et centesima vitiosum exemplum II, 6, 66: *Meruisse equidem me maximum fateor malum*, ubi *Meruisse me equidem* sine ulla mora transponendum. Ceterum simplicibus spondiacis sua sponte intelligitur non suaviora, sed longe etiam asperiora esse in spondeum desinentia longiora vocabula: in quo genere vastitate sua insigne est MIL I, 1, 54: *At perditatis*, quod ne codices quidem tuentur. — Dum in eo sum ut a typhothae erroribus has pagellas purgem, sero animadverto imprudenter praetermissum anapaestici exemplum Trin. 397: *Miser ex animo fit, factius nihil facti*. Quod quamquam consultius duxi interim servare, tamen fateor eo mihi suspectius esse quo facillius a poeta scribi potuit *Fit miser ex animo*.

spondiaca item singulare eiusdem fabulae v. 814:

Scies háut *multó* post :
 quae nescio an excusationem ab enclisi quadam accentus
 habeant, qua tanquam in quadrisyllabam vocem *nihilóplus*,
 in trisyllabam *multóplus* coirent. Qualis enclisis cum cer-
 tissimam sedem in bisyllabarum praepositionum cum mo-
 nosyllabis pronomiibus copulatione habeat, ut *proptér me*,
praetér te, *intér se*, *ergá me* (nam in iambica praepositione
apít uos nulla omnino offensio est), qualia ne secundus
 quidem pes exclusit: potuit id quidem facillime ad similia
 monosyllaba pertinere ut Trin. 75 *Hascine proptér res*,
 sed non videtur a praepositionibus ad verba translatum esse
 ut in Hermanniano illo quod paullo ante memorabamus *ser-
 uét me**). Aliis in locis spondiaci vocabuli in altero pede
 molestia interpunctione lenitur, ut Capt. I, 2, 9:

Satis ést. *numquám* post illam possis préndere:
 quamvis ibi prompta transpositio *post illam numquam*. Tam
 angustis autem finibus cum vel hoc genus inclusum sit,
 multo minus vel b i n a s anapaesticas voces vel anapaesticam
 cum spondiaca iambicave ars probavit in principio versus.
 Et verissimo igitur et subtilissimo sensu idem ille Herman-
 nus cum Bacch. v. 119 damnavit:

*) Nec ascita enclisi defendi hic, qualem libri testantur, septenarius
 poterit Trin. 918:

Vide homo ut hominem nóueris. *Tanquám me*: fieri istúo
 solet.

In quo et satis insolens e priore in posteriorem versus partem
 transitus fit spondiaco vocabulo caesuram excludenti, et tanta vis
 sententiae est in *me* pronomine, id ut encliticum esse minime
 possit. Quare Hermannó obtemperandum fuit.

Videó nimio iam multo plus quam uólueram,
ubi *Videó iam nimio* transponendum, tum asperiores v. 192:

Veniát quandó uolt, atque ita ne mihi sit morae,
ubi etiam aliam ob causam probabiliter *Aduéniat quando*
scripsit deleto *mihí*. Alia autem exempla in Trinummo et
Bacchidibus nulla exstant. Quodsi quaedam huius generis
in aliis fabulis sana sunt, eis rursus excusatio ab inter-
punctione praesto est qua hi pedes dirimantur, ut Mil. II,
6, 73. Capt. I, 1, 18:

Fateór. Quidni fateáris ego quod uiderim.

Sumis: quandó res rédierunt, molóssici.

Quocum tamen non comparandus Hecyrae I, 2, 119:

Habés omném rem: pérgam quo coeipi hóc iter,

ne egens quidem excusatione, ut in quo *omnem* corripitur.

Restat ut, quoniam in ipso principio versuum plurimum
excusationis habere quamlibet licentiam constat, primum
pedem senariorum nec anapaesticas voces (inter quas et
iambicas tanquam media haec initia sunt *Quod amés, Is
erát, Neque aués*) nec spondiacas ac ne dactylicas quidem
voces repudiasset eo brevius adnotemus, quo magis de his
in vulgus constat. Atque spondiacarum anapaesti-
carumque usus cum et creberrimus sit nec ullius con-
dicionis vinculis astrictus (quando ad secundum potius pe-
dem pertinet quam modo condicionem tractabamus): tamen
nec iambici pedis nec iambicarum vocularum ab initio se-
nariorum ea paucitas est, ut, quia 'primus pes trimetrorum
pondus ac multitudinem syllabarum desideret', cum Her-
manno praef. Trin. p. XVI. damnandum sit versus 761 ini-
tium illud *Mihí quidem hércle non est*. Quod cur sane

CCXXIV.

ferendum non sit, rectius videtur p. CLXX. explicasse. Ceterum verum est coniuncta spondeoram anapaestorumque itemque spondiacorum anapaesticorum vocabulorum frequentia longe rariora iamborum iambicorumque in primo pede exempla esse, nec fere frequentiora quam in quinto pede trimetri. Dactylica autem vocabula ut rara ita certa eunt his exemplis Trin. 54. 75. 186. 205. 396. Bacch. 5+2. 556. 744. 811:

Omnibus amicis
 Hascine propter res
 Qui omnia se simulant
 Censulit adversum
 Militis amicam
 Bacchidem. Vtramne ergo
 Omnia rescivi
 Chrysale, quis est hic*)

longe eadem frequentiora nec a ceteris versus sedibus exclusa in anapaesticis carminibus. In iambicis enim vel etiam trochaicis (de quibus infra dicitur) qui cuivis loco dactylicam accentum illum concedere animum inducat, nihil quo id probet praeter solius *nescio* formae exempla talia habebit:

Vt verba mihi dat, ut *nescio* quam rem gerat:

Multa simul rogans, *nescio* quid expediam potissimum e Bacch. 756. Trin. 880: in qualibus praestare spondiacam mensuram synizesi effectam supra demonstravi p. CLXVII — Sciendum est autem similem dactylicis pronuntiationem

*) Nam siquidem in talibus ut Trin. 593: *Siquidem* ager nobis saluos est, apparet pro duabus vocibus accipi potuisse.

tribrachia quidem vocabula vel in tribrachum exeuntia ita recusasse, ut nunquam hunc accentum $\acute{\cup\cup}$ receperint, sed aut legitimum $\acute{\cup\cup}$ aut, ut mox intelligetur, certis conditionibus inusitatiorum hunc $\acute{\cup\cup}$.

Afinis enim dactylicorum hanc notationi — $\acute{\cup}$ haec est *treshnicorum* — $\acute{\cup}$ vel (quo paullo magis accentus insensentia delitescit) soluta paenultima $\acute{\cup\cup}$: quam sua sponte intelligitur non posse non syllabam brevem sequi. Sed hoc non satis est: certa enim plerumque condicio haec accedit, ut binæ breves sequantur, vel ut aliis verbis dicam, ut accentu notata syllaba cum proximis non anapaestum, sed tribrachum efficiat. Ea igitur pronuntiatio propriam sibi sedem habet in septenariorum secundo vel tertio pede, ut Trin. 714. 715. 873. Mil II, 2, 38. Bacch. 72. Trin. 624. 629. 889:

Sine *doté*, neque tu hinc abiturus

Sin *aliter* animatus es, bene

'Vbi *habitét* et item *alterum* ad istanc

Nam *mulier* holióri numquam

Méus *illé* quidemst: tibi nunc operam

Súnt uterque: *illé* reprehendit

Lésbonice, *essé* uideatur

Quíd id est tibi *nomén*, adolescens

Nec levior tantum, ut horum exemplorum primo, sed ne fortissima quidem interpunctio tali pronuntiationi obstitit v. 605:

Sine *doté*. CA. sine *dóte* ille illam :

nisi eam ipsam ob causam ibi *hæm* inserendum*). Sed similis pronuntiatio v. 329:

*) Nam ne quis *doté* in pausa orationis pro spondeo esse spectetur

Plauti Com. I. 1. Trin.

Dé meó: nam quód tuúmst, meúmst, omne meum au-
tém tuúmst,

cum et in sextum pedem incidat nec a duabus brevibus excipiatur, nescio an non satis caute de eo versu supra indicaverim p. CIX. Cuius in priore parte cum valde ingrata futura sit *meumst* syllabarum ante caesuram synizesis, sic ut versum dimetiamur simul cum durissimo in quinto sextoque pede spondeo:

Dé meó: nam quód tuúmst, *meumst*, ómne autém meúm
tuúmst:

reliquum est ut multo minus offensionis similem synizesim in versus exitu habere recordemur (ut Captivorum exemplo p. CLVII. allato) et hanc potius rationem probemus:

Dé meó: nam quód tuúmst, meúmst, omne autém mē-
um tuúmst.

Intelligi nunc etiam illud putamus, cur e quinque transponendi modis, quorum in Bacchidum v. 52 optionem esse p. CXLIX. sq. diximus, reliquis posthabendus hic sit: *'Vbi uoles tu lépide esse tibi.* Ne quis vero huc Trin. 623 referat:

Nescio quid non sátis *intér* eos ,
sciendum est eam de qua ante diximus enclisim non minus

ad eorum similitudinem quae p. CLXXXVI. tractavimus, reputandum est syllabae ancipiti in eis tantum vocabulis locum esse quae brevem paenultimam habeant, dactylicis potissimum e trisyllabis, solis pyrrhichiacis e bisyllabis. Vt Mil. III, 2, 34. Trin. 584:

Namquám édepol uidi *prómeré.* uerum hóc erat.

Nam cértumst sine dote háut *daré.* Quia tu í modo.
Adde *ait* et *Iouis* e supra disputatis. Sed Millitis v, 24 *faxis* (*Quid si id non faxis? Vt*) non trochaeum, sed verum spondeum aequat.

ad haec exempla *intér eos, praetér eos* Bacch. 1107, quam ad *intér nos, praetér me* pertinere. — Trochaicis autem vocibus etsi in hoc genere pyrrhichiacae valde propinquae sunt, tamen non sunt prorsus pari ratione. Tam enim eae prope ad iambicarum naturam accedunt, ut his praeter cetera concessam *ὄξυτόνησιν* facile participant. Itaque illarum paullo longius progressa est licentia, ut quae non modo in prioris partis septenarii secundo pede, sed etiam in posterioris item secundo, qui est totius versus sextus, admissae sint. Exempla habes Trin. 337. 347. 684. 938. 1046. 289. Bacch. 52:

Níl *morór* eum tibi esse amicum

Múlta *boná* bene pártá habemus

Númquam *erít* aliénis grauis qui

Nísi *quía* lubet éxperiri

Nónne hoc publice ánimaduorti: nam íd *genís* hominum hóminibus.

Quó manus apstíneant: cetera rápe *trahé* tene fúge late.

'Vbi uoles tu essé tibi lepide, *méa rosá*, mihi dícito.

Quorum versuum quarto non magis *allubet* scriptura opus fuit quam supra posito v. 624 *illic* pro *ille*: neque enim causam in promptu esse video, cur cum *mihi tibi sibi nisi quasi ego* formis, quas (utpote ultimam a principio longam habentes) ab hoc genere seclusi p. CLXX, etiam *quia* societur. Alia exempla cur hinc aliena sint reuera, dixi p. CLXXXVI. Nec immerito a quarto pede pyrrhichiacum accentum Hermannus removit Bacch. 74, pro his

Cúpio. Dabitur ópera. *aquá* calet: éamus

substituto *calet aqua*. — Restat ut de hyperdisyl-

CCXXVIII

labi quaeratur. Quorum, et breviter dicam, similem in brevi ultima accentum ea tantum receperunt, quae non paenultimam tantum, sed etiam antepaenultimam brevem habent. Quanquam a trochaicis quidem vocabulis eadem etiam alio ipsius rationis discrimine distant. Nam si *própitia* praeter principalem suam in *pro* accentum (quando hunc esse legitimum supra diximus) alterum habet secundarium, quid patitur aliud nisi quod etiam *uéndidit* et similia, quae quia ipso ambitu suo unius pedis mensuram excedunt, in versibus non possunt non plures accentus recipere? Itaque nihil molesti veteres in his senserunt Trin. 852. Mil. II, 2, 2. III, 1, 25*) Trin. 837:

'Illuricá faciés uidetur
Videritis aliénum, ego uestra
'Obiceré neque té decora

Rüere antemnas, scíndere uela: ní pax *própitia* foret
 praesto.

Nam quod horum ultimo versu oxytona vox in septimo pede est: reputandum est octonarium esse, quod genus severioribus septenariorum legibus multis in rebus solutum est: quemadmodum parvo intervallo ab illo distans octonarius v. 826 etiam in quinto pede habet *usque modo ut uólui*: atque neuter ita ut binae breves subsequantur. Quid? quod tribrachi quidem maior quam trochaei volubilitas ne in septenarii quidem sexto pede displicuit v. 906:

*) Sed eiusdem fabulae III, 1, 39 *experior* nec choriambus nec paesen primus esse potest:

Pol id quidem *experior* ita esse
 Vbi vide num sic scripserit poeta:
 Pól id *experior* équidem ita esse

Cápere soleo. Quid est ei nomen? Quód *edepól* homini probe.

Contra autem, atque in illis factum, ultimae syllabae intentionem cum dactylicae voces vel in dactylum desinentes respuere solent tum multo magis eae quae paenultimam longam habent. Vel eo, quod talis accentus in quartum pedem incasurus sit, satis suspecta septenariorum haec exempla sunt Trin. 306. 1016. Mil. II, 2, 71:

'Vtrum itane esse *máuelit*, ut eum ánimus aequom cénseat:

Gúrgulios *exercitór*, is hunc hóminem cursurám docet:

Réperi, *comminiscere*, cedo cálidum consiliúm cito:

quibus senarius accedit Mil. I, 1, 27:

Quid bráchium? Illud *diceré* uolui, femur.

Quorum primo pro cretico esse posse *mauelit*, altero pro epitrítico *exercitor* supra vidimus p. CLXXXIII. et CLXXV: tertio vix dubitandum quin syllaba exciderit, velut *comminiscere*, *cedo sis cálidum o. c.*; de quarto, qui etiam aliam ob causam suspectus, nunc amplianda disputatio. Simile exemplum *audiét hodie* aliter interpretati sumus p. CLXXXIII. Facilius etiam sentitur cur talia fugerint poetae quale est *décoraré volo*: quibus tamen non conferendum quod Trin. 320 exstat:

Bénéfactá benefáctis aliis,

vel sicubi *máledictá* reperiatur: cum haec eodem iure pro *bene facta*, *male dicta* accipi possint. Sed in Millite glorioso nec *Praécinctús aliqui* sanum est IV, 4, 45, nec III, 1, 106 *Me úxoré prohibént*: quod non in *Méd uxore próhibent* mutandum videtur, sed transponendo perpoliendum:

labi quaeratur. Quorum, ut breviter dicam, similem in brevi ultima accentum ea tantum receperunt, quae non paenultimam tantum, sed etiam antepaenultimam brevem haberent. Quasquam a trochaicis quidem vocabulis eadem etiam alio ipsius rationis discrimine distant. Nam si *própitia* praeter principalem suam in *pro* accentum (quando hunc esse legitimum supra diximus) alterum habet secundarium, quid patitur aliud nisi quod etiam *uéndidit* et similia, quae quia ipso ambitu suo unius pedis mensuram excedunt, in versibus non possunt non plures accentus recipere? Itaque nihil molesti veteres in his senserunt Trin. 852. Mil. II, 2, 2. III, 1, 25 *) Trin. 837:

'Illuricá faciés uidetur

Videritis aliénum, ego uoetra

'Obiceré neque té decora

Rüere antemnas, scíndere uela: ní pax *própitia* foret
praesto.

Nam quod horum ultimo versu oxytona vox in septimo pede est: reputandum est octonarium esse, quod genus severioribus septenariorum legibus multis in rebus solutum est: quemadmodum parvo intervallo ab illo distans octonarius v. 826 etiam in quinto pede habet *usque modo ut uolui*: atque neuter ita ut binae breves subsequantur. Quid? quod tribrachi quidem maior quam trochaei volubilitas ne in septenarii quidem sexto pede displicuit v. 906:

*) Sed eiusdem fabulae III, 1, 89 *experior* nec choriambus nec paeon primus esse potest:

Pol id quidem *experior* ita esse

Vbi vide num sic scripserit poeta:

Pól id *experior* eúquidem ita esse

Cápere soleo. Quid est ei nomen? Quód *edepól* homini probo.

Contra autem, atque in illis factum, ultimae syllabae intentionem cum dactylicae voces vel in dactylum desinentes respicere solent tum multo magis eae quae paenultimam longam habent. Vel eo, quod talis accentus in quartum pedem incasurus sit, satis suspecta septenariorum haec exempla sunt Trin. 306, 1016, Mil. II, 2, 71:

Vtrum itane esse *mauelit*, ut eum ánimus aequom censeat:

Gurgulios *exercitor*, is hunc hóminem cursurám docet:

Réperi, *comminiscere*, cedo cálidum consiliúm cito:

quibus senarius accedit Mil. I, 1, 27:

Quid bráchium? Illud *diceré* uolui, femur.

Quorum primo pro cretico esse posse *mauelit*, altero pro epítrito *exercitor* supra vidimus p. CLXXXIII. et CLXXV: tertio vix dubitandum quin syllaba exciderit, velut *comminiscere*, *cedo sis cálidum o. c.*; de quarto, qui etiam aliam ob causam suspectus, nunc amplianda disputatio. Simile exemplum *audiét hodie* aliter interpretati sumus p. CLXXXIII. Facilius etiam sentitur cur talia fugerint poetae quale est *décoraré uolo*: quibus tamen non conferendum quod Trin. 320 exstat:

Bénéfactá benefáctis aliis,

vel sicubi *máledictá* reperiatur: cum haec eodem iure pro *bene facta*, *male dicta* accipi possint. Sed in Milite glorioso nec *Praécinctus aliqui* sanum est IV, 4, 45, nec III, 1, 106 *Me úxoré prohibént*: quod non in *Méd uxore próhibent* mutandum videtur, sed transponendo perpoliendum:

Mé prohibent uxóre, mihi quae huius

Monstrum autem quoddam versus aluit qui in librariorum fidem iurans sic edidit Trin. 150:

Thesaúrum mihi *demonstrauit* in hjsce aédibus.

Planius igitur nunc perspicí arbitramur, cur p. CLXXXI. horridum dixerimus horum accentum *áddicár Agorástocli*, si non pro molosso, sed pro palimbacchio sit *addicar*. Contra prorsus ambiguum est Mil. II, 2, 14 ab initio versus '*Adgrediár* ante *hominem* choriambum an paeonem efficiat. Vna tamen sola ratione nescio an sine incommodo longa paeultima toleretur, velut Stich. v, 4, 19:

Sét *amicá* mea et *túa* dum comit :

ut qui verborum ordines ad paeonicorum proceleusmaticorumque similitudinem (*Obiceré neque, Própitiá foret*) tam prope accedant ut vix quicquam molestiae e delitescenti longa syllaba sentiatur. — Superest ut, quid horum omnium, quae de trochaicis exposuimus, iambici senarii receperint, definiamus: quod non fuit multum. Quos ubi solas trochaicas voces dixeró in solo primo pede admisisse, dixeró prope omnia: ac ne binis quidem post illas brevibus syllabis opus fuit, sed satis esse una visa est. Velut Capt. 1, 2, 19. Bacch. 769. Trin. 568:

Nullá iuuentutis spés est: sese omnes amant:

Nullús homo dicit, haé tabellae te árguunt:

Si *anté* uoluisses, ésses: nunc seró cupis,

ubi non erat sollicitandum *ante*. A qualibus profectus non erat cur similia initia v. 218. 598 defugerem:

Vndé quid auditum dicant, nisi id appáreat.

Ibit iste hinc aliquo in máxumam malám crucem.

Nec offensioni erat v. 432 :

Tempus adeundist. Éstue hic Philto qui áduenit,
nisi ibi aliud suasisset Ambrosiani auctoritas. Sed non
tantum insuavis erat v. 440 insolentis accentus iteratio:

Egó quoque *esse* uolo liber, nequiquám uolo,
verum simul et in secuudo pede *esse* suspectum et ut p.
CLXX. docui, ipsum *egó* abhorrens a consuetudine. Quan-
quam de secundo quidem pede non est obstinatius negan-
dum: perraris enim exemplis, quae nihil suspecti aliunde
habeant, litem illinc non mouerim, ut Asin. iv, 1, 17 :

Ne *epístulá* quidem illa úlla sit in aédibus:
in quo adeo ad quadrisyllabam vocem eadem licentia pro-
gressa est. Non magis in primo pede pro trochaeo tri-
brachum admissum calidius damnare ausim, ut significavi
p. CLXXIX. Sed in tertio pede multo minus similis accen-
tus probatus est, qualem v. 503 Guyetus intulit:

Eheú, ubi nil *usús* erat dicto, spóndeó,
vel Bacch. 223 librarii:

Volcánus Sol *Luná* Dies — ◡ — ◡ — .

Accentus licentiam senariorum omnem persecutus
sum: volui certe omnem persequi. Quodsi quae reperiantur
propositis legibus non comprehensa, confidenter imputa li-
brariis. Quanquam eius generis e Trinummo nunc nihil
recordor praeter turpissimos numeros v. 200:

Neque *méndaciloquiis* neque argutum magis.

Quae vox *méndacilóquius* pronuntianda erat necessario, ut
proximo versu *cóndéntilóquius*, non *confidentilóquius*, id
quod perversissimum futurum erat. Ascita igitur ex Am-

brosiano *adeo* particula vetus vitium ita uti in editione factum sustuli.

Ad trochaicos autem septenarios ut transeam, horum quidem rhythmicæ rationes quam propinque cognationis vinculo cum senariorum rationibus, contineantur, cum ex eis, quæ adhuc vidimus utriusque generis communia esse, facile colligitur, tum plenius ex eis apparebit quæ dicenda restant. Atque perspecta est ea affinitas iam a veteribus magistris illis, qui tetrametrum trochaicum ita definirunt ut compositum esse ex iambico trimetro et huic præmisso cretico dicerent:

— ◡ — || ◡ — ◡ — ◡ — | — ◡ — ◡ — ◡ — :

quæ descriptio quos auctores habeat ostendi Musei philol. t. 1, p. 285 sq. Quodsi eam partem tetrametri, quæ est post creticam, contuleris cum legibus iambici senarii, miram utriusque generis cum in aliis rebus tum in accentuum ratione convenientiam ilico deprehendes. Et ut rursus ab ea parte, quæ post caesuram est, incipiam: eisdem prorsus condicionibus accentus neglectio regitur in formando septenariorum exitu. In quo pari atque in senariis ratione omnium primum probati sunt hi ordines verborum: *frugi bonæ, animo lubet, sēt amorē tibi* (Tr. 666. 875. 1010), *cognati uelint, prōbiorēs cluent, imperiō tuo, egēstatēm uolo, occiltassis mihi, intēgumentū meæ, concubinatū tibi*. Qui autem vel in senariis perrarus fuit binis vocabulis iambicis effectus exitus ut *malām crucem, agēr fuit*, eum multo etiam magis septenarii repudiarunt: nec eius vel unum exemplum in Triummo Bacchidibusque offendimus: nam *égero tum istūc agam* e Bacch. 671 nemo opponet, ubi

spondei mensuram *istuc* servat: de v. 447 mox dicitur: Trinummi autem v. 339 *omne autem meum est tuum* aliam ob causam iam supra reiecit. Magis mirere non ferminus insolens in septenariis hoc genus esse quod spondiacum inter duo iambica vocabula medium habet, non infrequens illud in senariis: cuius quidem rei causa non haec fuit quod non satis concinna illa species videretur, sed quod nimis lenis et sedata: maiorem enim vigorem et alacritatem quamdam trochaici tetrametri prae se ferunt. Hinc igitur est cur unum tantum eiusmodi exemplum in Trinummo exstet v. 868, tria in Bacchidibus v. 458. 694. 721: *habét rectam viam, malis malum modis, patri uerbis tuis, erit signum datum*. Eademque causa est cur aliquanto frequentiora sint quae pro spondiaco anapaestico habent iambicis interpositum, ut Trin. 351. 1179. Bacch. 53. 412. 428. 434. 453: *habés habéas malum, itém uideás licet, locum lepidum dabo, senéx minumí preti, puer pueró fuit, diés faciát minus, quidám perit pudor*: ad quorum similitudinem prope accedit Bacch. 447 *agi nisi itém manus*. Contra nimiam vehementiam, qualis anapaestico numero aptior esset, visa sunt duo anapaestica habere iambicum praecedentia: quod quemadmodum in senariis perrarum est (ut Mil. I, 1, 31), ita semel admissum est in septenario Trin. 918 *quáudo egomet memini mihi**). Cui non prorsus par est v. 847 *dát homini miseró mulo*: nam ubicunque anapaesticam brevis vox monesyllaba praecedit, facile son-

*) Ad anapaesticorum similitudinem proxime accedens exemplum Tr. 714: *quod meum erit id erit tuum* transpositione removimus, cuius cap. xvi. ratio reddetur.

CCXXXIV

titur tanquam in unam paeonicam ambas voces coalescere pronuntiando: paeonicis autem (utpote dactylicarum rationem aequantibus) si legitimus fuit in prima syllaba accentus, fieri non potuit quin eum ultima quoque in versu reciperet. Qua ratiocinatione identidem utemur infra, cum eius rei vis in ipsis septenariis latius pateat*). Vt non diversa illorum *dat homini misero male* ratio sit atque horum in Bacch. 15. 446. 521: *rénumerét faciát lubens, múlierém teneát sedens, bénevoléns uiuit sibi*, quae eo minus offensionis habent, quod eo in loco, ut in senariis diximus, paeonica ne tum quidem vitata sunt cum ab oxytonis non excipiuntur, ut *cápitibús quassántibus, digitulís primoribus* Bacch. 273. 330. 638. — Sed spondiacam vocem ne ante duas oxytonas quidem trochaicorum elegantia probavit, nec illius exempla hae duae, in quibus nunc subsistere solemus, fabulae Plautinae praebent praeter duo corrupta. Nam illum v. 329 exitum *ómne autém meúnst tuum*, in quem iam bis incidit oratio, nunc tertio argumento intelligitur reiectaneum esse: haec autem v. 883 *túum primúm memorá mihi* triplicem transpositionem admittere annotatio nostra docet. Multo igitur minus pro spondeo esse illum v. 957 potest, ubi oxytona non sequuntur: *ét ego illúm nossem ápprobe*: vel adeo *súo gnátó dare epístulam* v. 898. De iambicis autem eum versus locum non refugientibus idem hic valet quod in senariis, velut Trin. 352. 360. 728. 910. 1034. 1044. 1164: de choriambicis molossicis-

*) Itaque etsi nihil impedit quominus Trin. v. 877 dicamus anapaestico iambicoque vocabulo finire, tamen rectius etiam exire in paeonicum cum iambico dicemus: *hómines úbi habitént pater*.

que illic satis iam disputavimus. In hoc autem uno longius est trochaicorum ars progressa quod, etiam nullis oxytonis sequentibus, ionica vocem, quippe simillimam molossicae, non respuerunt: qualis ut rara, ita certa est Bacch. 8. 406:

. méretrics cognómines.
 cápiebát suffrágio.

Prius quam ad priorem partem septenarii progrediamur, videndum est de utriusque partis confiniis. In quae cum legitima versus caesura incidat, non est mirum per raro transitum e priore in posteriorem partem bisyllabo vocabulo fieri. Atque durior etiam eo in loco iambó spondens est: cuius unum exemplum removimus p. CCXXII. ann., alterum Trin. 982 tantum ab interpunctione aliquam excusationem habet:

Fássu's Charmidém dedisse *aurúm* tibi? SY. scriptúm
 quidem.

Nam alia ratio est v. 699 et 973:

'Id agis ut, ubi adfinitatem *intér nos* nostram adstrinxeris:

Chármides ego súm. SY. nequiquam *herclés*: nam
 nihil auri fero:

quorum priore pro una voce sunt *inter* et encliticum *nos* pronomen, altero pro duabus vocibus *hercle és*: nam etsi ne sic quidem hic nitet a caesurae elegantia, tamen paullo minus durum hoc quam illud est. Facilius ut dixi iambicum vocabulum poetae tolerarunt, ut Bacch. 44 et Trinummi eo versu qui iam quartum in examen venit 329:

CCXXXVI

Símulato me amáre. Vtrum ego *scón* id simulem an
sério :

Dé meo: nam quód tuumst, *meumst*, omne autem mē-
umst tuum:

quanquam de *meumst* prope idem valet quod paullo ante
de *hercle's*. De tertio exemplo Tr. 661:

Pépeti nequeó: simul *pigét* parum pudére te
infra dicendi oportunitas redibit.

Prior autem pars tetrametri cum e cretico et pen-
themimeri iambico constet, de utroque seorsum dicendum
est, ordiendum autem ab iambica parte:

. . . | u — u — u ||

Quam ubi dixero et leges et elegantias et cautiones prope-
modum omnes cum ipsis senariis communes habere, pauca
erunt quae addantur. Primum igitur non frequentiores quam
in senariis hi sunt ab initio verborum ordines — — | — — ,
ut Trin. 322. 1124. Bacch. 666. 1103:

| | | | |
|----------------|--|------------------|-----------|
| Qui ípsus sibi | | satis placét nec | |
| Haé sonitu | | suó morám mihi | |
| Égi ei rei | | fundús patér sit | |
| Céterum | | quantúm lubét me | |
| Haéce oues | | uobís malám rem | |

Porro etiam anapaesticae spondiacaevae vocis par est in se-
cundo pede raritas. Et vere quidem anapaesticae
in tota Trinummo Bacchidibusque exemplum non exstat,
sed tantum ad aliquam illius similitudinem accedentia ut Tr.
351. *et illuc*:

Quód habes né habeás: et illuc quod
(ubi tamen oxytonum *habeas* excipiens anapaestus vix placi-

turus sit, nisi interpunctio intercedat): vel etiam magis ambigua in eá, ob eám Tr. 1066. Bacch. 27. 647, in quibus eá eám monosyllaba esse possunt: quibus accedit singularem rationem habens igitur Tr. 333:

Nihil istorum. *Quid igitur?* Per cómitatem edepól pater: ubi anapaestici numeri vehementia prorsus eo emollitur quod in paeonis, sed in prima syllaba intensi paeonis lenitatem coeunt *quiddigitur* syllabae. Nam etiam vere paeonica vocabula, etsi crebra non sunt, nihil offensionis illo in loco septenarii habuere: id quod duobus Trinummi exemplis probatur v. 370. 1039:

Tú modo ne me *próhibeas* accipere, si quid déet tibi:

Éae misere etiam ad *párietem* sunt fixae clavis férreis. Plus sane molestiae eodem in loco admissum *choriambicum* vocabulum creat, sed idem tamen minus inusuavitatis habens quam oxytonesi recepta pentasyllabum huius mensurae — ˘ ˘ ˘ ˘ ˘: unde iudicari poterit utrum scribendi exemplum v. 1023 praestet:

Quórum unus *surrípuerit* curréti cursóri solum,
accedente spondiaci (*unús*) duritie asperrimum, an

Quórum hercle unus *súrpuerit* curréti cursóri solum.
Spondiacis autem in secundo pede vocibus non magis est locus concessus quam in senariis. Non repugnant v. 619. 682:

Vleiscare et mihi ut *ergá* te

Mé qui abusus súm *tantám* rem,

ut in quibus et *ergá* et *tantám* rem vi enclisis in trisyllaba coalescant. Vnum *nescio* designatum est p. CCXXIV, quod sane singulare est partium non compositarum *nescio* ac-

CCXXXVIII

contum etiam post factam compositionem servasse. Parum autem excusationis paratum esse versui 679 sentio, qualem a *B* proditum cum Hermanno servavi:

Fácilē inuentust: dátur *ignís*, tamenétsi ab inimicó petas.
Quare haud scio an consultius sit a reliquorum librorum memoria *Facile est inuentu* proficisci ad hanc speciem versus commendandam:

Fácilēst inuentú: datur *ignís*: tamétsi ab inimicó petas:
quando nec molossus ille *inuentú* insolens est nec bisyllaba *tametsi* (tanquam *tam etsi*) formae pronuntiatio: nam absonum est de *támétsi* cogitare. Vitiosior etiam Mil. III, 1, 36 geminum anapaestum excipiens spondeus:

Cláre oculis uideó, pernix sum,
ubi *sum pérnix* transponendum: omnium autem maxime, si quem horum sensum habeo, intolerabiles hi accentus Bacch. 394:

'Ante solem *exórientém* nisi in palaestram uéneras:
quí versus vide quanto lenius velut sic fluat:

'Ante solem nisi tu *exórientem* in p. u.

Postremo primus post creticum pes non minorem quam in ipsis senariis varietatem recepit: nec vel tantillum inelegantiae sive spondiaca sive anapaestica vox illic habere visa est, ut ulla unquam cura, etiam ubi liceret facillime, vitata sit. Nec omnino fugere quenquam potest, accentuum et numerorum repugnantiam, ab ipsa necessitate apud hos poetas profectam et tanquam invitae concessam, eisdem paulatim in voluptatem vertisse et multo prius non mediocri ex parte probari coeptam esse ut aliquid gratiae afferentem, quam in certam consuetudinem eius

aetatis abiret, quae exultam et ad legum constantiam re-
vocatam syllabaram quantitatem solam secuta est. Quae
mutatio per quos gradus progressa sit, altera ex parte finis
versuum, altera ex parte, sed diversa ratione, eorundem
initium ostendit: luculentissimo autem documento ipsorum
initium septenariorum est. Velut quod modo dicebam, ne
voluisse quidem veteres illos spondiaca vel anapaestica
vocabula proximo post creticum loco vitare, velut Tr. 855:

Quómodo quidque *agerém*: nunc adeo ,
id plurimis exemplis perspicitur huiusmodi (Trin. 843. 848):

Huic ego die | *nomén* Trinummo

Quía ego nunc | *subigór* trium nummum

Quantilli enim fuerat non neglecto accentu haec sic disponere:

Huic ego *nómen* die Trinummo

Quía ego *súbigor* núnc trium nummum ?

Talibus igitur cavendum est ne ad severiorem accentus
observationem, quam quae ipsis poetis placuit, unquam
exactis de transpositione calidius quam peritius cogites.
Ceterum, ne hoc praeterrittam, a senariorum initio ad eum,
qui illi respondet, septenariorum locum non modo trochai-
carum vocum oxytonesis tralata est, de qua supra satis
disputavimus, sed raris exemplis etiam dactylicarum pa-
roxytonesis. Cui quemadmodum elisio non obstitit in illo
exemplo

Bacchidem. Vtramne érgo ,

ita nihil impediit quominus p. CXLVIII. Captivorum versum
ab his verbis ordiremur:

Tén negas | *Tyndárum* esse. Négo ego

CCXLIV

Ba Trin. 1082:

'Argenti minis numeratis

ba Trin. 1109:

Quid quosq̄s caput. cruciatur

ca Mil. iv, 8, 67:

'Ad amorés meós et sensi

Da Trin. 1124:

Lýstíckí quidém Philtonis

da Trin. 263. 903. 1124:

Nám sapiéns quidém pol ipso

Quá faciést homó. sesquipedo

Haé sonitú suó morám mihi ,

quo versu etsi tertia vox oxytona sequitur, tamen quoniam utrumque pro se recte se habuit, et *Haé sonitú* et *Suó morám*, ne consociatio quidem utriusque licentiae improbata est. Progredimur ad genus β , cuius hae formae sunt quas infra posui:

A β Mil. iv, 8, 49:

Múliebrés morés discendi

a β Trin. 1040. 1087. Bacch. 346. 678. 1103:

'Vbi malós morés adfligi

Égo misér summís periclis

'Ad probrúm damnúm flagitium

Quíd? stilúm oerám tabellas

Haéce oués uobís malám rem ,

in quem versum idem quod in Tr. 1124 cadit.

B β Mil. ii, 3, 19:

Prófectó uidi. tun? egomet

δβ Bacch. 645. 1106:

Qui in mentem uenit tibi istuc

Quia nostrós agnós conclusos,

quanquam horum priore sic facillime potuerat spondeorum
durities vitari: *Qui in mentem tibi uenit istuc*

εβ Trin. 693. 716:

Té honestét, me autém conlutitet

Égo amicus numquám tibi ero alio

ubi nunc intelligo non opus fuisse transpositis *tibi núnquam*.

δβ Mil. II, 5, 23. III, 1, 110. 128:

Cérte equidém nostér sum. et pol ego

Quándo habeo multós cognatos

Huic hominí dignúmst diuitias

Sequitur tertium genus γ, cuius accipe haec exempla:

Αγ Trin. 615. 671. Mil. IV, 4, 29:

Quem inopiast, cupiás: quando eius

'Abierím cupiéus istius

εγ Mil. II, 2, 95 (quando anceps est Bacch. 58):

Quid agimús? facilést: trecentae

εγ Trin. 700. 880. 914. 1125. Mil. II, 3, 36:

'Atque eum agrúm dederis nec quicquam hic :

Múlta simúl rogítás nescio quis

Quód manú teneás atque oculis

Néque fuit *neque erit* neque esse quemquam

Si hóc palám fuerit. quid peius

quorum versuum primo si non necessario requiritur mutatio,
tamen quoniam multo minus gratiae habere — ∪ | ∪ — quam
— | ∪ — vel ∪ ∪ | ∪ — sentimus, certe elegantiae laude prae-
stabit *'Atque eum cum agrum dederis: secundo autem in-*

CCXLIV

B α Trin. 1082 :

'Argentí minís numeratis

b α Trin. 1169:

Quid quassás capút. cruciatur

c α Mil. iv, 8, 67:

'Ad amorés meós et sensi

D α Trin. 1134:

Lýsitéli quidém Philtonis

d α Trin. 363. 903. 1124:

Nám sapiéns quidém pol ipse

Quá faciést homó. sesquipede

Haé sonitú suó morám mihi ,

quo versu etsi tertia vox oxytona sequitur, tamen quoniam utrumque pro se recte se habuit, et *Haé sonitú* et *Suó morám*, ne consociatio quidem utriusque licentiae improbata est. Progredimur ad genus β , cuius hae formae sunt quas infra posui:

A β Mil. iv, 8, 49:

Múliebrés morés discendi

a β Trin. 1040. 1087. Bacch. 346. 678. 1103:

'Vbi malós morés adfigi

Égo misér summís periclis

'Ad probrúm damnúm flagitium

Quid? stilúm oerám tabellas

Haéce oués uobis malám rem ,

in quem versum idem quod in Tr. 1124 cadit.

B β Mil. ii, 3, 19:

Prófectó uidi. tun ? egomet

δβ Bacch. 645. 1106:

Qui in mentem uenit tibi istuc

Quia nostrós agnós conclusos,

quanquam horum priore sic facillime potuerat spondeorum
durities vitari: *Qui in mentem tibi uenit istuc*

εβ Trin. 693. 716:

Té honestét, me autém coulutitet

Égo amicús numquám tibi ero alio

ubi nunc intelligo non opus fuisse transpositis *tibi nunquam*.

δβ Mil. II, 5, 23. III, 1, 110. 128:

Cérte equidém nostér sum. et pol ego

Quándo habeó multós cognatos

Huic hominí dignúmst diuitias

Sequitur tertium genus γ, cuius accipe haec exempla:

Αγ Trin. 615. 671. Mil. IV, 4, 29:

Quom íuopiast, cupiás: quando eius

'Abierím cupiéus istius

εγ Mil. II, 2, 95 (quando anceps est Bacch. 58):

Quid agimús? fácilést: trecentae

αγ Trin. 700. 880. 914. 1125. Mil. II, 3, 36:

'Atque eum agrúm dederís nec quicquam hic :

Múlta simúl rogitás nescio quis

Quód manú teneás atque oculis

Néque fuit *neque erit* neque esse quemquam

Si hóc palám fuerít. quid peius

quorum versuum primo si non necessario requiritur mutatio,
tamen quoniam multo minus gratiae habere — ∪ | ∪ — quam
— | ∪ — vel ∪ ∪ | ∪ — sentimus, certe elegantiae laude prae-
stabit *'Atque eum cum agrum dederis: secundo autem in-*

CCXLVI

sequens *nescio* spondeus adeo auget profecto accentuum insolentiam, ut vix reprehendus sit qui eam sarkem iam-bica *rogas* forma in anapaesticae *rogitas* locum substituta aliqua ex parte lenire instituat.

By Trin. 720:

Fúlmentás iubeám suppiugi ,
quem si ad maiorem scilicet elegantiae speciem noluit poeta sic revocare, *Fúlmentás suppiugi iubeam*, minus etiam caussae est cur in v. 905 haereamus:

Nóuistiú' hominém. ridicule

by Bacch. 60:

Súmne autém nihili qui nequeam

dy Trin. 965. Bacch. 39. Mil. III, 1, 36:

'Atque etiám Philippúm numeratum

Pró galeá scaphiúm, pro insigni

Cláre oculis uideó, sum pernix máribus, pedibus móbilis:

sic enim ex optimorum vestigiis librorum scribendum. Nam in tralaticium verborum ordinem *Cláre oculis uideó, pernix sum* idem cadit profecto quod in *Múlta simúl rogítas nescio quid*. Qualibus facile perpicitur cur eadem, quam supra allatis *Haé sonitú meó morám mihi* et *Haéce oués uobis malám rem (da et aß)*, excusationem non adhibeamus. Quippe hoc interest quod, si praemissum sive creticum sive cretici formam vicariam separaveris, omni offensione vacuum senarii initium praebent *Meó morám mihi* et *Vobis malám rem*, non praebent *Rogítas, nescio quid* et *Uideó, pernix sum*: in quibus vix satis gravi interpunctione, ut in exemplis p. CCXXIII. tractatis, ab anapaesto spondeus dirimitur. Quanquam

haec quidem eiusmodi esse concedimus, ut, posteaquam de longe plurimis licuerit sat certo et confidenter statnere, illa ipsa demum lubricam existimationem habeant et dubiam eorum finium, quos ultra citraque nequeat consistere rectum, descriptionem. Idemque volo de illo versu dictum esse, quem iam p. CCXXXVI. tetigi, Trin. 661:

Pérpetí nequeó: simúl pigét parúm pudére to.

Nam cum non possit sane non dubitationem movere quatuor oxytonorum cumulatio, tamen difficile dictu est quid eo versu, qualem codices exhibent, faciendum sit:

Perpeti nequeo: simul me piget parum pudere to:
in quo mordicus tenendum est, quod p. CXXXVIII. docuimus non posse pro duabus brevibus *piget* esse. Nihil igitur relictum esse video nisi ut, qui repetitam oxytonesim ferendam esse neget, monosyllabam *simul* vocis pronuntiationem huc asciscat, quae in medium septenarium etiam illo exemplo incidit quod p. CXLVII. attulimus.

Ceterum paucarum, quas non attigi, formarum exempla in aliis fabulis alii quaerant: quarum si unam et item alteram carere exemplo apparuerit, casu factum putato: nam rationi nulla repugnat.

Sed nondum permensi sumus septenariorum initii prope infinitam varietatem. Restant enim eae formae, quae continuato per utramque partem uno vocabulo oxytono fiunt. E quo genere has notavi:

CCXLVIII

a ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘
b ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
c ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
d ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
e ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
f ˘ ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
g ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
h ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
i ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘
k ˘ | ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘ ˘

a Trin. 375. 943. 972. 1131:

Dúcere úxórém sine dote
 'Vsque aqua áduorsá per amuem
 'Abi sis núgatór nugari
 Quód datum útendúmst repetundi : :
 quo pertinent e Bacch. 64. 365. 369. 384. 638. 1171. Mil.
 v, 8, 60 molossica vocabula *árgentúm laúdabíant ínístítis*
paúlisépér símebás lénonés séruorúm.

b Trin: 358. Mil. III, 1, 47. 101. 138. 182:

Quoi tu egéstatóm tolerare
 Vél cauillatór facetus
 Túm piátricém cleménter

c Bacch. 723:

O ímperatórém probum. iam

d Trin. 343. 1088:

'Vt ita te állorúm miserescat
 Véctus cápitalí periclo

e Trin. 846. 351:

Quás ego néque oculis neque pedibus

Quód habes né habeás, et illac quod

ubi paeonis instar esse binas voces memento.

f Trin. 620. 1010. Bacch. 20. 48. 416:

'Adde gradum, ádproperá, iamdudum

Dŭae me unum éxpētītis palumbem

Sí apud te éveniát demūbito

g Mil. III, 1, 207:

Quí nisi adúlterió studiosus

h Mil. II, 3, 25:

Tŭum stulkióquúm. qui uero :

quo exemplo satis defenditur quod Hermannus posuit
Bacch. 7 :

Pól luscinioláe quoque metuo ,

ubi ipse Vetus omittit quod vulgo additur *ego*.

i Trin. 378:

'Egone indótátam te uxorem ut pátiar? LY. patiun-
dúms, pater:

nam huic formae satis praesidii paratum esse eis videtur
quas *Bβ* et *bβ* litteris signavimus. Quanquam cum *te* pro-
nomen Ambrosianus ignoret, quaeri potest num forte a poe-
tae manu horum aliquod exemplorum quae infra posui pro-
fectum sit :

'Egone indotatam úxorem ut te pátiar

'Egone ut te indotátam uxorem pátiar

'Egone indotatam út te uxorem pátiar

k Trin. 1138:

Módo mi aduénienti nugator ,

si libros sequimur. Verum hoc nemo non sentit quanto aspe-

rius ad aures accidat quam specie tantum similia *lusciniolae* et *indotatae*: quae asperitas nobis tam est molesta visa ut eum versum non dubitarem immisso *hic* ad illius similitudinem revocare qui est in Baech. 506:

Núm quae *aduénienti* aégritudo

Tantae molis erat septenariorum trochaicorum et artem eximiam et modicam certisque finibus circumscriptam libertatem explicare. Ne tamen in nimiam molem praefatio crescat, reliqua metra mitto in praesens, in eo solo acquiescens ut iambicorum trochaicorumque in observando accentu severitati prorsus oppositam esse anapaesticorum licentiam dicam, utpote vix ullis in eo genere legibus astrictam: id quod etiam de iambicis octonariis dictum esse volo, non item de septenariis iambicis. Ab illorum autem veris rationibus perspiciendis longissime abfuit, cuius teretes nimirum aures hos accentus fastidirent:

Magis quam íd repultó, tam mágis urór, quae méus
filius turbáuit.

Omnia me mála conséctantúr, omnibus exitiis ínteríi.
Haec igitur et his cognata nunc mitto, ut longe uberinum locum, qui de accentus doctrina restat, paucis perstringam potius quam debita eius gravitati diligentia pertractem.

CAPVT XVI.

Etenim quae per superius caput totum de accentu disserui, ad grammaticum accentum spectant

omnia: sequitur nunc ut de accentu logico dicatur*). Cui cum ratio item iuberet non repugnare metricum accentum, sed conciliari, ei postulato facile intelligitur non potuisse aliter satisfieri, nisi ut, quas voces vis sententiae intenderet, has versus quoque ei loci recipere qui maiorem a numerorum rationibus vim habent h. e. ut in arsi collocarentur nec vel in thesi delitescerent vel elisione absorberentur. Atque haec illa lex est, quam cum praeclare Bentleyus indagasset, tamen haud scio an aliquoties ad paullo severiorem normam quam par fuit exegerit concinnitatis studio nimio. Nec id mirum, cum in tota metrica prosodicaque disciplina Plautina Terentianaque nihil sit quod vel cautius vel subtilius iudicium requirat. Quippe non potuit uni inexorabili necessitati id genus astrictum esse, quod cum saepissime e solo sensu poetae suspensum esset, multo magis artis fuit quam scientiae. Etenim cum ab eis vocibus, quae notionis pondere insignes indubitatae habent vim sententiae, ad eas, quae destitutae sunt omni, per plurimos gradus deveniatur: etsi de illorum generum neutro fluctuabit iudicium, at de horum multitudine, quae sunt media nec aut gravem intentionem postulant aut nullam admittunt, saepe non possumus non vehementer ambigere utrum intendere an non intendere ipsos poetas vel voluisse vel potuisse dicamus. Et tamen si, quam illi viam tenuerint, volumus generatim definire, fugere neminem potest id eos studuisse, ut quantum possent extra arsim

*) Non ignoro equidem hac potestate non esse 'accentum' dictum a veteribus. Quo tamen nomine, ut perspicuitati consulam, utor eo libentius quo planior cognata vis et ratio utriusque generis fiat.

nullum omnino vocabulum collocarent, modo 'id aliqua vi praeditum esset quantumvis ea exigua, sed ut numerorum verborumque ordines mirifico artificio temperatos exaequarent. Velut percurrere sis in id intentus principium Triummi: suos ictus metricos singulis fere vocibus esse invenies, paucitatemque mirābere earum, quae cum in thesi cubent, nulla sui parte arsim occupent. Nam arsim quod non semper ea syllaba occupat, quae grammaticum accentum habet, id nihil ad logicum pertinet: cui quidem non minus satisficit si velut vim sententiae habens *video* vel *aequom* numerorum accentu non hoc intenditur, *videó*, *aequóm*, sed hoc potius *videó*, *aequóm*. Non hoc dicam, nihil prorsus interesse ad vim sententiae, utrum in eam syllabam, quam consuetudo linguae acuit, an in eam quae grammatico accentu caret, ictus metricus incidat: concedam copulato grammatico cum rhythmico accentu omnium fortissimum accentum logicum prodire: nego nullum vel exilem solo rhythmico effici. Quod nisi ita esset, nullius unquam oxytonae vocis (qualium tantam esse in versibus frequentiam vidimus) gravius efferri notio potuisset. Ergo etsi paullo sane distinctius extolli *ánimum* notionem sentimus hac collocatione verborum Trin. 310: '*Tu ánimum si uicisti potius* *), quam hac *Tú sí animúm uicisti potius*, tamen nec

*) Hoc si elegantiores scilicet scioli quidam propterea esse fortius ad sententiam quam *ánimum* docent, quod in *ánimum* accentum radix vocis recipiat, in qua ipsa notionis significatio consistat, in *ánimúm* autem adventicia pars vocis, quae est terminatio, acutatur: nihil nisi ignorantiam produnt suam, communicata cum graeca latinaque lingua vernaculae linguae ratione, quae ab illis est alienissima. Qui quo tandem artificio effectum esse dicant, ut ullo in

oxytonum *animum* dicendum est non plus intentionis habere quam si in thesi velut sic delitescat *Tú si animum expugnasti potius*, nec sententiae non etiam media vi intentionis satisfieri. Item Bacch. v. 188 cum sententia extolli *auri* notionem iubeat: ea cum fortissime sane velut hoc exemplo acuatur: *Fortásse isti auro iam ópus est*, tamen ex eo, quod talis conformatio verborum iniri non potest, non consequitur non praestare eum ordinem, qui aliquo modo *auro* vocem intendit: *Nam isthc fortasse aur ós t opus* (quem ipsi codices praestant) prae eo quo illa prorsus supprimitur: *Nam isthc fortasse auro ópus est*.

Iam vide mihi quae et qualla sint quae in eodem illo principio Trinummi extra arsim posita sint. Primum monosyllaba habes vel elisione monosyllaba facta, leviorisque momenti bisyllaba: particulas, pronomina, sine quibus ne fieri quidem enuntiata possunt: breviculas nominum verborumque formas nihil insignioris notionis, nedum ullius ad sententiam ponderis quicquam habentium. Velut: *Sequere hác me gnata ut minus fungaris tuum. Sequór, set fnem fóre quem dicam nésco. Adest, én illae sunt aedes. Dedicam si quidem óperam ... Haec quae ábiit intró, dicam si animum aduórtitis. Primum mihi Plautus. ... Tum illánc mihi esse. ... Set éa quid huc ... Accípite et date uacúas auris dum éloquor. Quoniam ei qui me aleret ... Dedi ói meam gnalam, quicum una aetatem éxigat. Set de árgumento ne éxspectetis ... Senés qui huc uenient, i rem vobis áperient. Nunc uos*

loco tallum notionum radices acuerebantur, quales sunt *parávit, honóribus* cum aliis centenis?

hóc rogat Vt liceat possidére hanc nomen fábulam. Satis est exemplurum, in quibus accentu et coniunctiones carent formaeque relativae coagmentandis tantum enuntiatis inservientes, et tales notiones quibus ne opus quidem est ad sententiae summam percipiendam, sed aut ad eius paullo accuratiorem definitionem aut ad aliquam tantum cultum ornatumque cogitationum. Nam intelligi quidem profecto etiam haec potuerant: *Sequere hac gnata sine me, en illae aedes sine sunt, si operam dare promittitis sine quidem, tum illanc esse sine mihi, dedi ei gnatam quicum aetatem exigit sine meam et una, senes qui uenient sine huc, i uobis aperient sine rem: item nunc hoc rogat sine uos, et possidere nomen fabulam sine hanc: neque enim de alia nisi de hac fabula cogitari potest, nec de aliis, quos roget poeta, nisi de ipsis spectatoribus: contra non aliquod nomen, sed hoc unum praeter reliqua omnia suae vult fabulae imponi, quapropter non *nunc hoc uos rogat* illa collocanda erant cum Palatinis, sed cum Ambrosiano *nunc uos hóc rogat.* Sed etiam paullo longiores vocabulorum formae et suapte significatione aliquanto ampliores notiones tamen ita se habere ad totius enuntiati sui rationem possunt, ut huius summae nullum aut perexiguum pondus addant: e quo consequitur ut delitescere in thesi potuerint. Sic in his v. 14: *Quoniam ei qui me aleret nil uideo esse relicui,* tantilla vis est *uideo* notionis, ut nullo ipsius sententiae detrimento sine *uideo* dici potuerit *quoniam ei nihil est relicui.* Item v. 54 pro his *Omnibus amicis, quod mihi est, cupio esse item* licebat profecto etiam sine *cupio* velut sic: *omnibus idem sit quod mihi.* Vel v. 859 *Nunc ego si potero ornamen-**

tis hominem circumducere, Dabo operam nihil momenti in *potero* verbi notione esse statim hinc intelligitur, quod eadem sine *posse* verbo sic dici potuerunt: *dabo operam ut hominem ornamentis circumducam*. Item perlevem vim *facere* habet v. 674 *reputes quid facere expetas*, quae prorsus aequant alias loquendi formas ut 'quid velis, moliaris, intendas': neque enim ullo modo *facere* et *dicere* vel similia ut opposita cogitantur. Nec plus offensionis v. 131 vel *homini adulescenti* vel *animi impoti* habet, ubi et satis erat *adulescenti* dici sine *homini*, et tanquam in unam notionem cum illa coeunt tum *animi impoti*: similiter ac v. 381 *ueterem atque antiquam*. Hinc iudicari de centenis exemplis poterit. Velut cum Bacchidum versus 63. 65 sic scriptos Hermannus exhibuit:

'Ego sorori meae hodie coenam dare uolo uaticam:

Tu opsonatum facito nobis sit opulentum opsontium:

contra libros utrumque, in quibus *m̃ae coenam hodie* es et *Tu facito opsonatum*: illud quidem apparet necessarium fuisse, cum in *coenae* notione primaria vis sit totius sententiae, nulla prorsus in *meae*: alterum non item, ubi *tu facito opsonatum*, quod pro simplici *tu opsonato* est, nullam a depresso *facito* verbo offensionem habet: (nam quod etiam *tu*, ut oppositum *ego* pronomini, intendendum esse videatur, de eo aliter existimandum esse infra intelligetur).

Praeter haec in illis quae e principio Trinummi excerpimus exemplis habes sane etiam gravioris momenti notiones ab arsi exclusas: *sequere, adest, dedi*. At vero his quidem aliunde excusatio praesto est rationi prorsus consentanea. Posita enim sunt in ipso versuum initio: cuius

hóc rogat Vt liceat possidére hanc nomen fábulam. Satis est exemplurum, in quibus accentu et coniunctiones carent formaeque relativae coagmentandis tantum enuntiatis inservientes, et tales notiones quibus ne opus quidem est ad sententiae summam percipiendam, sed aut ad eius paullo accuratiorem definitionem aut ad aliquam tantum cultum ornatumque cogitationum. Nam intelligi quidem profecto etiam haec potuerant: *Sequere hac gnata sine me, en illae aedes sine sunt, si operam dare promittitis sine quidem, tum illanc esse sine mihi, dedi ei gnatam quicum aetatem exigit sine meam et una, senes qui uenient sine huc, i uobis aperient sine rem: item nunc hoc rogat sine uos, et possidere nomen fabulam sine hanc:* neque enim de alia nisi de *haec* fabula cogitari potest, nec de aliis, quos roget poeta, nisi de ipsis spectatoribus: contra non aliquod nomen, sed hoc unum praeter reliqua omnia suae vult fabulae imponi, quapropter non *nunc hoc uós rogat* illa collocanda erant cum Palatinis, sed cum Ambrosiano *nunc uos hóc rogat.* Sed etiam paullo longiores vocabulorum formae et suapte significatione allquanto ampliores notiones tamen ita se habere ad totius enuntiati sui rationem possunt, ut huius summae nullum aut perexiguum pondus addant: e quo consequitur ut delitescere in thesi potuerint. Sic in his v. 14: *Quoniam ei qui me aleret nil uideo esse relicui,* tantilla vis est *uideo* notionis, ut nullo ipsius sententiae detrimento sine *uideo* dici potuerit *quoniam ei nihil est relicui.* Item v. 54 pro his *Omnibus amicis, quod mihi ést, cupio esse item* licebat profecto etiam sine *cupio* velut sic: *omnibus idem sit quod mihi.* Vel v. 859 *Nunc ego si potero ornamen-*

tis hominem circumducere, Dabo operam nihil momenti in *potere* verbi notione esse statim hinc intelligitur, quod eadem sine *posse* verbo sic dici potuerant: *dabo operam ut hominem ornamentis circumducam*. Item perlorem vim *facere* habet v. 674 *reputes quid facere expetas*, quae prorsus aequant alias loquendi formas ut 'quid velis, moliaris, intendas': neque enim ullo modo *facere* et *dicere* vel similia ut opposita cogitantur. Nec plus offensionis v. 131 vel *homini adulescenti* vel *animi impoti* habet, ubi et satis erat *adulescenti* dici sine *homini*, et tanquam in unam notionem cum illa coeunt tum *animi impoti*: similiter ac v. 381 *ueterem atque antiquam*. Hinc iudicari de contentis exemplis poterit. Velut cum Bacchidum versus 63. 65 sic scriptes Hermannus exhibuit:

'Ego sorori meae hodie coenam dare uolo uaticam:

Tu opsonatum facito nobis sit opulentum opsonium:
 contra libros utrumque, in quibus *meae coenam hodie es*
 et *Tu facito opsonatum*: illud quidem apparet necessarium
 fuisse, cum in *coenae* notione primaria vis sit totius sententiae, nulla prorsus in *meae*: alterum non item, ubi *tu facito opsonatum*, quod pro simplici *tu opsonato* est, nullam a depresso *facito* verbo offensionem habet: (nam quod etiam *tu*, ut oppositum *ego* pronomini, intendendum esse videatur, de eo aliter existimandum esse infra intelligetur).

Praeter haec in illis quae e principio Trinummi excerpimus exemplis habes sane etiam gravioris momenti notiones ab arsi exclusas: *sequere, adest, dedi*. At vero his quidem aliunde excusatio praesto est rationi prorsus consentanea. Posita enim sunt in ipso versuum initio: cuius

loci natura ea est ut, quoniam ibi vox exorditur, naturali necessitate quadam pronuntiandi non eleventur verba sed extollantur, etiamsi ictus numerorum, ut in iambicis, non accedat. Talia igitur sunt *Bona Trin. 41, Bene 52, Credo 53, Deosque 57, Faxo 60, Men 69*, et similia ubique.

Attamen ex eo, quod pondere carentes voces licuit in thesi deprimere, minime consequitur non potuisse acui in arsi collocata. Immo ubicumque nulla ipsorum, quibus ali- quod enuntiatum fit, mutatione licuit vel satisfacere legi vel non satisfacere, consentaneum est ita verba disponere poetas maluisse, ut singulae notiones sub ictus caderent quam ut quaedam extra ictus. Quid enim tandem causas fuisse putemus cur, quem ordinem ratio universa, e qua hoc genus suspensum est, dissuaderet, praeferrent ei qui commendationem concinnitatis habens cum nullo prorsus versus facientium incommodo coniunctus esset? Itaque huius vis ratiocinationis cum in emendandis illis poetis sat late pateat, tum praecipuum ius quoddam habet in conciso coagmentatoque senariorum metro: paullo enim liberio- rem rationem, ut in aliis rebus, ita in hoc genere septenarii sequuntur, ab initio potissimum versus: quo et *facito* illud pertinet et *potero*, quod nullo negotio cum arsi conciliare sio licebat: *Nunc si potero ego ornamentis . . .* Sed *Trin. v. 45* cum optio data esset harum collocationum: *quonia hic prope me uox sonat* et *quonia hic uox prope me sonat*, etsi ad sententiam nequaquam necessaria est *prope* notio, tamen quoniam accedere scriptor voluit, intensam praestare obscuratae apparet: pari ratione atque *v. 2* non *finem quem fore dicam* collocavit, sed *finem fore quem di-*

cum, tametsi ipsa *fore* voce ad sententiam quidem facile
 careamus. Non gravior *dare* notie est in his *ueniam iam dare*
gestio v. 325: neque enim vel dandae negandaeque vel peten-
 dae dandaeque oppositio fit ulla: et tamen aut *ueniam dare iam*
 aut *dare iam ueniam* poetam maluisse ipsi codices fidem fa-
 ciant *A* et *B*. Similiter v. 898, etiamsi non vitiosus esset spon-
 deus, tamen ferendum non esset *sũ gnato dare epistulam pro*
dare suo gnato epistulam. Imprimis aptae, quibus huius con-
 cinnitatis studium eniteat, tales locutiones sunt quae usu ser-
 monis frequentatae constantiter accentus servant, ut *operam*
dare vel *dare operam*, item *opus est*. Vnde dupliciter in artem
 peccant libri v. 563: *De dote ut uideat quid opus sit facto: 'I*
modo, cum ad opus et facto sine ulla necessitate depressa
accedat praeter rationem intensum sit: quocirca haud cun-
ctanter transponendum fuit quid facto opus sit: nam mini-
mam ex illis uocibus omnibus vim habet facto. Fatendum
est tamen quaedam saue adeo exili notione esse, ut ne cum
summa intendendi commoditate quidem coniunctam accen-
tus necessitatem habeant: quo multis in locis leuiter addita
ego, mihi, tibi pronomina pertinent. Velut nihil est quod
 ad positionis elegantiam in his desideretur v. 874. 995: *que*
has mihi dedit epistulas et qui mihi tris nummos dedit:
quantumvis facili opera cum Hermanno transponas has
mihi qui dedit epistulas et mihi qui tris nummos de-
dit. — Ceterum in aliis saepe lenissimo artificio illud
 efficitur ut e thesi in arsim transferatur uocabulum. Ve-
 lut et *bonus* et *secus*, quanquam opposita inter se, deli-
 tescent in tralaticia specie versus 1064: *Si bonus est, ob-*
nõxius sum, sin secus est, faciam ut tubes: eadem statim

CCLVIII

emergunt, ubi scripturae variationem eis adhibueris ipsius antiquitatis consuetudine flagitatam *si boni est et sin secus*: quo facto solum in thesi restans *faciam* non postulat intentionem. Idem inter *si probus est et si probus est* interest v. 321 et consimilia multa.

Aliud est genus collocandorum verborum, quo logico accentui singulari quadam ratione satisfi. Non negabunt, qui harum rerum usum habent, bonum versiculum esse *Et igni mi et aqua pater interdixit meus*. Ignis notionem aequat profecto gravitate *aqua*: et tamen hoc suppressi in thesi videtur. Verum enimvero videtur tantum. Quippe ubicunque iambicum vel pyrrhichiacum vocabulum brevis vox monosyllaba praecedit in arsi posita, huius vis arsis ad insequentes syllabas ita pertinuit, eae ut non sentirentur tanquam prorsus delitescentes in thesi, sed ut coalescentes cum praegressa in trisyllabum vocabulum. Nec causa latet eius rei, cum una longa arsis $_$, ubi in duas breves solvitur, necessario hanc formam recipiat $\cup\cup^*$). Hinc multitudini exemplorum, in quibus neglecta esse logici accentus observatio facile videatur, legitima ratio constat: id quod uno verbo significavi Mus. philol. n. v, p. 43. Pertinent huc praeter cetera cum praepositionibus conglutinata nomina: velut non sunt delitescere dicendae *equo et amica* voces Bacch. 41: *ibi mi pro equo lectus detur*, et v. 109: *et erus una cum amica accubet*, nec illo, illis Trin. 134. 203 in *neque de illo quicquam et cum illis una*. Quanquam

*) Cognatum illud genus est ex eodemque fonte derivandum, cum e $_ \cup \cup$ sit $\cup \cup \cup$ velut, *propitius* ad similitudinem *prodigus* formae. Quod suo loco tetigimus supra.

ipsas praepositiones hinc exemerim potius, propterea quidem quod harum latius patens libertas ultra illos fines evagatur: quippe quae simili*) vi enclisis, ac de qua supra diximus p. CCXXII. et CCXXVI. sq., cum suis nominibus etiam tum coalescant, cum aut haec monosyllaba sunt aut ipsae bisyllabae. Quo fit ut in artem non peccent *cūm damno et malo* Trin. 219, *cūm die damnosissimis* Bacch. 86, *pro scuto accubet* ib. 41, *in mentem est tibi* 130, *sine dote haūit dare* Trin. 584: nec, ubi vis sententiae in pronomine est, *apud me, apud nos* Bacch. 16. 26. 50. 51, *ex te* ib. 158, *ad me* Tr. 613. Verum praeter praepositiones variae sunt binorum verborum coniugationes, in quas proposita definitio prorsus conveniat. Nihil frequentius his: *quid agam, quid agis, quid agunt* (Tr. 64. 437) vel *quid ais*, etiam ubi contendi minime potest omnem vim sententiae in *quid* esse, nullam in verbo. Eodem pertinent *quid opust, ut opust*: item *quom opust, iam opust*, quae, ubi singularis vis est in temporis significatione, ne potuerunt quidem *quom opus est, iam opus est* dici, ut Bacch. 189*). Horum exemplo alia censenda sunt: ut *et*

*) Similem dico, non parem, cum ad verae enclisis naturam requiratur ut logico accentu annexa vocula careat (id quod in graeca quidem lingua in pedisequa praepositionum pronomina constat nunquam cadere.) Sed commune est quod praepositionibus iuncta et nomina et pronomina tanquam in polysyllaba vocabula cum illis coeunt.

*) Contra *Quid eo mi opus est* sententiarum nexus poscit v. 46, non *Quid eo mihi opust*. Satis ambiguum est utrum Trin. 503 sq. praestet:

Eheu, ubi dicto nil erat usus, spondeo

Dicēbat: nunc hic, quom opus est, non quit dicere.

Vbi si non praecederet *nunc*, quo satis iam temporis notio defini-

CCLX

erue illud Bacch. 109, *si tu's Trin.* 46, *quid tūa agit* 51, *quod homo* 123, *ubi eris* 191, *quod edis* 339, *quod habes* 351, *ut agro* 616, *ego agrum* 652, *me agrum* 667, *te agrum* 695, *quom agrum* 700, tallumque frequentia qualia sunt *dūm illut, tūa istuc, ego illi, et illut, et illi, quod illi, ego istum* v. 211. 319. 328. 340. 342. 372. 472. 476: e quorum similitudine non leve firmamentum petitur eius mensurae quam p. cc. sq. commendavimus. Ceterum talium qualia sunt *de illo, et iste*, multitudine sciendum est omnino usitatum horum pronomisum correptionem longe maxima ex parte contineri. Multo enim rariora haec sunt, ut Tr. 137 *ille qui mandavit*, v. 809 *Lepidus illa causa* (ubi non opus est transposito *Lepida* (*blast*), vel etiam in arsi v. 672 *ille qui appetit is competit, ille qui consuadet vetat*. Nec causa eius rei latet. Nam his exemplis, quoniam primitivam quidem prosodiam *ille* et *iste* voces hanc $\underline{\quad}$ \cup habent, non $\cup\cup$, facile, cum incipimus pronuntiare, pro longa paenultimam accipimus, quippe quam pro brevi esse insequentem demum syllabae doceant: contra praemissa brevi quae ictum habeat syllaba tam certa fit insequentis syllabae finitio, ut haesitandi causa omnis praecclusa sit. Quam autem productio paenultima praevaluerit prae correptione, illinc quoque apparet quod nulla unquam illiusmodi forma in ultimo versuum pede locum habuit *). Idemque in illas correption-

tur, prorsus necessarium esset *quom opus*: altera autem ex parte ne *opus* quidem necessario acuendum, cum haec quoque notio non nova inferatur, sed iam praecesserit in *usus erat*. Eo autem ipso versu non est ambiguum quin parum apte in thesi *dicto* lateat, efferatur autem praeter rationem *erat*: *ubi nil erat dicto usus*.

*) Iure igitur nostro, sicubi in superioribus capitibus in tales versus

nes cadit quae modo allatis verborum compositionibus *de ille*, *de iste* valde propinquae eadem prorsus ratione reguntur: *sed istus*, *quod istus*, *ego istus*, *sine omni*, *quod omnia*, *tibi omnes*, quae tractavimus p. CXXVIII. et p. CXXXII sq.: ad quae aliquo intervallo etiam *sed interim* accedit.

Cautiones significavi, quibus restringenda esset principalis legis severitas. Quarum ubi nulla locum habet, neglecta eorum verborum intentio, in quibus praecipua vis et gravitas sententiae reposita est, non potest non vitii suspicionem movere. Percurram editam a me fabulam et potiora quaedam speciminis causa notabo. Ac de duobus exemplis iam monui supra: de *ut opus ita ted esse* (v. 311) p. CXCIV. aq., de *ne habeas*, cui oppositum *quod habes*, pro *ne habeas* v. 351 amplectendo p. CXXXV. Perversissimum erat suppressi v. 388 *tuum* pronomen, atque adeo cum scabra *erit* vocis correptione: et praeclare Hermani transpositionem *Gravibus tuum erit unum verbum quam centum mea*: Ambrosianus codex confirmavit. Non minus fortis oppositio v. 447 hanc collocationem requirebat *homo ego sum*, *tu homo es*, non *homo ego sum*, *homo tu es*. V. 565 nunc demum video non *esse*, sed *ego* acuendum fuisse: *Et ego esse locuples*, *verum nequiquam volo*: servo enim semet Lesbianicus opponit. V. 633 recte se accentus ita tantum habent: *Qui mihi bene quom simulas facere*, *male facia*, *male consulis*, ubi contraria *bene* et *male*: qua tamen *male* notione semel intensa non opus erat etiam altero *male* in

disputatio incidit, in quibus per metrum ambiguum esset trochaeum an pyrrhichium *ille*, spondeum an iambum *istum* et similia efficerent, pro longa paenultimam accepimus quamdiu non aliud certa rationis probabilitas tuberet.

CCLXII

arsi posito. V. 676 ferri nullo modo potuit in thesi elevatum aquae: *Tum igitur tibi aquae erit cupido*: ubi cum oppositio fiat ignis et aquae, scribendum erat *Tum igitur aquae erit tibi cupido*. V. 683 e tribus collocandi modis unus is rationi repugnat quem libri prodiderunt: *ut me merito oderit*; nam cur oderit Lesbianicum, vel nunc satis caussae sorori est: quod iam curandum est fratri ut ne merito sibi accidat: quocirca aut *merito ut me oderit* aut paullo simplicius *ut merito me oderit* cum Hermanno probandum. V. 687 tralaticium ordinem *'Atque eum agrum me habere quam te recusat obscuratum me*, quod sic extollendum pronuntiando: *'Atque eum me agrum habere quam te*. V. 714 et valde invenustum est et artis expers *quod meum erit, id erit tuum*, cui nemo non sentit quam praestet *quod erit meum, id erit tuum*. Nec defensionem habet v. 814 *Adferre, non petere hic se dicet*, qua collocatione ipsi nervi infringuntur sententiae, qui contrariorum *adferre et petere* oppositione continentur: unde e quattuor ordinandorum verborum exemplis, quorum nullum reiectaneum, maxime probabile delegimus: *adferre hic, non se petere: adferre se hic, non petere: adferre, non se hic petere: adferre, non se petere hic*. Denique iam meae me modestiae paenitet qua v. 857 servavi quod in libris est: *'Ut ille me exornavit, ita sum ornatus*. Neque enim hoc dicit sucphanta, non alio se modo ornatum esse quam quo ab illo exornatus sit, verum hoc potius: 'ut me ornatum videtis, ita ab illo exornatus sum' h. e. 'non meus hic ornatus est sed illius, ut eum ornatum si vendam, illum a quo accipi ludos faciam et sucphantiose circumducam.' Quod ut intellige-

retur omnino, huic ordini *'Ille uti me exornavit* non in annotatione tantum locus debebatur. Contra illorum exemplo, quae sunt *quid agam, quod habes*, se tuentur item ab initio versus posita *ut ita* v. 343 et *ut agro* v. 616: pro quibus quanquam facile expectes, quod suadere oppositorum ratio videtur, *ita uti et agro uti* (*'Illa uti te aliorum miserescat, ne sis alios misereat et 'Agro ut euortat Lesbonicum, quando euortit aedibus*), tamen etiam altera illa collocatio admitti potuit propterea quod nihil ad sensum ambiguitatis habet ut *Vt ille* illud.

Oppositas esse etiam Trin. v. 6 pronominum notiones *ego* et *illaec* nemo est qui neget: et tamen in thesi delitescere *ego* passi sumus: *Nunc igitur primum, quae ego sim et quae illaec sist.* Quod quidem tantum abest ut in artem offendat, ut locupletissima ratione nitatur. Etenim ubicunque non simplex fit duarum notionum oppositio, sed geminis geminae notiones opponuntur, plerumque nec commode fieri potuit ut quaternarum vocum nulla extra artem esset, nec opus esse tam putida diligentia visum est, sed satis fuit utriusque membri bipertiti alterutrum antitheticum vocabulum acui. Pauca enim exempla vel tam consummatam concinnitatem prae se ferunt quam Bacch. 333: *Si illi sunt uirgae ruri, at mihi tergum domist,* vel tam languidum genus, ut bipertitum membrum alterum totum sit in thesi, bis in arsi alterum, ut ib. 103: *Ibidem ego meam operam perdididi, ubi tu tuam.* Vbi si vel *ego* et *tuam*, vel *meam* et *tu* acuerentur sola, illa ipsa prodiret quam maxime probatam esse speciem dixi: quale hoc est Tr. 59: *Vin commutemus? tuam ego ducam et tu meam?* Item Bacch. 131: *tibi ego*

an tu mihi aërna es? vel, ne in solis pronominiibus subsistamus, ib. v. 4: *sit tu taceas, ego loquar*, ubi, etsi licebat etiam *tu* acuere sic transpositum, *tú uti taceas*, tamen non opus erat duplici notionum intentione. Horum igitur similitudine illa quoque *quae ego sim et quae illa esse siet* censenda sunt: prius enim quam ad Luxuriae Inopiaeque (*ego . . . illa*) oppositionem pervenit eratio, contraria haec cogitantur *quae sim et quid velimus*, quorum hoc alterum post demum (a v. 10) persequitur prologus: unde minime opus fuisse intenso *égo* perspicitur.

Multitudinem autem exemplorum praevideo mihi appositum iri, in quibus non modo aram non occupet personarum quamvis finita et gravis significatio, sed eadem ne in thesi quidam satis audiatur, utpote quae elisione devorata nihil sui reliquum faciat. Pertinent huc talia: *set tu ex amicia certis m's certissimus* h. e. 'tu praeter alios omnes' Trin. v. 94; *firmum omne erit quod tu egeris* h. e. 'firmius quam quod ego egero' v. 387; *quid id ad me attinet* h. e. 'was geht das mich an' v. 978. 1065. Bacch. 197 et similiter saepe alibi; *nimquis est hic alius praeter me atque te* v. 69; *perdidisti te atque me atque operam meam* Bacch. 101. Et haec quidem, quorum notabilis frequentia, si ita sese habeant revera ut visa sunt omnibus, non profecto mediocriter labefactent quam de accentuum notionumque congruentia doctrinam pertexuimus. Verum enimvero illa ipsa nos quidem certo esse documento putamus, rectissime dubitari num, quae vulgo vocales finales elidi dicuntur, respse absorptae sicut pronuntiando, an, quod et ratio et veterum testimonia quaedam suadere videntur,

aliqua potius *συναλοφῆ* sive *συνεκρωτήσαι* cum insequenti vocali conflatae. Quam controversiam recte dirimere non sunt existimandi, qui alterutrum amplectuntur excluso altero. Nam si duae vocales in unius sonum colliquecentes non possunt non longam syllabam efficere, necesse est *συναλοφῆ* ab eis exemplis alienam esse quae brevem syllabam servant: ut *Huc quae ē βίβλις intro, dicam si ānimum aduórtitis*, in quo versu vix possunt non elisis esse *ae* et *i*. Contra nihil impedit quominus illi viciniae verus non sic recitaretur *Deū ēi meam gnātam quic' un' actat' ēxigit*, sed quater conglutinationem admitteret vocalium *i-ei, um-u, a-ae, em-e*. Itaque *me* pronomen cum tanquam encliticum (μ') situ hoc exemplo *Quoniam ēi qui me aleret nil video esse relicui*, tamen nec absorptum esse nec accentum amisisse dicendum est in hac consociatione verborum *Le rém paternam me aditricem perdidit*. Idemque in monosyllaba petisimum longa vocali terminata cadere videtur omnia, ut in illa a quibus ordiebamur *tu ex, tu egeris, me attinet, me atque, te atque*: item in *et tu utó simul* v. 1106, ubi quod sub ictu non *tu* positum est sed *et*, id eandem rationem habet ac si nos *du aúch* pronuntiamus, etiamsi oppositas esse personas volumus. Imprimis evidens exemplum habet Mil. iv, 3, 31: *Quin si uoluntate nólet, ut extrudāam foras*. Horum igitur similitudine nihil impedit quominus etiam Baech. 403 proditum in codicibus verborum ordinem tueamur: *Própter me haec nunc mēa sodali dici disceveat miser*, ubi *Própter me* expeans Hermannus *haec* transposuit post *sodali*. Ac licet haec praerius comparare cum graecis exemplis: velut cum acuta $\mu\eta'$ vequila cum vocali coadit in

εὐ δὲ μῆς, οὐδ' ἄλλοις μορῇ ἐκ εὐ δὲ μῆς.
 Nec diversam rationem bisyllaba sequuntur
 legitima synizesi facta sunt monosyllaba.
 xima voce coeunt: non igitur carere ac
 sententiae sustinens eo prooemion Trin. 8
uent. Ceterum facile nunc intelligitur
 tis parilibus contractionibus *εἶ, μέγα, ἴσως*
 excipiantur, synaloepham potius quam el
 esse: *rei argumenta, meo arbitrato, cum*
 reliqua supra commemoravimus p. 418.

Quodsi vel sic quaedam relicta
 numero pauca, quae cum notione gra
 tamen nec accentum recipiant nec
 max defensionem aliquam: retortian
 ceteris potentium notionumque curve
 tam passim studuisse. Neque
 est unquam vitae vel recitatione
 minorum attentis atque excolenda
 notis, aliquid de vocibus secundu
 miter, quibus et grammaticis cum
 notis et rhythmicis accenti cum
 hinc videntur quam illi posteriorum
 sententiae speranda: et multa ma
 abstrahenda exceptionis raritas. Hoc
 tabulosa quaedam afferam. Sic co
 Trin. v. 65 recitanda est: *Edepól p*
hene vivitur. Quod quidem facile
 ullo pacto aliter institui, si modo
 illam ipsam sententiam efferre poe

aliis verbis quaesitis plane diversam conformationem sermonis inire: quod ipsum fieri non potuerat quin non eadem, sed aliqua ex parte diversa sententia prodiret. Vnde etiam neglectiorem legis regi ratione intelligitur. Quod contra vindicat sibi critica ius corrigendi h. e. plerumque leniter transponendi, ubicunque nec sententia nec verbis mutatis poetae opus erat ad perfectam concinnitatem consequendam. Itaque cum idem, quod in Trinummi versum, in hunc cadat Bacch. 104: *Tua disciplina nec mihi prodest nec tibi*, tamen de eiusdem fabulae v. 53 magna dubitatio oritur, num utraque voce, in qua tanquamcardo sententiae vertitur, in thesi depressa sic verba poeta collocarit: *Dato qui bene sit: ego, ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo*, simul vi arsis bis intensa bene notione, in qua post ea quae praecedunt exiguum pondus est. Quorum quam facilis, tam profecto commendabilis transpositio est, non haec si quid video violentior: *Qui sit bene, dato: ego, bene ubi sit, tibi locum lepidum dabo*, sed cum lenissima mutatione coniuncta haec: *Da tu, qui bene sit: ego, ubi sit, tibi l. l. d.*: nam correpti *datō* etsi aliquam rationem p. CLXVIII. aperuimus, tamen fatendum est alterum exemplum desiderari: productam autem *sit* formam satis ut puto p. CLXXXII. munivimus, quo loco allatis adde Milit. v, 4: *Vide ut istic tibi sit acutus, Cúrio, cultér probe*. Sed quae recusent correctionem*),

*) Non prorsus recusat Tr. 471: *Si illi congestae sint epulae a cluentibus*: licebat enim *Si illi sint epulae congestae a cluentibus*. Idque prorsus necessarium dicerem, si nunc primum inferretur epularum notio. Verum cum haec praecedant: *Adposita cena sit popularem quam uocant*, apparet illa non plus valere quam *si illi congestum sit*.

CCLXVI

εἰ δὲ μή, οὐ λελύω ποτέ et *εἰ δὲ μή, ἀλλὰ νῦν λαθεῖν*.
 Nec diversam rationem bisyllaba sequuntur, quae postquam legitima synizesi facta sunt monosyllaba, rursus cum proxima voce coeunt: non igitur carere accentu dicendum vim sententiae sustinens *eo* pronomen Trin. 852: *εὖ ὀρνατὸ ἀδ- uenit*. Ceterum facile nunc intelligitur etiam in thesi positae parilibus contractionibus *ἔι, μέαι, τῦμ*, si a vocalibus excipiantur, synaloephemam potius quam elisionem adhibendam esse: *rei argumenta, meo arbitrato, causa fui haec*, et quae reliqua supra commemoravimus p. CLIV.

Quodsi vel sic quaedam relicta sunt, quamquam ea numero pauca, quae cum notionis gravitate insignia sint, tamen nec accentum recipiant nec earum quas explicavimus defensionum aliquam: recordandum est quod ab initio diximus accentuum notionumque convenientiae poetas quantum possent studuisse. Neque enim eosdem celandum est nonnulla vivae voci recitantium reliquisse praeter ictus numerorum acuenda atque extollenda. Nec profecto mirandum, aliquid de summae severitatis constantia eos remisisse, quibus et grammatico cum rhythmico accentu consociando et rhythmico accentu cum logico exaequando maiores essent quam ulli posteriorum saeculorum poetae difficultates superandae: ut multo magis miranda sit atque admiranda exceptionis raritas. Huius quoque generis notabilia quaedam afferam. Sic contra rhythmicos ictus Trin. v. 65 recitandus est: *Edepól proinde ut diu uiuitur, bene uiuitur*. Quod quidem facile perspicitur non potuisse ullo pacto aliter institui, si modo hac vel simili ratione illam ipsam sententiam efferre poeta vellet, nec prorsus

aliis verbis quaesitis plane diversam conformationem sermonis inire: quod ipsum fieri non potuerat quin non eadem, sed aliqua ex parte diversa sententia prodiret. Vnde etiam neglectiorem legis regi ratione intelligitur. Quod contra vindicat sibi critica ius corrigendi h. e. plerumque leniter transponendi, ubicunque nec sententia nec verbis mutatis poetae opus erat ad perfectam concinnitatem consequendam. Itaque cum idem, quod in Trinummi versum, in hunc cadat Bacch. 104: *Tua disciplina nec mihi prodest nec tibi*, tamen de eiusdem fabulae v. 53 magna dubitatio oritur, num utraque voce, in qua tanquamcardo sententiae vertitur, in thesi depressa sic verba poeta collocarit: *Dato qui bene sit: ego, ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo*, simul vi arsis bis intensa bene notione, in qua post ea quae praecedunt exiguum pondus est. Quorum quam facilis, tam profecto commendabilis transpositio est, non haec si quid video violentior: *Qui sit bene, dato: ego, bene ubi sit, tibi locum lepidum dabo*, sed cum lenissima mutatione coniuncta haec: *Dá tu, qui bene sit: ego, ubi sit, tibi l. l. d.*: nam correpti *dátō* etsi aliquam rationem p. CLXVIII. aperuimus, tamen fatendum est alterum exemplum desiderari: productam autem *sit* formam satis ut puto p. CLXXXII. munivimus, quo loco allatis adde Milit. v, 4: *Vide ut istic tibi sit acutus, Cúrio, cultér probe.* Sed quae recusent correctionem*),

*) Non prorsus recusat Tr. 471: *Si illi congestae sint epulae a cluentibus*: licebat enim *Si illi sint epulae congestae a cluentibus*. Idque prorsus necessarium dicerem, si nunc primum inferretur epularum notio. Verum cum haec praecedant: *Adposita cena sit popularem quam uocant*, apparet illa non plus valere quam *si illi congestum sit*.

CCLXVIII

praeter allata haec habes exempla: *Vult fieri liber, verum quod det, non habet* Trin. 564; *Quod amas, paratum est, quod des, inuentis opus* Bacch. 187; *non hercule haec longa* Tr. 483; *patissimum mi id esset* 588; *Né pigent scolare, ut potius prudeat si non feceris* 848; *Quid fecit? Quid non fecit? quis tu id me rogas* Bacch. 296, ut in his nunc subsistam. Quorum exemplorum ultimo quod praeter expectationem non particula delitescit (contra atque v. 278 *si quid illorum facit, Quam si non faciat*), id aliter institutum vix commode potuit: sed quod etiam ad pronomen accentu caret, id facile quis eiusmodi esse dicat, ut siq potius a poeta collocatum credatur: *quis tu me id rogas*. Ac fortasse ita ille dedit: quanquam aliquid tamen defensionis necesse an etiam alteri collocationi paratum sit. Nam cum in omni sermone legibus accentus (ut nevicium nomen teneam) potissimum pendeat ex ordine verborum, ad hanc autem rationem in versibus altera ratio acuendarum notionum accedat, quae e vi artis apta est, fieri non potest quin nonnunquam ambiguum sit, utra ratione vel fortius vel aptius ea vox, in qua praecipua vis est sententiae, intendatur. Et ut plerumque sane in versibus altera ratio praevaluerit, id quod omni disputatione nostra iam satis esse perspectum existimamus, tamen simul curandum fuisse intelligitur, ut ei ipsi rationi ne ita satisfaceret ut aut perverius aut prorsus insolens ordo verborum existeret. Absurdum fuerat logicoi cum rhythmico accentu consociationi sic gratificari: *verum det quod, non habet*, vel *quid fecit, non quid fecit*, vel *mihi nec prodest nec tibi*: non absurdum, sed molestum et a consuetudine abhorrens *non hoc longa hercule*,

*potestatum debet me id, ut videat non si feceris**) : non insolens, sed nisi fallimur non necessarium *quis tu me id rogas*, quando etiam eo, quod praepositur aliis, praec his vox quoque insignitur. Eaque causa fuit cur iam Parerg. I, p. 546 dicerem dabitari posse utrum Trin. v. 824 *ego tibi an tibi ego* poeta posuisset: ubi cum praeter oeteros deos Neptunus insignitur, pedestris quidem oratio ne admittebat quidem aliam nisi hanc collocationem: *Atque tibi ego, Neptune, ante alios deos gratis ego atque habeo summas*: versibus astricta solita est sane contrarium ordinem asciscere *Atque ego tibi Neptune*, potuit tamen ut videtur etiam alteram rationem cum ipsa pedestri oratione et communi consuetudine participare.

Vides tantam huius generis universi subtilitatem esse, ut propemodum inenarrabilis evadat et tanquam elabens mentis acumini facile legum severitatem eludat. Quanquam nec ex eo, quod multa incerta sunt, nihil esse certum consequitur, nec de incertis citius desperandum est ad probabilem rationem revocandis. Itaque etiam aliud quiddam non tacebo, de quo ultra quaerendum esse videam. Nam Trin. 91. ubi, qui sint amici et qui videantur tantum, opponuntur, cum non careat ratione quod vulgabatur *Sunt quos scio esse amicos, sunt quos suspicor*, tamen facile sentitur etiam nervosius vix contrariorum efferi sic verbis cum Ambrosiano ordinatis: *Sunt quos scio amicos esse, sunt*

*) Quo pacto etiam illud pertinere num sic si non licet, quod parum facilitatis et nescio quid affectati habiturum sit, si cum eo comparaveris quod cum neglecto sane accentu dictum est *nam si sic non licet* Trin. v. 485.

quos suspicor. Cuius rei si quae causa sit quaesieris, non videtur aliud responderi posse, nisi quod aliquanto plus gravitatis prior quam altera artis cuiusque dipodiae habeat. Et fortasse non aliam ob causam Tr. v. 95 poetae haec collocatio placuit *Si quid scis me fecisse inecite aut improbe* prae ea quam non mirer si quis praestare dixerit: *Si quid fecisse scis me inecite aut improbe*, ut qua aptius supprimatur satis exilis me notio. Quanquam eadem sane etiam sic recte delitescet: *Si quid me scis fecisse . . .*

CAPVT XVII.

Paenultimo capite de vocabulorum formis egi certos pedes metricos aequantibus: superest ut de ipsis metricis pedibus dicatur, quorum compositione versus fiunt. Quae genera cum plerumque non satis inter se distinguantur, fit ut multa de pedibus praecipiantur ut vel raro admissis vel prorsus vitatis, quae in solas vocabulorum formas cadant eos pedes aequantes. Velut cum plurimas cautiones in iambicis senariis habere anapaesti usus dicitur: pedis quidem anapaestici usus propemodum nullas habet, longe gravissimas vocabulorum anapaesticorum, easque fere communes cum spondiacorum usu: quod contra latissime vagari spondiaci pedis libertatem inter omnes constat. Vt non magis exemplis opus sit quibus anapaestum, quam quibus spondeum doceatur a nulla versus parte unquam exclusum esse praeter sextum pedem. Hac igitur conditione, ut ne integro vocabulo anapaestus (nisi in primo pede) contineretur, ne binos quidem anapaestos con-

tinuos ars improbavit. Quod quidem frequentius quam in aliis locis factum est in primo et secundo pede, ut Trin. 140 *Subigis maledictis*, 431 *Miserét te aliorum*, 457 *Abis hinc dicere*, 515 *Tibi egón rationem*, 735 *Vt éam sine dote*, 758 *Minuamé, minime hercle* (quod non erat sollicitandum), 774 *Et cüm rediturum*, 809 *Lepidást illa causa*, item Bacch. 155 *Peregre áduenienti*, 258 *Neque aués neque venti*, 276 *Quis istic Theotimust*. Nec tamen eandem geminationem vel secunda tertiusque vel quartus cum quinto pes repuerunt: (nam tertii quartique nullum exemplum in promptu est). Illud testantur Bacch. 828. 1035:

Dum né *manifesto hominem ópprimat* neue énicet.

Verúmtamen *accipéntur* mulso milites:

hoc Trin. 737. Bacch. 121. 819:

Te ei dicas: facere id éius *ób amicitíam* patris.

Magístron quemquam *discípulum* minitárier.

Nam nisi ego exsoluor, iám *manifesto hominem ópprimet*.

Quid? quod ne tres quidem continuos Plautus defugit Tr. 759:

Potin' ést ab amico alicúnde exorari? Potest:

ubi etsi non incommode de transpositione cogites: *Potin' ést alicunde exórari ab amico*, tamen illum ordinem non mediocriter commendat ipse praecedens versus:

Ab amico alicunde mútuom argéntum rogem,
cui cum qui sequitur dedita opera referri apparet.

Non diversa ratio dactyli in trochaicis versibus: (nam de anapaesto in trochaicis non plus opus est dicere quam de dactylo in iambicis vel de tribracho in utrisque). Non iccirco aut rara aut suspecta illa exempla fuerunt ut *quándo egomet meminí mihi* in exitu septenarii, vel eius-

OCLXXII

dem initio *Mólta simul rogátis, Cláre oculis nideá,* quod
 binis se dactyli exciperent, sed quod binis oxytonis vocibus
 comprehensi. Quae ratio ubi locum non habet, nihil offen-
 sionis est in geminis dactylis: qui cum frequentissimi
 sint in primo secundoque pede, tamen nec a quinto sex-
 toque, ac ne a secunde tertioque exclusi sunt. Primi ge-
 neris exempla vide Trin. 328. 636. 711. 854. 859. 1010.
 1020. 1051. 1129:

Cóuicere, eos petit, eos sectatur

Sát sapio, satis in rem quas sint

Lýsiteles, ibi de istis rebus

Quae uoluit, mihi dixit, docuit

Núnc ego, si potero órnaméntis

'Adde gradum, adproperá: iamdudum

'Inter eosne hominés condalium

Quóm repetas, inimicum amicam

Nón uideor meruisse laudem :

alterius generis praeter alia haec v. 391. 717. Bacch. 62:

. cúra: ego té opperiár domi:

. Lýsiteles, ego té uolo:

. núnc ego te facere hóc uolo,

quorum uersuum extremo nihil mutandum. In uno uersu
 coniunctum utrumque genus habes 855:

*Quómmodo quidque ageróm: nunc adeo si quid ego ad-
 didero ámplius.*

Tertium autem genus non haec tantum testantur Trin. 630.
 Bacch. 70:

Nímium difficilést reperiri

Béne med accipis áduenientem ,

sed illa quoque, in quibus sine ulii suspitione tres dactyli per tres ab initio pedes continuantur, Trin. 965. 1009:

'Atque etiam Philippum nasseratum

Né subito metus éxoriatur

Reliquae autem sedes septenariorum in propatulo est cur binos dactylos non admiserint. Nam cum a septimo pede dactylum inexorabilis necessitas prorsus segreget, eiusdem constat etiam in quarto pede sat modestum usum esse. Sed ibi etsi licuit tamen cum certis condicionibus trochaeo substituere: at nulla condicione eius rei insolentiam licuit coacervatis dactylis augere. Itaque non magis consequi dactylus in quinto pede potuit Trin. 338:

Quia sine omni máliat, toleráre ei egestatém nolo,
(ubi si non est *egestatem ei* transponendum, in unam syllabam *-re ei e-* coalescunt pronuntiando:) quam praecedere in tertio pede Bacch. 531:

Qui? tibi non erat meretricum aliarum Athenis sópia.

Qui versus cum quadruplicem transpositionem admittat:

Qui non meretricum tibi aliarum erat A. c.

Qui non aliarum tibi meretricum erat A. c.

Qui tibi non aliarum meretricum erat A. c.

Qui tibi non meretricum aliarum erat A. c.:

etsi horum exemplorum nullum est cuius non similia cap. XV. protulerimus, tamen ceteris nescio an et simplicitatis et elegantiae laude quartum praestet cum usitato in caesura hiatu, triplicato autem ab initio dactylo.

In ipso autem quarto septenarii pede ut quibus condicionibus dactyli usus astrictus sit intelligatur, prius est de caesurae rationibus paullo explicatius dicendum. Nam

CCLXXIV

enim cum septenarii legitimam habeant post quartum trochaeum, non est ea quidem raro neglecta, sed non est tamen quovis modo neglecta. Quippe principalis caesurae illius vicarias poetarum ars ascoivit secundarias duas, quarum altera est post quartam arsim, post quintam arsim altera :

— — — — — | — — — — —
 — — — — — | — — — — —

Vtriusque e Trinummo exempla afferam. Et prius quidem genus, in quo plerumque accedit post quintam thesim caesura podica, habes v. 333. 364. 370. 656. 845. 1023:

Nihil istorum. Quid igitur? Per cómitatem edepól pater.

Èo non multa, quae neuolt, euéniunt, nisi fictór malust.

Tú modo ne me próhibeas accipere si quid dét mihi.

'Vt rem patriam et glóriam maiórum foedarín meum.

'Aduenio ex Seleúcia, Macédonia, Asia atque 'Arabia.

Quórum hercle unus súrperit curréti cursori solum.

Quorum versuum quarto facile nunc perspicitur quam supervacaneam transpositionem Lomanus adhibuerit. Non autem horum in numerum ea exempla veniunt, cum in quarta thesi desinens vocabulum elisione ultimam syllabam amittit, quae si non elideretur, nihil ad legitimae caesurae elegantiam deesset, ut v. 305. 326:

Qui homo cum animo inde ab iuente aetate depugnát suo.

'Adulescenti hinc génere summo, amico atque aequali
 meo :

pariterque v. 302. 313. 334. 367. 620. 626. 649. 699. 702.
 857. 973. 982. 983. 986. 987. 988. 1126. 1144: quibus tamen non pares v. 651. 690 horumque similes, legitima caesura revera carentes :

'In foro operam amicis da, ne in lecto amicae, ut solitus es.

Mé germanam méam sororem in concubinatúm tibi.

Non magis rarum posterius genus est, adventiciam plerumque habens podicam caesuram post tertiam arsim: cuius haec e Trinummo exempla notavi v. 358. 373. 604. 616. 661. 985. 1049. 1173:

Quoi tu egestatém tolerare uis? loquere audactér patri.
Scin tu illum quo génere gnatus sit? Scio adprimé probo.

Quoi homini despóndit? Lysitelí Philtonis filio.

'Ad quaerendum honórem: tu fecisti ut difficilis foret.

Pérpeti nequeó: simul me pigét, parum pudére te.

Quamóbrem? Quia illum quem émentitus és, ego sum
ipsum Chármides.

Quí nil meriti: quippe eorum ex ingénio ingenium horum probant.

Miserumst male proméríta ut merita sint, si ulcisci
nón licet.

Qualibus satis ea versus forma defenditur, quam Bacch. 372 commendavimus p. CLIX. Ambiguum est ad utrum genus pertineant Trin. 329. Bacch. 44:

Dé meo: nam quód tuumst, meumst, omne autém méum
tuumst.

Simulato me amáre. Vtrum ego iocón id similem an
sério?

Harum autem trium caesurarum (h. e. duarum vicariarum tertiaeque legitimae) si qui versus nullam habet, non est pro incorrupto habendus: nisi quod singularis excusatio Trin.

CCLXXVI

1145 praesto est a composito vocabulo, in cuius ipsam commissuram caesura incidit:

Neú qui rem ipsam pòsset intellégere, thesaurúm tuum.
Quae si cui excusatio non satis gravis videatur, nihil reliquum fuerit nisi poetae nimirum elegantiae velut hoc artificio consulere:

Neú qui rém campse intellegere pòsset th. t.

Nunc igitur ut ad dactylum quarti pedis redeam, eius venia omnis et brevissime et certissime sic definitur, ut tantum non semper cum priore genere vicariae caesurae coniunctus esse dicatur, nunquam cum posteriore genere, fere nunquam cum legitima caesura. Cuius rei causa perspicitur planissime. Nam illa, quam solam esse probatam dixi, ratione id ipsum efficitur ut ab arsi sua duabus brevibus syllabis diremptis dactylicus numerus aegrius percipiatur et quodammodo lateat aures: contra idem in aures tanquam impingitur, si aut nullo aut unius syllabae intervallo post dactylum pausa fit vocis in caesura, quo rapidior fit et distinctius sentitur praegressarum syllabarum pronuntiatio. Itaque thesis illa dactylica aut in longioris vocabuli initio consistit aut, quod multo frequentius est, una duabusve brevissimis voculis efficitur, quarum ea sit constructio ut ad proxima pertineant. Iniusmodi est Trin. 338:

Quia sine omni máliast, *toleráre* ei egestatém uolo :
agitatoris formae haec sunt exempla v. 206 (de quo cf. p. CLXXXIII. et COXXIX.) 316. 366. 630. 696. 715. 888, item Bacch. 35. 375. 685. 690:

Vtrum itane esse mávelit, *et cum* ánimus aequom ósúscat
Ne aégritudiném, pater, *tibi* pácerem, parvi sódula.

Vitae agendae esse expetit: *est hic admodum adulescēntulus.*

Quod est facillimum, facis. *Quid id est? Amico iniuriam.*

Néque uolo neque postulo *neque censeo*: uerum tamen. *Sin aliter animatus es, bene quod agas eueniat tibi.*

'Est minusculum alterum, *quasi* uesculum uinariū.

Petrare huiusmodi in palaestram, *ubi* damnis deducitur.

Pérdidit, pessumdedit *tibi* filium unico unicūm.

Nescis quid ego acturus sim, *neque* facinus quantum exordiar.

Quia tibi aurum réddidi et *quia* non te defraudauerim, quo versu caesurae post quartam arsim statuendae elisio quidem non magis obstat quam legitimae post quartum trochaeum caesurae eis quae supra posui exemplis: *quae* autem necessario cum eis quae sequuntur est iungendum. In eorundem numero referri possunt, in quibus dubium est synizesim necesse recipiant *eam* ea formae, Tt. v. 288. 652. 974:

Gráuius tuum erit unum uerbum *ad eam* rem quam centum mea.

'Atque lotum ego agrum tibi relinqui *ob eam* rem iam enixé uolo.

Nimis argute me óbrepisti *in eá*pe occasiuncula.

Neque ab hac quidem parte quicquam offensiois v. 679 habiturus erat:

Fáciie inuentest: dátur ignis, *tamen*etsi ab inimicó petas, quem longe aliam ob causam displicere supra significavi p. CCXXXVIII. Sed quaedam sane exempla fatendum est ita

CCLXXVIII

comparata esse ut thesis dactylica non possit ullò modo ab eis quae praecedunt divelli. Eiusmodi haec sunt v. 954. 1054:

'An ille tam esset stultus, qui *mih*i mille nummum
créderet.

Hóc qui in mentem uenerit *mih*i, ré commonitus sùm
modo.

Quorum posterius asperius est priore: nam in hoc etsi *mih*i non potest sane non coniungi cum *qui*, idem tamen etiam ad insequentia pertinet: contra in altero cum solis praegressis *mih*i nexum est, ab eis quae sequuntur prorsus diremptum. Itaque haud scio an non satis confidenter hanc transpositionem verborum

Hóc qui uenerit mi in mentem, r. c. s. m.
tantum in annotatione laudaverim. Magis haeret de altero versu iudicium: qui etsi lenissima mutatione ad usitatam concinnitatem sic revocatur:

'An ille tam esset stultus, *mih*i qui m. n. c.,
tamen tam exile hoc potissimum *mih*i pronomen est, ut, etiamsi non scribendum sit *mi* ante consonantem, tamen ad monosyllabae pronuntiationis rapiditatem proxime accedens vix quicquam molestiae auribus afferre videatur. Quod ut sentiam alia me similia exempla movent ut Bacch. 505. 679:

Céna detur. Nón placet *mih*i céna quae bilém mouet.

Quíd nunc es factúrus ? id *mih*i dice. Coctumst prándium.
Verum praeter hanc aliis excusationibus locum concedi nego. Valde insolens est v. 935 his verborum ordinibus
— ◡ | ◡ dispestus in quarto pede dactylus:

Sét ubi apsinthiúm fit *atque* cunila gallinácea.

Quapropter, etsi graecum *κωνίλη* nomen, ut Nicandri exemplo intelligitur, producta paeultima dictum est, tamen idem vix videtur dubitandum esse quin mutata prosodia in latinam linguam transierit *cūnīla* pronuntiatum. Nec caussa nunc laet cur non probabilitatem tantum, sed necessitatem *suam* vocis synizesis, quam iam p. CLIV. commendabam, v. 1133 habeat:

Ēam sorōrem déspondisse suam in tam fortem fámiliam.
Prorsus autem singularem auribusque minime blaudientem
dactylum integro dactylico vocabulo comprehensum quod
v. 289 admisi:

Quó manus apstíneant: *cetera rápe trahe tene fúge late:*
id consulto feci ut in cantico: nam qui in canticis cum aliis
versibus tum trochaicis octonariis septenarii miscentur, hi
eorum septenariorum quibus integrae scenae continuantur
severitatem multis in rebus aversantur. Nec profecto vel
a caesura concinnior vel a librorum fide tutior haec versus
species est:

Quó manus apstíneant: *ceterā rape, tráhe, fuge ét late:*
nec enim vel post quartam vel post quintam arsim fit cae-
sura, et insolens est dactylicae vocis oxytonesis, et a co-
dicibus *et* abest. Itaque cum produci posse *fugē* non sit
male credulis credendum, simul autem plus gratiae *ἀσυν-
δέτως* copulati imperativi habeant, unam consimilem vocu-
lam excidisse conieci ab ipsius exemplo Plauti profectus
Pseud. 1, 2, 6 sq.:


Qui haec habent consília, ubi data occasiost: *rape,*
clépe, tene,

Hárpaga, bibe, és, fuge.

CCLXXX

Vnde etsi poteram etiam *oleps* in Tricometai versum acci-
sore: *oleps oleps trabe fuge late*, tamen illud cur praeter-
lerim neminem fugere arbitror.

Posteaquam dactyli in trochaeis usum sic uti feci ex-
plicavi, et planius et plenius perspectum iri puto quae de
anapaesti in iambicis usu dicenda restant. Rursus
autem hac quoque re mirifice comprobari confirmarique
cognationis rationem illam sentio, quam cap. xv. demon-
stravi inter iambicum senarium septenariumque trochaicum
intercedere. Abscisso enim septenarii capite, quod cretico
continetur, quae relinquitur pars senarium aequans, in ea,
quae legitima caesura septenarii fuit, legitima sit pen-
themimeres senarii, item quae bisyllaba thesis in quarto
pede septenarii, bisyllaba anacrusis in tertio senarii pede.
Quod quidem licet hac figura declarare:



Legitimae autem caesurae, ut hinc ordiar, quemadmo-
dum vicarias septenarius eas ascivit, quae ab utraque
parte vicinas illi sedes occuparent, ita eandem rationem
senarius cum aliquo temperamento secutus est, quod ex
ipsa diversitate utriusque versus consecrarium fuit. Nam
cum ante semiquinariam nihil impediret quominus caesura
post secundum iambum fieret:



tamen idem una post illam syllaba fieri ratio vetuit qua
caesurarum stichicarum (nam de podicis nunc non loquor)
institutum omne regitur. Quibus cum id consequi ars vellet,

ut longiorum eodemque numero decurrentium versuum tanquam solido corpore bifariam articulo varietatis suavitatis e similibus sed eisdem inaequalibus partibus nasceretur: septenarius quidem, ut qui impari numero syllabarum constet, quovis loco dividi sine varietatis detrimento potuit, senarius uno illo loco non potuit qui proximus est post semiquinariam caesuram. Igitur sibi constans ars ad proximam post illam syllabam progressa semiseptenariam probavit, cuius septenarius et caussam et usum procul habuit:

— — — | — — — — — | — — — — —

Hinc aliud discrimen natum, quo aliquanto plus gratiae senario quam septenario conciliari potuit. Nam in hoc cum duae illae caesurae vicariae duarum tantum syllabarum intervallo inter se distent earumque iambi mensuram aequantium, nec vim ullam nec quicquam suavitatis habere utriusque vicariae caesurae in eodem versu coniunctio potuit: id quod facile eorum versuum exemplo sentitur quos p. CCLXXV. inf. posuimus. Quae omnia cum non cadant in senarium, huius quidem, si legitimam semiquinariam non haberet, perfectissima forma ea exstitit quae sit utriusque consociatione vicariae caesurae:

— — — — — | — — — — — | — — — — —

Eam formam habes velut Trin. v. 10. 47. 53. 76. 82. 194. 512. 513. 591:

Nostránnē ere uis nutrícem quae nos éducat.

Suspíciost in péctore alienó sita.

Qualium versuum distinctius finita ratio haec est, ut pro re nata aut prior caesura aut posterior esthicae vel principalis dignitatem tueatur, ad podicae levitatem deprimatur altera. —

Quæsi alterutri tantum vicariæ caesuræ locus est concessus, etsi aliquanto rarior quam semiseptenaria ea est quæ fit post secundam arsim, ut v. 121:

In eandem tute accéderes infámiam,
tamen e raritate non est dubitationis caussa repetenda. Eo autem in genere cavendum fuit ne graviore post quartam arsim interpunctione accedente tribus partibus prorsus partibus versus decurreret: quod cum satis excusationis v. 1094 habeat

O Cállices, o Cállices, o Cállices,
at verendum est ut veniam etiam v. 582 impetret:

Dic Cállicli, me ut cónucnat. Quin tu i modo,
ubi aut *ut me conuenat* transponendum aut *med ut conueniat* scribendum esse certius nunc quam in annotatione pronuntio. Sed diligenter hinc illi versus segregandi sunt, qui cum possint sane ternis dipodiis dividi, eius tamen descriptionis necessitatem non habeant, sed legitimam caesuram aliquam tueantur elisionis tantum eo usu paullulum obscuratam quem iam in septenariis illustravi. Velut praesto est ipsa semi-quinaria v. 741. 784:

Datám tibi dotem, ei quám dares, eius á patre.

Suspicionem ab ádulescente amóveris.

Simillimaque ratio eorum multitudini adhibenda est qui, nisi elisionem non magis obstare hephthemimeri *) quam

*) Ne qui forte indubitata exempla puræ h. e. cum elisione non coniunctæ semiseptenariæ desiderent, hæc habento v. 27. 150. 201. 394. 465. 549. 800. 812:

Inuitus ni id me inuitet ut faciám fides.

Thesaúrum demonstráuit mihi in hiece aédibus.

Neque cónfidentilóquius neque periúrius.

Set hoc únium consolátur me atque animúm meum.

penthemimeri meminervis, binis partibus discepti videantur prorsus inter se aequalibus. Pertinent hac v. 23. 164. 167. 213. 214. 436. 462. 536 :

Amicum castigare ob meritam noxiam.

Et meam fidelitatem et celata omnia.

Me absente atque insciente, inconsultu meo.

Indignum civitate ac sese vivere.

Bonis qui hunc adulescentem enortisset suis.

Saluere Lesbonicum et Stasimum. Di duiat.

Vtrumque Lesbonicum in aetate huius bonum est.

Alii se suspendere. enunc hic quodius est.*)

Fatendum est tamen ultra progressam esse artis indulgentiam et aliquanto plus libertatis senariis quam septenariis in caesura sive negligenda sive obscuranda concessisse. In extremam quidem licentiam nulloque prorsus temperamento lenitam ea libertas in neutro genere vertit: non magis enim quam talem septenarium

Nam si sic non liceret, luscus dixero.

Sicut fortunatorum memorant insulas.

Ibo huc quo mi imperatum est, etsi odi hanc domum.

Natura illa atque ingenio? lamdudum ebrius est.

*) Triplex definiendae caesurae via patet v. 456 :

Ferentarium esse amicum inuentum intolloge :

ubi post *amicum* locum habere hephthemimeres potest sine elisione, post *esse* item sine elisione penthemimeres, ibidem cum elisione caesura *κατὰ δεύτερον λαμβον*, ut Graecorum in simili causa appellationem imiter. In talibus autem sciendum est prae ultima praeponderare semiseptenariam, prae hac semiquinariam, ita quidem ut, quae gravior caesurae pondere elevetur, ad podicae exiguitatem deprimatur. Nisi quod propter insignioris vim interpunctionis semiseptenaria praevallet v. 195. 189. 527 :

Istuc volebam scire. I sane nunc iam.

Illi redemi rusum, a me argentum dedi.

Consuadet homini, credo. etiam scelustus est.

CCLXXXIV

Neú qui rem ipsam pòsset demonstráre, thesaurúm trum, similes unquam senarios ars toleravit, quales futuri sint qui librariis debentur, non poetae:

At út confidentér mihi contra ástitit:

Erilem· filiám nostram sustóllere:

Quoniam re bene gestá redisse mé uident:

(Capt. III, 5, 6. Cist. II, 3, 8. Stich. III, 1, 10.) Quos cum vel prava oxytonesis damnet, etiam sine accentus offensione tamen vitiosus erat Bacchidum versus 225:

Quamuo 'Archidemidém? Quam inquam Archidémidem, rectissime is ab Hermanno emaculatus. Verum hoc tamen inter senarios septenariosque interest, quod, cum in illis sententiam terminans vox monosyllaba proximum post legitimam caesuram locum occupare propterea posset quod eum ipsum in locum vicaria caesura incidit, e. c.

Scia tu illum quo génere gnatus sit? Scio, apprimé
prebo,

consimilem vocem monosyllabam etiam proximus post legitimam semiquinariam locus recepit quamvis vicariae caesurae excusationem non habens. Et quaedam sane huiusmodi suapte natura ambigua sunt: velut eodem iure cum subiectis verbis atque cum praemissis *est* et *uis* voculas sociabis Trin. v. 18. 744:

Huic graéce nomen ést Thensauro fábulae.

Nunc si ópperiri uis aduentum Chármidis.

Ad aliquam semiseptenariae similitudinem verborum ordines accedunt, ubi monosyllabam vocem alia vox monosyllaba excipit, ut v. 117. 144:

Qui túae mandatus ést fide et fidúciae:

Vt mihi necesse sit iam id tibi concedere:
quo referri etiam v. 471 potest:

Si illi congestae sint epulae a clientibus.
Sed inevitabili constructionis necessitate cum praegressis
monosyllaba vocabula vinota sunt v. 56. 303. 417. 470. 733.
734:

Vivit victuraque est. Bene hercle nuntias.
Verum meliora sunt, quam quae deterrima.
Postquam comedit rem, post rationem putat.
Adposita cena sit, popularem quam vocant.
Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.
Parata dos domi est: nisi expectare vis.

Addo Bacch. 841. 1006:

Salus servasti me. quam mox dico dabo?
Si plus perdundum sit, perisse suavis.

Hanc igitur sive gratam sive minus gratam negligentiam
fatendum est speciem potius quandam rationis quam leco-
pletem rationem sequi: plus enim in his syllabarum vocu-
larumve articulatio valuit sententiae viscule solutarum,
quam in subiecta sibi verba dominans potestas sententiae.
De quo satis recte Beckerus sensit Quaes. de com. Rom.
fab. p. 105.

Cum caesurae autem rationibus quemadmodum in se-
ptenariis dactyli in quarto pede, ita in senariis anapaesti
in tertio usus conjunctissimus est, ad quem nunc demum
revertitur oratio. Rursum autem quemadmodum a septe-
narii severitate senarium eo differre vidimus, quod in hoc
terti pedis anapaestum alter comitari anapaestus in conti-
gue pede potuit, dactylum in illo non est alter dactylus

CCLXXXVI

comitatus, ita quae in septenario licentia uni certae caesurae adhaesit, et ei quidem qua dactyllici numeri offensio maximo obscuraretur, ea licentia in senario a nulla caesura prorsus exclusa fuit. Et maxime quidem bisyllabam anacrusim in senario quoque ea caesura occultavit quae legitima penthemimeri una syllaba prior est. Nam etsi trochaico iambicum metrum ita oppositum est ut, quam illic vim dactylus, hic anapaestus habeat, tamen non tam cavendum ~~est~~ fuit ut, quo loco septenarii dactylus vitatus est, eo senarii loco ne perciperetur anapaesticus numerus, quam hoc potius ut ne eo loco, ubi quaelibet insolentia acrius ad aures accedit h. e. ante ipsam caesuram in qua pausa fit vocis, id insigniretur quod dactyli pro trochaeo anapaestique pro iambo positi commune est h. e. bisyllaba pro monosyllaba thesis. Quo fit ut in senario quoque rectius, quam anapaestum in tertio pede, dicamus eum dactylum vitatum esse qui compositus sit ex arsi secundi pedis anacrusique tertii, maxime autem vitatum esse in semiquinaria caesura. Itaque perrari nec profecto venustales versus sunt quales in duobus fabulis quattuor tantum offendimus Trin. 421. 792. Bacch. 564. 573:

Et ille aedis *mancupio* abs te accepit. 'Admodum.

Eum qui habuit *perdidit*, alium post fecit novum.

Ita *déntifrangibula* haec meis manibus géstiant.

Vale *déntifrangibule*. 'Et tu integumentum uale.

Quorum primo et tertio aliquid dolenimenti et elisionis coagulum et ad semiseptenariae similitudinem accedens species conciliat: alteri et quarto paullo plus molestiae post dactylum facta interpunctio affert, quanquam id incommo-

dum in quarto similiter atque in primo tertioque compensatum est: singulari asperitate reliquos secundus praevertit, ut in quo dactylus dactylico vocabulo conclusus sit. Contra plurimum excusationis, ut ante dixi, dactylum dissecans caesura attulit, ut Trin. 86. 131. 759. Bacch. 135. 182. 236. 729. 823:

Atque id tamen | *mihí* lúbeat suspiciárier.

Argénti amanti | *homíni* ádulescenti, animi ímpoti.

Potín' ést ab amico | *alicúnde* exorari. Potest.

Istácfeus | *tibi* Lýde libertás datast.

Etiam 'Epidicum | *quam ego* fábulam aequae ac me
ípsum amo.

Adúlterare | *etiam* áibat rebus céteris.

Versábo ego hercle | *hodie* illum si uiuó probe.

Dum né manifesto | *hominem* ópprimat neue énicet.

Medii autem inter hoc et illud genus hi versus sunt, in quibus aliquanto minus, sed tamen aliqua ex parte dactyli insolentiam ad semiseptenariam properans pronuntiatio occultat, ut Bacch. 243. 1035:

Deeéptus sum: *Autolyco* hóspiti | aurum crédidi.

Verúmtamen *accipiéntur* | mulso mílites.

Dictum est de dactylo deque anapaesto cum senariorum tum septenariorum: sequitur ut de tribrachi usu agatur utriusque versuum generis communi. De quo non multum est quod dignum mentione videatur, spectans id ad paenultima arsis solutionem, qua proceleusmatici vel quarti paeonis speciem exitus versuum induit, sive eum brevis sive longa syllaba praecedat. Talem autem exitum cum elegantissime ita fieri constet ut quadrisyllabo vocabulo comprehendatur, e. c.

CCXC

Numquid, priusquam abeo, me rogaturus? Vale.

Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet.

In ambiguo etiam nunc est, quid ea res fuit.

Mendacilocum aliquem

Illum bene gerere rem et ualere et uiuere.

Sed nec a tertio ac ne a quinto quidem pede eosdem numeros alienos fuisse v. 86. 131. 792. 576 docent:

Atque id tamen mihi libeat suspicari.

Argenti amanti homini adulescenti, animi impoti.

Eum quem habuit, perdidit, alium post fecit nouum.

Di fortunabunt nostra consilia. Ita uolo.

Diversissimus a proceleusmatico iambi vicario, cuius hic numerus 0000, is est proceleusmaticus, qui cum aequare trochaicum creditus sit, contrariam notationem hanc postulet 0000. Quem diu est cum a septenariorum arte prorsus abhorrere Hermannus docuit rectissime. Lenissima unius uoculae transpositione legitima ratio versibus 313. 968 restituta est, quos illud vitium in altero et quinto pede deformabat:

'Istaec ego mihi semper habui aetati integumentum
meae.

'Adulescens, cedo dum istuc aurum mihi. Quod ego
aurum dem tibi.

Nullam vim habet quod leui lapsu librarii solus Ambrosianus exhibet v. 1071: *Satin' oculis ego*, pro *Satin' ego oculis* in qua positione reliqui codices consentiunt. Sat certa emendatione mihi videor v. 264 emaculasse *ab dendus* reposito pro *adhibendus*: nec enim ullis machinis efficies ut recte dici *procul adhibere amorem* credatur, quae sibi

adversa fronte repugnant. Me invito relictum est v. 237 ab initio tetrametri *Mihi latitabat*: pro quo non dubito ab Hermanno propositum *Látitabat mihi* amplecti. Nam ut non quovis pacto et sine omni exceptione reiicienda sit monosyllaba ante consonantem *mi* forma, tamen multo etiam certius est non quovis modo et sine ulla cautione probandam esse. Confiteor equidem nondum tam certo mihi de sat lubrica hac quaestione constare ut, sitne illa omnino aliqua condicione admissa an constanter repudiata in comodia, audeam definire confidentius: verum si modo est admissa, de admittendi condicione hoc videor affirmare posse, ut ab arsi exclusam soli esse thesi tribuendam dicam. Et in thesi quidem nec Catullus defugit vel in iambico versu xxxvii, 11:

Puella nam mi, quae meo sinu fugit,
vel in basi v, 7. x, 21:

Da mi basia mille, deinde centum.

At mi nullus erat neque hic neque illic.

Sed in arsi dactylicae demum poetae ascivisse videntur. Vnde semel idem Catullus lxxii, 6:

Multo mi tamen es uillior et leuior:
et Lucretius semel iii, 105:

Magnopere in quo mi diuorsi errare uidentur:
item semel Horatius Serm. i, 9, 71:

Religio est. At mi: sum paullo infirmior, unus,
quamvis ibi commodum fuerit *mi* scribere. Itaque de Plauto si recte observavi, nescio an ferri *mi* et in liberiore metro anapaestico potuerit, cui eam formam p. clxxvii. adhibui, et fortasse in caesurae trochaicae eis exemplis quae

p. OCLXXVIII. tractavi, item in versu paullo ante allato *'Iotabo ego mi sēmp̄r habeo*: cui rationi convenienter sui praecepti severitate relaxata Hermannus nuper *'Vbi mi pro equo lēctus detur* edidit Bacch. v. 41: sed idem nec *aurum mi: quod ego aurum* defendi posse intelligo, nec *Mi latitabat* eo in quo nunc versamur Trinummi versu. Hinc iudicari de Ambrœsiani memoria potest v. 53: *ei quid mi malist*. Quamquam codicum exigua omnino in hoc genere fides est, ut qui plerumque *mihī* exhibeant, etiam ubi ante vocalem monosyllabo *mi* cum maxime opus est. Qua tamen *mihī* formae frequentia ne ita abutare, ut eorundem codicum, sicubi *mi* scripturam testentur, tante maiorem esse auctoritatem argumentere, reputandum est feracissimam pravae permutationis causam scribendi compendium *m̄* fuisse, quod cum propria vi sua nequaquam *mi* significaret, sed ipsum *mihī*, saepe tamen per errorem ad monosyllabam *mi* formam deflexum est, ut v. 8. 54, alibi. — Ceterum quod proceleusmaticum *Lātebricolārum* etiam in annotatione ad v. 241 posui, id etsi lusi potius quam fidem invenire ipse volui, ratione tamen hac feci, ut in octonario id posse licitum fuisse suspicarer, quod procul habuissent septenarii. Nam etsi in his quoque scio alia exempla quaedam exstare, ut Mil. v. 44, tamen cur ne haec quidem certissimam alioqui rationem infirmare putem, olim explicandi opportunitas erit.

Sed longius etiam trochaicum numerum aequantis proceleusmatici fuga pertiuit. Non magis enim eum proceleusmaticum veterum ars poetarum probavit, qui in ipsis iambicis versibus anapaesti cum praecedenti sive tribracho sive dactylo consociatione oritur: $\approx | \cup \cup | \cup$. De

culus societatis pravitate sanissimo iudicio Hermanianam doctrinam nuper Lomanus p. 44 comprobavit. Ac paucissima eius generis exempla e Trinummo expellenda fuerunt, ut v. 169, ubi non minus vitiosum

Adésuriuit *mágis*, *inhiauit* ácrius,

quam quod Bothio placuit

Adésuriuit *máge* et *inhiauit* ácrius.

E tribus dimetiendi modis nullum v. 515 admittebat:

Tibi ego rationem réddam? Plane périlimus:

nam sive *tibi ego* pro anapaesto accipis, falsa productione uteris, sive *tibi ego ra-* pro proceleusmatico, pravum accentum infers, sive *tibi ego* pro tribracho, ei ipsi pedi anapaestum continuas. Versu 804 pro librorum scriptura

Continuo operite denuo, set clánculum

ausus sum Ennianum *operta* reponere: (quande non semper frequentandi vim frequentativa verba tenent, quemadmodum aliquoties *rogitare* Plautus pro simplici *rogare* posuit:) quod si quis poeticae orationis proprium dixerit, exspecto quid excoGITATURUS sit ad codicum memoriam propius quam Hermanianam *Continuoque operi denuo* accedens. *En mea malefacta* in principio v. 313 posita cave pro dactylo cum anapaesto habeas: ubi aut *mea* syllabae aut *male* in unam contrahantur. Similem contractionem memento *enim* particulae adhibere v. 806:

Ita scéiam: at enim nimis longo sermone útimur:

nam sua sponte intelligitur non magis quam dactylum ab anapaesto excipi proceleusmaticum posse.

Et tantum quidem de his. Neque enim vel ad anapaestica metra nunq̄ exspatiari libet, a quibus nihil fere

CCXCIV

ante explicatae licentiae alienum fuit, vel ad iambicos septenarios, quorum vix minor quam senariorum trochaicorumque severitas: cum neutrius generis exempla Trinummus praestet.

CAPVT XVIII.

Plana, simplicia et aperta esse pleraque intellectum est, puto, quae plerisque omnibus obscura, perplexa et recondita videri solent, legumque certitudine regi, quae quibusdam vagari sine ratione: unum genus restat, quod et impeditissimum et multis modis ambiguum esse ipsi fateamur: quod quidem canticorum compositione continetur. Cuius loci tanta ubertas est tamque prope inexplicabilis varietas, ut ineptus sit qui complecti paucis pagellis velit. In nulla autem parte emendationis Plautinae me iudice clarius quam in hac Hermanniani ingenti admirabilitas exsplenduit. Nam cum ipsa cantica Plautina et temporum iniuria et negligentia librariorum, fortasse aliqua ex parte, ut p. LXVII. significavi, etiam criticorum licentia multo quam ceterae partes peius habita sint, ita ut 'aut intacta relinquere, quae aperte aliter a Plauto scripta fuerint', aut ea sic ut eum semet digne scribere potuisse probabile sit, corrigere cogamur: incredibile dictu est quot ille carmina, rudem indigestamque molem in codicibus offerentia, a recentioribus autem editoribus plerumque imperitissime tractata, in Elementorum libro secundo partim ad sanam rationem partim ad elegantissimam concinnitatem revocaverit. Ad quam rem cum aliis virtutibus opus fuit tum subtili sensu

quodam et exercitata ad usitata inusitataque genera metrorum discernenda iudicio. Nam cum propter magnam et prosodiae ambiguitatem et permutatorum inter se pedum varietatem saepe plurimum dubitationis illud habeat, e compluribus quae pateant distribuendorum versuum viis quam potissimum in eas et ceteris reiectis teneas: nulla re plus peccatum est quam talibus versuum sive conformationibus sive coniugationibus probatis, quas etsi demonstrari nequeat admitti nullo modo potuisse, tamen tritae Plautina consuetudine aures ilico respuant ut analogiae commendatione destitutas. Rursum autem ut, quae sit vera describendi ratio, investigetur, non est certius indicium in promptu quam quod versuum cum sententiarum fibibus exaequandorum artificio continetur. Quae lex etsi non est eam in partem interpretanda rigidius, quasi non commodis locis aptisque modis, ut in omni poesi, ita hic quoque aliqua ex parte discrepare numerorum verborumque ordines potuerint, tamen generatim sic licet hoc genus definire ut, quo saepius et vehementius sententiae vinculo ligata oratio metricis membris discerpatur et tamquam amputetur, eo improbabilius evadat quam proponas distinctorum inter se versuum mensuram. Atque hoc illud est, in quo emendationem non admittere tantum, sed flagitare Hermannianam descriptionem eius cantici intellexerim quod est in Trinummo a v. 223 ad 300: quod ille ipse, si huc posteriore tempore reversus esset, dubitari nequit quin longe aliter descripturus fuisset. Elementorum igitur exemplo discant, qui in hoc genere aliquid volunt proficere, quantopere praeter cetera hoc cavendum sit, ne in versuum finem novi enuntiati initium

incidat, praesertim si id aliqua coniunctione fiat*). Ergo maturioris disciplinae auctoritati nos quoque obsecundavimus, cum tales versuum divisiones non toleravimus quales hae fuere:

Ita fáciám: ita placét mi. Omnium primum améris
 Artís eloquár, quemadmodum éxpédiant: núnquam
 Amór quemquam, nisi cupidum hominém postulat ée
 Conicere in plagás — — — — —
 'Ibi ille cucúlus ecce, ócule mi, fiat et
 'Istuc et si ámplius — — — — —
 Haec égo quem agito cúm meo animo et récolo ubi
 qui egét, quam
 Preti sit parui, á me apage, amór: non placés, nil
 Te ego útor — — — — —
 Apáge sis, amór: res tuas tibi habe: mihi, amór, ne
 Fuás unquam amícus.
 Pater, ássum, imperá quod vis, néque ero in morá, nec
 Latebrése me ego ábs tuo conspéctu occultábo.
 Féceris pár tuis céteris fáctis, ei
 Tuúm patrem pércoles — — — — —
 Hóminam duráuí. quin prius me ad plúris penetrauí?
 nam ii

*) Id cum multo magis a senariis abhorreat, aliquoties est a Bentleio neglectum. Velut nullo modo aut particula terminari potuit Terentianus versus quem p. cxx. sanare studui. Horridius etiam in eo versus loco et futurum sit vel ut vel ne. Ne neque quidem tolerandum esse ostendi Mus. philol. Rh. n. iv, p. 363. Paucis exemplis admissum esse nisi videtur, ut Capt. iii, 5, 86: quanquam plerumque dubia res est. Nisi quod Militis ii, 6, 38 certum est non esse ea particula senarium finiendum cum Hermanno El. d. metr. p. 183.

Móres maiorúm collaudant — — — — —
 Hísce ego te ártibus grátiam fáció, eas:
 Né colas — — — — —
 Meó modo et móribus úsuito. quae égo tibi
 Praescípio, eá facite. níhil ego istós moror
 Facótos merés turbidós, quibus boni se
 Dedécorant — — — — —

Quaquam unum quiddam huiusmodi ipse reliqui v. 254 sqq.

Raptóres panis ét peni.

Fit ipse, dum illis cómis est,

Inóps amator. Haéc ego

Quom agó cum meo ánimo et quom récolo, ubi qui eget,
 non tamen quod probarem, sed quod nimis incerta eorum
 emendatio videretur quae sat diverso modo in Ambrosiano
 scripta esse apparuisset. Tam enim illic forte divortium
 cogitatorum fit, ut ab *Haec ego* non minus quam v. 236 ab
Omniūm primum necesse sit cum meo enuntiato novum
 versum ordiri. Itaque cum accedat, quod sine exemplo est
agere animo vel *cum animo*, usitatum hac potestate *agilare*,
 satis placere velut haec illorum descriptio possit:

Raptóres panis ét peni.

Fit ipse, dum illis cómis est,

Inóps mox amátor.

Haec égo quom agito cum meo animo, et réputo, ubi
 qui egét:

nisi scrupulum nimia solutionum multitudo in bacchiace
 versu iniiciat. Nam quae praecedant, sive dimetris de-
 scribis sive tetrametre comprehendis:

Raptóres panis ét peni: fit ipse, dum illis cómis est,

CCXCVIII

iambica tamen manebunt, nisi longe violentissimis mutationibus utare: proxima autem, ut scripta sunt in libris *inops amator*, sine alicuius syllabae accessione ad clausulae naturam minime apta sunt.

Concinnitatem autem illam dum sector, quam 'metricarum cum grammaticis logicisque periodis congruentia parit, factum est ut non uno in loco continui versuum ordines eodem metro decurrentium tanquam sua sponte subnascerentur: quod genus aequabilitatis apparet et gratiae et fidei plurimum habere. Eiusmodi illi sunt ab 244 ad 251, quos in Elementis p. 212 curis secundis ipse Hermannus ad elegantissimam parilitatem accommodavit: eodemque metri genere, quod creticis tetrametris catalecticis continetur, ego in fine prioris scenae decem versus continuos descripsi a 266 ad 275, octo in fine posterioris a 293 ad 300. Quod si fieri non potuit quin aliquot locis vocolam aliquam adderem ut librariorum incuria omissam: reputandum est vix ullum vel potius nullum canticum esse quod non hoc ipso vitii genere sive graviter sive minus graviter laboret. In Trinummo autem augebat addendi confidentiam, quod causam lacunarum illarum licet e communi fonte ita repetere ut tanquam in oculos incurrat. Nec enim casu factum esse potest, quod, si versus 293 sqq. sic perscripseris ut alter quisque versus non subiiciatur priori sed iuxta ponatur, in easdem vel valde propinquas paginae partes lacunae omnes incidunt: unde intelligitur communi labe aliqua ut madore vel carie istas partes affectas esse. Id hoc quod infra posui exemplo prorsus perspicuum fit:

His ego de artibus gratiam facio Ne colas ne imbuas [eis tuum] ingenium
 Meo modo et moribus uiuito antiquis Q' ego tibi praecipio ca [memineris] facito
 Nihil ego istos facetos moror mores Turbidos quibus boni [sese] dedecorant
 Haec tibi si capesses mea imperia Multa bona in pectore [consilia] consident

Vnde simul intelliges cur v. 298 *sese dedecorant* praetulerim alteri ordini per metrum non minus commodo *dedecorant sese*: atque illuc spectat fortasse quod in *A* est *BONISDEDECORANT*. Idem autem illud in v. 269 sq. cadit usitato ordine *sese* excipientes:

Si tamen quos miseros [misere] maleque habeas
 Quos tibi obnoxios [facile] fecisti.



CCXCVIII

iambica tamen manebunt, nisi longe violentissimis mutationibus utare: proxima autem, ut scripta sunt in libris *inops amator*, sine alicuius syllabae accessione ad clausulae naturam minime apta sunt.

Concinnitatem autem illam dum sector, quam metricarum cum grammaticis logicisque periodicis congruentia parit, factum est ut non uno in loco continui versuum ordines eodem metro decurrentium tanquam sua sponte subnascerentur: quod genus aequabilitatis apparet et gratiae et fidei plurimum habere. Eiusmodi illi sunt ab 244 ad 251, quos in Elementis p. 212 curis secundis ipse Hermannus ad elegantissimam parilitatem accommodavit: eodemque metri genere, quod creticis tetrametris catalecticis continetur, ego in fine prioris scenae decem versus continuos descripsi a 266 ad 275, octo in fine posterioris a 293 ad 300. Quod si fieri non potuit quin aliquot locis voculam aliquam adderem ut librarium incuria omissam: reputandum est vix ullum vel potius nullum canticum esse quod non hoc ipso vitii genere sive graviter sive minus graviter laboret. In Trinummo autem augebat addendi confidentiam, quod causam lacunarum illarum licet e communi fonte ita repetere ut tanquam in oculos incurrat. Nec enim casu factum esse potest, quod, si versus 293 sqq. sic perscripseris ut alter quisque versus non subiiciatur priori sed iuxta ponatur, in easdem vel valde propinquas paginae partes lacunae omnes incidunt: unde intelligitur communi labe aliqua ut madore vel carie istas partes affectas esse. Id hoc quod infra posui exemplo prorsus perspicuum fit:

His ego de artibus gratiam facio Ne colas ne imbuas [eis tuum] ingenium
 Meo modo et moribus vivito antiquis Q. ego tibi praecipio ea [memineris] facito
 Nihil ego istos facetos moror mores Turbidos quibus boni [sese] dedecorant
 Haec tibi si capesses mea imperia Multa bona in pectore [consilia] considant

Vnde simul intelliges cur v. 298 *sese dedecorant* praetulerim alteri ordini per metrum non minus commodo *dedecorant sese*: atque illuc spectat fortasse quod in *A* est *BONISDEDECORANT*. Idem autem illud in v. 269 sq. cadit usitato ordine *sese* excipientes:

Ss tamen quos miseros [misere] maleque habeas
 Quos tibi obnoxios [facile] fecisti.



Ne quid autem dubitationis illud moveat quod ita contrarii collocandorum versuum ordines locum habuisse in eodem carmine putandi sunt: sciendum est eam ipsam inconstantiam vel nostrorum codicum exemplo manifestam esse: quod quale sit iam explicandum esse video accuratius.

Nam ut codicum mss. in hoc genere, quod ad liberiorum metrorum descriptionem spectat, non sit summa auctoritas, tamen multo etiam minus credenda est nulla esse. De Ambrosiano et Veteri Palatino *B* loquor: nam ceterorum omnium iam supra dixi communem esse hanc rationem ut prorsus sublata singulorum versuum distinctione ad prosae orationis speciem omnia continent. Sed *A* et *B* etsi in Trinummi cantico a manu poetae ne ipsi quidem non aliquo intervallo distant, tamen altera ex parte pristini ordinis plurima vestigia servarunt, atque adeo aliquanto plura Vetus quam Ambrosianus. Cuius tamen ratio discrepantiae plerumque haec tantum est, quod quos ille versus singillatim scriptos, hic binorum in unum contractione continuatos exhibet. Id autem omne quoniam facile intelligitur sola annotatione non potuisse ullo modo quale esset satis vel plene vel plane significari, integra exempla exstare volui quanta potuit fide repraesentata, primum membranarum Ambrosianarum: alterum Veteris codicis; quibus tertium addidi mei libri *E*, quo de Vrsiniani quoque eique simillimi Decurtati indole constaret. Quorum exemplorum inter se collatione simul, per quos tanquam gradus saeculorum decursu depravatio creverit, utiliter esse ante oculos positum existimo.

K.

(Vnum quiddam, quamquam suapte natura leuissimum, in Ambrosiani exemplo mihi excusandum est. Nam cum undeviginti versus ea quoque pagina teneat quae est 45, tamen de uno annotare in schedis meis neglexi quibus verbis concluderetur. Duobus enim versibus propter nimiam longitudinem aut ea verba codex dispesta habet quae in nostro exemplo continuata sunt ultimo versu, aut ea quae secundo. Quod cum coniectura indagari non posset utro loco factum esset, satius duxi neutro facere sine testimonio.)

P. 29

15

LYSITELES

**MULTA SRESSIMITU INCORDE ME QUORSO
MULTAINCOGITANDO DOLOREM INDISPICOR
EGOMETMECOQUO ET MACERO ET DEFETIGO
MAGISTER MIHI EXERCITOR ANIMUS NUNCEST**

CCCI

SEDHOCNONLIQUETNECSATISCOGITATUMEST
 UTRAMPOTIUSHARUMMIHIARTEMEXPETESSAM
 UTRAMAETATIAGUNDAEARBITRERFIRMIOREM
 AMOR -- -- OBSEQUIPOTIUSPARSITUTRAINPARTE
 5 PLUSUOLUPTATISUITAEADAETATEMAGUNDAM
 DEHACREMIHISATISHAULIQUETNISIHOCSCIFACIAMOPINOR
 UTUTRAMQUEREMSIMULEXPUTEMIUDEXSIMREUSQUEADEAMREM
 ITAFACIAMITAPLACETOMNIUMPRIMUM
 AMORISART . . SELOQUARQUEMADMODUMSEXPEDIANT
 10 NUMQUAMAMORQUEMQUAMNISICUPIDUMHOMINEM
 POSTULATSEINPLAGASCONICERE
 EOSPETIT . O . SECTATURSUBDOLEBLANDITURABRECONSULIT
 BLANDILOQUENTULUSHARPAGOMENDAXCUPPESAUARUS
 ELEGANDESPOLIATOR
 15 LATEBRICOLARUMHOMINUMCORRUMPTORBLANDUSINOPS
 -- -- -- DAGATOR
 NAMQUIAMATQUODAMATQUAMEXTEMPLOSAUIISPER
 CULSUSEST
 ILICORESFORASLABITURLIQUITURDAMIHOC -- --

SIMEAUDESS -- --

ABILLECULUSOCELLEMFIATETISTUCETSAMPLIUSIDARIDABITUR
 IBILLAMPENDENTEMFERITIAMAMPLIUSORATNONSATIS

IDESTMALINIETIAMAMPLIUS

QUODEB. BITQUODCOMESTQUODFACITSUMPTUINOXDATUR

DUCITURFAMILIATOTA

UESTISPICAUNCTORAURICUSTOSFLABELLIFERAESAND -- --

CANTRICESCISTELLA TRICESNUNTIRENUNTIRAPTORESPA

NISETPENI

FITIPSEDUMILLISCOMISESTINOPSAMATORHAECEGO

QUUM . . U P I A C P P U ! . UBIQUEGET

QUAMPRETISITPARUIAPAGETEAMORNONPLACES

NHILTEUTORQUAMQUAMILLEUDESTDULCESESEETIBERE

AMORAMAR. DAT. AME. SATISQUODAE -- --

FUGITFORUMFUG.T -- -- -- SFUGAT. . . S M . . . SUO

CONT. . . TU

NEQUEEUMSIBIAMICUMUOLUNTDCIMILLEMODISAMORIGNORAN --

PROCULA ENDUSATQUEABST . NDUSTNAMQUINAMO AECIPITAUT

p. 46 PEIUS TQAMSI SAXOSALIA TAILAE . I. AMORTUAS RES
TIBI HABETO

AMORAMICUS MIHINEFUASUNQUAM SUNTTAMEN QUOS MISEROS
MALEQUE HABEAS

5 QUOSTIBI OBNOXIOS FECIT CERTA EST RES AD FRUGEM AD PLI
CARE ANIMUM

QUANQUAMIBILABOS GRANDIS CAPTURBONISIBI HAEC EX
PETUNTREM FIDEM HONOREM

GLORIA MET GRATIA MHOCPROBIS PRETIUM ESTEOMIHI MAGIS LUBET
10 CUM PROBIS POTIUS QUAM CUM INPROBIS UIERE UANIDICIS
FILTA LYSITILES

QUO ILLI CHOMOFORASSE PAENETRAUTE AEDIBUS PATER
ASSUMIMPERA QUIDUIS

15 NEQUETIBI ERIO IN MORANEQUE LATEBROSE ME ABSTUO CONSPECTU
OCCULTABO

. PARTUIS CETERIS FACTIS PATREM TUUM SPERCOLES PERPIETATEM
NO LOEGOCUM INPROBIS TEUIRISGNATEMI
NEQUE INUIANEQUE INFORO . . . ULLUM SERMONEM EXSEQUI

p. 263

NOUIEGOHCSAECULUMMORIBUSQUIBSIT
 MALUSBONUMMALUMESSEULTUTSITSUISIMILIS
 TURBANTMISCENTMORRESMALIRAPAXAUARUSINUIDUS
 SACRUMPROFANUMPUBLICUMPRIUATUMHABENTHULCAGENS
 5 HAECEGODOLEOHAEC SUNT QUAEMEEXCRUCIANTHAEC DIES
 NOCT. SQUECANTOTIBIUTCAUEAS
 QUODMANUNONQVAEUNTTANGERETANTUMFASHABENT
 QUOMANUSABSTINEANT
 CETERARAPETRAHEFUGELATELACRUMASHAECMIHIQUOM
 10 UIDEOLICIUNT
 QUIAEGOADHOCGENUSHOMINUMDURAUQUIINPRIUSME
 ADPLUR. SPENETRAUI
 NAMBIMORESMAIORUMLAUDANTEOSDEMLATITANTQUOS
 CONLAUDANT
 15 HISEGOTEARTIBUSGRATIAMFACIONEUCOLASNEUINBUAS
 INGENIUM
 MEOMODOETMORIBUSUIUITOANTIQUISQUAEEGOTIBIPRAECI
 PIOEAFACITO
 NIHIL.....FA..OSMORESTURBIDOSQUIBUS

BONISDEDECORANTSE
 HAECTIBISIMEIMPERIACAPESSMULTABONAINPECTORE
 CONSIDENT

p. 254

* * *

III.

(Occluffioremque habeant ftultiloquentiam lyfitelef)

Multa ref fimitu in meo corde uorfo

Multum in cogitando doloreu indipifcor

Egommet me coquo et macero et defecigo

Magifter mihi exercitor animuf hunc eft

5 Sed hoc non liquet neque fatif cogitatum

Viram potiuf harum mihi artem, expeteffiam

Vtra in aetati agundae arbitref firmiorem

Amor in me an rel opfequi potiuf par fiet

Vtra in parte pluf uoluptati fit uitae adetate agundam

- 10 De hac re mihi satis haud liquet nisi hoc si faciam opinor
 Vtramque rem simul exputem iudex sibi reusque ad eam rem
 Ita faciam ita placet omnium primum
 Amorif artif eloquar quemadmodum expediant
 Numquam amor quenquam
- 15 Nisi cupidum hominem
 Postulat se in plagas conicere
 Eos cupit eos confectatur
 Subdole blanditur ob re consulit
 Blandiloquentulus harpago mendax
 Cuppes auarus eligans despoliator
- 20 Latebricolarum hominum corruptor
 Blandus inops celatū indogator
 Nam quā ad quod damat quam extemplo
 Saus sagittatis percussus
 25 Illico res foras labitur liquitur
 Da mihi hoc mel meum si meamas si audef
 Ibi ille cuculus ocellae mi fiat
 Et istuc et si amplius uis dari dabitur
 Ibi illa pendentem ferit iam amplius orat

30 Non sat id est mali ni amplius etiam
 Quo debet quod comest quod facit sumpti
 Nox datur ducitur familia tota
 Vestiplice unctor auri custos flabelli fere
 Sandaligerulae cantrices cistellatrices
 35 Nuncii renuncii raptores panis et peni
 Fit ipse dum illis comis est inops amator
 Haec ego cum ago cum meo animo et rectillo
 Vbi qui eget quam pretii fit parui
 Apage te amor non pagales nihil te utor
 40 Quanquam illud est dulce esse et bibere
 Amor amara dat tibi satif quod egre fit
 Fugit forum fugat nos cognatos
 Fugat ipse se a suo contutu
 Neque eum sibi amicum volunt dici
 45 Mille modis amor ignorandum est
 Procul adhibendus est atque aptinendus
 Nam qui in amore praecipitavit
 Peius perit quam si saxo saliat
 Apace sis amor tuas res tibi habe

- 50 Amor mihi amicus ne suas unquam
 Sunt tamen quos miserof maleque habeas
 Quos tibi obnoxios fecisti
 Certustad frugem adplicarē animum
 Quanquam ibi animo labof grandis capitur
 55 Bonis sibi haec expetunt rem fidem honorem
 Gloriam et gratiam hoc probis preciumst
 Eo mihi magis lubet cum probis potius
 Quam cum improbis uiuere uandicis LX filio lyfiteles
 SENEX ADVLESC C.
- A. Quo illic homo foras se penetrauit ex aedibus
 60 A. Pater adsum impera quod uis
 Neque tibi ero in mora neque latebrose
 Me apf tuo conspectus occultabo
 A. Feceris par tuis ceteris factis
 Patrem tuum si percoles per pietatem
 65 Nolo ego cum improbis te uiris gnate mi
 Neque in uia neque in foro ullum sermonem exsequi
 Noui ego hoc seculum moribus quibus fit
 Malus bonum malum esse uolt ut sit sui similis

Turbant miscent mores mali rapax auarus inuidus
70 Sacrum profanum publicum priuatum habent hiulcagent
Haec ego doleo haec sunt quae excruciant
Haec dies noctesque canto tibi ut caueas
Quod manu nongunt tangere tantum fas habent quo manus aptineant
Cetera rape trahere fuge late lacrumas
75 Haec mihi quon uideo eliciunt
Quia ego ad hoc genus hominum duravi quin prius
Me ad pluris penetraui
Nam hi mores maiorum laudant eisdem latitant quos conlaudant
Hicce ego te artibus gratiam facio neu colas neclinuas ingenium
80 Meo modo et moribus uiuito antiquis
Quae ego tibi praecipito et facito
Nihil ego istos moros faceos mores et turbidos quibus boni dedecorant se
Haec tibi si mea imperia capesses multabo in pectore confident

* * *

III.

LISITELES

ADOLESCENS

- M** Vitalres simules in meo corde uorfo multū in cogitando
Dolorē indipifcor egomet me coquo & macero & defectigo
Magifter mihi exercitor animus hunc est fed hoc non liquet
Nec fatif cogitatū ſi utrā eegit potius harū mihi artem expetefā
5 Vitram etati agunde arbitrer firmiorē amori in me an rei
Obfequi potiuf parf fiet in p. utra i parte pluf uoluptati fit uite
Ad etatem agundam de hac re mihi fatif haud liquē nifi hoc
Si faciam opinor utrāq' rem ſimul exputē iudex ſim re
Viq' ad eam rē ita faciam ita placet. omniū primū
10 Anoris artif eloquar quēadmodum expedian nūq'
Amor quēq' nifi cupidum hominē poſtulat ſe in plagaf
Conicere eof cupit eof conſectatur ſubdole blanditur ab re
Conſulit blandiloquentiuf harpago mendax cuppef auarus
Elegant deſpoliator latebricolarū hominū corruptor
15 Blanduf inopſ celatū indagator nā q̄ ad quod clamat
Quā extemplo fauif ſagittatif pcuſſuf eſt ilico ref foref
Labitur liquit. da mihi hoc mel meū ſi me amat ſi audeſ
Ibi ille cuculuſ occellemfiat & iſtuc & ſi ampliuf uiſ dari

- Turbant miscent mores mali rapax auarus inuidus
 70 Sacrum profanum publicum priuatum habent hiulcagent
 Haec ego doleo haec sunt quae excruciant
 Haec dies noctesque canto tibi ut caueas
 Quod manu nongunt tangere tantum fas habent quo manus aptineant
 Cetera rape trahere fuge late lacrumas
 75 Haec mihi quon uideo eliciunt
 Quia ego ad hoc genus hominum durauit quin prius
 Me ad pluris penetraui
 Nam hi mores maiorum laudant eisdem latitant quos conlaudant
 Hisce ego te artibus gratiam facio neu colas necinbuas ingenium
 80 Meo modo et moribus uiuio antiquis
 Quae ego tibi praecipito et facito
 Nihil ego istos moros faceos mores et turbidos quibus boni dedecorant se
 Haec tibi si mea imperia capesses multabo in pectore confident

* * *

LISITELES

ADOLESCENS

- M** Vitaſref ſimuleſ in meo corde uorſo multū in cogitando
 Dolorē indipiſcor egomet me coquo & macero & defectigo
 Magiſter mihi exercitor animuſ hunc eſt ſed hoc non liquet
 Nec ſatiſ cogitatū ſi utrā eogit potiuſ harū mihi artem expeteſſā
 5 Vtram etati agunde arbitrer firmiorē amori in me an rei
 Obſequi potiuſ parſ fiet in p. utra ī parte pluſ uoluptati ſit uite
 Ad etatem agundam de hac re mihi ſatiſ haud liquet niſi hoc
 Si faciam opinor utrāq' rem ſimul exputē iudex ſim re
 Viſq' ad eam rē ita faciam ita placet. omniū primū
 10 Amoriſ artiſ eloquar quēadmodum expediant nunq̄
 Amor quēq̄ niſi cupidum hominē poſtulat ſe in plagas
 Conicere eoſ cupit eoſ conſectatur ſubdole blanditur ab re
 Conſulit blandiloquentiuſ harpago mendax cuppeſ auaruſ
 Eleganuſ deſpoliator latebricolarū hominū corruptor
 15 Blanduſ inopſ celatū indagator nā q̄ ad quod clamat
 Quā extemplo ſaniſ ſagittatiſ peuſſuſ eſt ilico reſ foreſ
 Labitur liquit. da mihi hoc mel meū ſi me amaſ ſi audeſ
 Ibi ille cuculuſ occelleminiſt & iſtuc & ſi ampliū uiſ dari

Dabitur ab ista pendente ferit iam amplius orat non sat
 20 Idē mali ni amplius extra quo debebit quod comest
 Quod facit sumptis nox datur dicitur familia tota
 Vestipice unctor huius custos fabellifere sandaligerule
 Cantrices cistellatrees nuntii raptores panis & peni
 Fit ipse dum illis comis est inops amator hec ego cum ego cū
 25 Meo animo et recolo tibi q̄ eget quā precii sit paruiapagete
 Amor non palages nihil te utor quāq̄ illud est dulce esse et bibere
 Amor amara dat tibi satis quod egre fit fugit forū fugat uos
 Cognatos fugat ipse se a suo contutu
 Neque enim eum sibi amicū volūt dici mille modis amor ignorandus
 30 Procul adhibendus est atq̄ abtendus nam q̄ in amore
 Precipitavit peius perit q̄ si saxo sariat apage sis amor
 Tuas res tibi habe . amor mihi amicus nescias unq̄. sunt tamen
 Quos miserof maleque habeas quos tibi obnoxios fecisti
 Certunt ad frugē applicare animū quāq̄ ibi animo
 35 Labos grandis capitur bonis sibi hec expētunt rē sice honorē
 Otoriam & gratiam hoc probis pretiūst eo mihi magis habēt
 Cum probis potius q̄ cum improbis uiuere uarridicis

FILIO SENEX LISTELES ADOLESCENS

Fl. **Q**uo illic homo illic homo se penetravit ex edibus. Li. Pater adsum
 Impera quod uis neq' tibi ero in mora neq' latebrose me absento

40 **C**onspicuas occultabo. Fl. Feceris partius certus facis patri

Tuum si peoles p' pietate . noto ego cum improbis te uiris

Gnate mi neq' in uia neq' in foro ullum sermonem exeq

Noui ego hoc seculu moribus quibus sit malus bonummalum

Esse uult ut sit supsimilis turbant miscent mores mali rapax

45 **A**uarus inuidus sacru profanu publicum priuatu habent

Huica gens . haec ego deteo hec sunt quem excruciant

Hec dies noctesq' tibi canto ut caueas quod manu non queut

Tangere tantum fas habent quo manus abstineant

Cetera rape trahere late lacrumas hec mihi cu uideo

50 **E**licunt quia ego ad hoc genus hominu durau qn prius

Me ad pluris penetraui . nam hi mores maioru laudant

Eisdem latitant hinc ego te artibus gratia facio neucolas

Neu imbuas ingeniu meo modo et moribus uiuito antiquis

Que ego tibi precipito et facito nihil ego istos moros fac eos

55 **M**ores et turbidos quibus boni dedecorant se hec tibi si mea

Imperia capestes multa bona in pectore confident

CCCXIV

Horum igitur exemplorum ope etsi Ambrosiani Veterisque cum discrepantiam tum convenientiam, qui volet, nec inutiliter nec iniucunde poterit per singula persequi atque expendere, nos tamen ea opera a nobis nunc semota satius duximus paucorum versuum notabiliorem scripturam in editione receptam breviter defendere. Et versum quidem 242 Ambrosiani auxilio videor certissime sic restituisse :

Nam qui amat, quod amat, quom extemplo eius sauiis percussus est.

 hoc Hermannus. om. libri cum **A** vicissatim Scaliger, Bo-
 thius 174. at **H** FAC **A**, Hermannus. face reliqui, nisi
 quod face ut **H**

Vtrum indicare me ei thesaurum aequom fuit, . 175
 Aduorsum quam eius me opsecravisset pater?
 An ego alium dominum paterer fieri his aedibus?
 Qui emisset, eius essetne ea pecunia?
 Emi egomet potius aedis: argentum dedi
 Thensauri causa, ut saluom amico traderem. 180
 Neque adeo hasce emi mihi neque usurae meae:
 Illi redemi rusum, a me argentum dedi.
 Haec, siue recte seu peruorse facta sunt,
 Ego me fecisse confiteor, Megaronides.
 En mea malefacta, meam en auaritiam tibi. 185
 Hascine propter res mihi malas famas ferunt?

175. Virum **B** idicare **C** ei] er **C** thesaurum
DaFHZ. thesaurum **Ea**. thesaurum **A**, reliqui equum **A**. equum
E 176. Aduersum libri cum **A** quam **ABCDEaGHH**.
 quod **EbFZ**, Acidalius et me eius transponens Hermannus
 opsecrauisset **BC**. obseruauisset **H**. obsecrauisset reliqui 177.
 HISARDIBUS **A**. hiscaedibus **C**. hiscedibus **EaG**. hisce aedibus reliqui
 178. eiusnessetne **D** 179. aedii libri omnes 180. thesauri
FGHZ. thesauri **A** cum reliquis saluom **B**. saluum **A** cum
 reliquis 181. HASCEMI **A** USSURAE **A** ut videtur. usuro
EF mee **EF**. me **H** 182. redimi **F** rusum **R**. rusum
BCDEaK (et **D** quidem redemir' sum, **EaK** redemirus sum).
 rursum **EbFGHZ** 183. Haec siue recte **R** Parerg. Pl. I, p.
 515. Haec (Hec **E**) sunt seu recte libri, nisi quod si pro seu **A**,
 recte **CB**. Haec seu sunt recta Bothius PERUORSAE **A**. peruerse
C. peruorse reliqui 184. Ego me Lambinus, Dousa ms., et ut
 videtur **A**. emet **D**. egomet reliqui. Quare ego me Lomanus p. 73
 185. En Hermannus. Em **B**. hem reliqui mea] mea tibi
 Hermannus malefacta **C** meam en **R**. em meam **B**. hem
 meam reliqui. Nisi praestat auaritiam en meam tibi: praecertim
 cum non liqueat, utrum in **A** sit MEAMAUARITIAM AN AUARITIAM
 MEAM auaritiam **F** 186. ante hascine personae spatium
DEGK Hascine propter Pareus, Hermannus. Hascine (Nascine
BF) me propter libri: de **A** non satis liquet res mihi malas famas
 ferunt **R**. RESMALASFAMASFERUNT **A**. ref maledictas famas ferunt

MEGARONIDES.

Pausá: uicisti cástigatorém tuum.

Occlústi linguam: nihil est quod respódeam.

CALLICLES.

Nunc égo te quaeso, ut me ópera et consilió iuues,

Commúnicesque hauc mécum meam prouínciam. 190

MEGARONIDES.

Polliceor operam.

CALLICLES.

Ergo úbi eris paulo póst?

MEGARONIDES.

Domi.

CALLICLES.

Numquid vis?

MEGARONIDES.

Cures túam fidem.

reliqui, etiam Leidensis Gronovii. res maledicta differunt Camerarius. res maledictis differunt Dousa Pl. Explan. IV, 22. Alia Scioppius Susp. lect. V, 13, Gronovius Obsero. IV, 3. res maledicas famas ferunt Salmasius, Hermannus, et cum Pareo serunt proponens Boethius 187. ME.] spatium D uicisti] insisti E gatorum B, casti B marg. 188. occlusti ABCEBK. occlusti DB. occlussisti FL. occidisti DaEaGH quod A. qui reliqui 189. CA.] spatium D te supr. scr. D queso DH mea F uiues EFG 190. tecum meam nescio unde Lambinus, qui veteres libros nonnullos ait habere meum mecam pronuntiam C 191. ME.] spatium D, usque ad finem huius scenae personarum notis carens omnibus polliceor F CA. Camerarius. om. libri paulo post? ME. domi Camerarius. paulo post domi libri praeter H. paulo post? CA. domi H, Angelius. ME. paulo post domi? Scaliger 192. CA. om. CHH Numquid AC. Nunquid vel nūquid reliqui uis] me uis M curet ANZ. cur ē B. curet CDEaGH. cura EBF CA. om. M

CALLICLES.

Fit sédulo.

MEGARONIDES.

Set quíd ais?

CALLICLES.

Quid uis?

MEGARONIDES.

'Vbi nunc adulescéns habet?

CALLICLES.

Posticulum hoc recépit, quom aedis uéndidit.

MEGARONIDES.

Istúc uolebam scire. i sane núnc iam.

195

Set quíd ais, quid nunc uirgo? nempe aput tést?

CALLICLES.

Itast,

Iuxtáque eam curo cùm mea.

MEGARONIDES.

Recté facis.

flet **AEBFH**. fit reliqui 193. Me. om. **CEaHH**
 CA. om. **C**. ME. **H**, qui in hac personarum permutatione pergit
 usque ad v. 199 adolescent **FH**. adulescent reliqui cum **A**
 habet] abiit **EaH** 194. quom **B**. cum **A** cum reliquis aedes
H. edific **E** uenderet Nonius p. 384, sed uendit idem p. 54
 et Gellius XVII, 6 195. uolebat **B**. uolebat **C** nunciam
BCDE 196. quid nunc uirgo? nempe Megaronidi continent
A (in quo etsi personarum notae nullae perscriptae sunt, tamen
 in mediis versibus binarum notae nullae perscriptae sunt)
BCD (in quo nepe sup. scr.) **EaGHH**, Bothius. CA. quid? ME.
 nunc uirgo nempe **EbFL**. CA. quid nunc? ME. uirgo nempe Aci-
 datius APVT **A**. apud reliqui te est libri cum **A** CA.
 om. **CG** ITAST **A**. ita est **BCA**. ita est **DEG**. ita est **FHZ**
 197. affert Nonius p. 322 mea] ea **F** 198. CA. om.
CEaGH

CALLICLES.

Numquid, priusquam abeo, mé rogaturú's?

MEGARONIDES.

Vale.

Nihil ést profecto stúltius neque stólidius,
 Mendáciloquiús níl neque adeo argútius, 200
 Neque cónfidentilóquiús neque periúriús,
 Quam urbáni adsidui cíues, quos scurrás uocant.
 Atque égomet me adeo cúm illis una ibidém traho:
 Qui illórum uerbis fálsis acceptór fui,
 Qui omniá se simulant scíre ueque quicquám sciunt. 205
 Quod quisque in animo aut hábet aut habiturúst, sciunt:
 Sciúnt, quid in aurem réx reginae díxerit:
 Sciúnt, quod Inno fábulatast cúm Ioue:
 Quae néque sunt neque futúra sunt, illi sciunt.

NUMQUIT *A.* num *reliqui* rogaturus *libri cum A.* praeter
 rogaturus *Z.* 199. stultius]stulticius *B.* neque stolidius us-
 que ad argutum magis post assidui collocat *H.* 200. Mendac-
 iloquiús níl *R.* neque mendaciloquiús *libri cum A.* neque adeo
 argutius *R.* NEQUEADEOARGUTUMMAGIS *A.* neque argutum magis *re-*
liqui 202. urbani *B.* assidui *AB.* assidui *reliqui* quos-
 CURRAS *A.* 203. adque *C.* ego me *B.* ego me me *EFH*
 205. sese scire simulabant *H.* se simulant simulant scire *K.*
 NEQ QUICQUAM *A.* neque quicquam *F.* nequicquam *B.* nec quicquam
reliqui 206. om. *K.* quisque] quis *H.* aut habet *R.* habet
libri cum A. HABITURUST *A.* *B m. rec., Bentleyus sched. de metr.*
Ter. p. XVIII ed. Lips. habiturus *BaH.* habitaturi *CDEG.* ha-
 bituri *FZ.* habiturus est *Camerarius* sunt *Z.* 207. om. *H.*
 Sciunt quid *Hermannus.* sciunt id quod *libri,* nisi quod garrire
 id quod *F.* sciunt quod *Guyetus, Bentleyus* 208. Sciunt quod]
 ITEMSCIUNTIDQUOD *A.* quod *H.* Sciunt quid *Bothius* [Inno] Time
H. fabulata si *BCDGH.* fabulata sit *Z.* fabulata est *reliqui*
 209. Quae neque sunt neque futura sunt, illi *R.* QUAE NEQUEFU-
 TURANEQUE SUNT AMEN ILLI *A., Bentleyus.* Quae neque futura neque

Falsón' an uero laudent, culpent quém uelint, 210
 Non flócci faciunt, dúm illut, quod lubeát, sciant.
 Omnés mortales hunc aiebant Cálliclem
 Indignum ciuitáte ac sese uiuere,
 Bonís qui hunc adolescéntem euortissét suis.
 Ego de eorum uerbis famigeratorum insciens 215
 Prosilui amicum cástigatum innóxiúm.
 Quodsi éxquiratur úsque ab stirpe auctóritas,
 Vndé quid auditum dicant: nisi id appáreat,
 Famigeratori rés sit cum dampno ét malo:
 Hoc ita si fiat, público fiát bono. 220
 Pauci sint faxim, qui sciant quod nésciunt,
 Oclúsioremque hábeant stultiloquéntiam.

facta sunt tamen illi *reliqui libri*, nisi quod facta post illi iterat **H**.
 Neque facta neque futura tamen illi *Hermannus* 210. falso an
B. falso an **F**. falso nam *reliqui* 211. foci **HK** • UBRANT
A 212. omnes mortales **EbH**. omnis mortalis **BCDEaGKL**.
 omnis mortales **F** nunc hunc albant *Hermannus* callidem
FH 213. ciuitate]cuntare **H** ac sese *Guilielmus Verisim.*
I, 24. hac effat **BCDEaG**. hac esse **EbFZ**. hac esse et (**HK**?)
Taubmannus. hac et se *Acidalius*, *Hermannus*. In **A** visum est
 HÆC apparere 214. BONISQUE **A** adolescentem *libri praeter*
AB EUORTISSEOMNIBUS **A**. euertisset suis *reliqui* 215. de
 eorum uerbis **B**. DEORUMUERBIS **A**. de uerbis eorum **CDEGKL**.
 de uerbis **H**. de uerbis illorum **F** famigeratorum **C** INS-
 CIENS **A**. inscius *reliqui* 217. EX • QU • RATUR **A** ubique **H**
 apstirpe **B** 218. quid *Scaliger*. QUIDQUID **A**. quicquid *reliqui*.
 quidque *Acidalius* 219. famigeratori res *Guilielmus Quaest. in Trin.*
c. 1, *Scaliger*: et sic **A** ut videtur. famigerator ire **BDEaGK**.
 famigerator ire **C**. famigerator ne **EbFZ**. famigeratoris res *Acida-*
lius dampno **C**. damno *reliqui* 220. bono] bo **C** 221. pauci
 sint faxim *Camerarius*. paucif ini faxim **BCDgK**. paucif ini **Ea**.
 paucissimi **H**. paucissimi faxim **EbFZ** 222. occlusiorem habeant
H stultiloquentiam *lysiteles* **BCD**

ACTVS II.

L Y S I T E L E S .

Multás res simitu in meó corde uórso,
 Multum in cogitáudo dolórem indipiscor.
 Egomét me coquo ét macero ét defetigo: 225
 Magíster mihi éxercitór animus núnc est.
 Set hóc non liquét nec satís cogitátumst,
 Vtrám potlius hárum mihi ártem expetéssam,
 Vtram aétati agúndae arbitréf firmiórem:

Act. II. Scen. 1. LYSITELES A. LISITELES ADOL D.
 Lyfitelef adol' **Z.** LISITELES ADOLESCENS **E.** Lyfitelef adoles-
 cent **F.** LISIT it ADVLESCENTES **C. om. B** De versuum di-
 stinctione, qualem libri praebeant, dictum est in praefatione. Ab
 Hermanno, quibusdam in partibus etiam a Bothio, tantum susce-
 pimus quantum videretur recte descriptum esse 223. Multa
B simita **AB.** similes **CD.** similes **Ea.** simul **EEZ**
 CORDEMEO **A** uerso **F** 224. MULTA **A** INDISPICOR **A.**
 indispiscor **Da** 225. Egomét me coquo **ABEa.** egomet me co-
 quo quo **CD.** egomet me concoquo **EFFZ.** ego me et concoquo
 Hermannus defectigo **Ba.** defectigo. **CDEa.** 226. exer-
 citorque Hermannus, qui vitandae diastoles causa potuerat exercitor
 núnc est animus NUNC **A.** hunc **BCDEa.** hinc **Z.** hic **EEF**
 227. nec **(A)EFFZ.** neque **BCD** COGITATUMEST **(A.)** co-
 gitatum (si reliqui 228. ueram **FZ** artem] partem Acidalius
 229. Vtrainastati **B** etati **E** agunde **DE** arbitref **B**

Amórin me an réi opsequi potius par sit: 230

Vtra in parte plús sit uolúptatis uítæ.

[Ad ætatem agundam.]

De hac ré | mihi sãtis hau | liquet: | nisi hóc | sic faciam,
 õpñor,

Vt utrãque rem | simul expütem | iudex | sim reusque ad
 eã rem.

Ita fáciã: ita placét. 235

'Omnium primum amóris arteis, quemádmódum expédiant,
 éloquar.

Númquam amor quemquã nisi cupidum póstulat se ho-
 minem in plagas

Cónicere: eos petit, eos sectatur, súbdole ab re cónsulit:

230. amorin me an **CD**. amor in me an **B**. amor in me an **E**. amor in me an **FZ**. amorine me an *Hermannus* opsequi **B**. obsequi reliqui part **DE** sit **A**, *Hermannus*. siet reliqui *Ceterum nescio an rationi convenientius hic versus aut ante v. 229 aut post v. 231 legatur* 231. utram **C** sit uoluptatis *Hermannus*. UOLUPTATIS **A**. uoluptati sit reliqui. uoluptatis sit *Angelius* 232. adetate agunda **B**. *Non dubito quin e glossemate irrepserint, etiam in A* 233. transponendum fortasse mhi hau satis HAU **A** ut videtur. haud reliqui SIC **A** ut videtur, *Pius*. si reliqui libri 234. UTUTRAMQUE **A**. utramque **BCDE**. utranque **F**. om. **Z** rem om. **Z**. *Primus* utramque rem addidit *Angelius* sim re Vsq̄ **CDEF**. sim reuf Que **Z** 235. faciam ita] faciam ut **F** 236. ART • • S **A** (*h. e. ARTEIS*). artef **F**. artif reliqui quemadmodum expédiant eloquar **R**, *Lindemannus*. ELOQUARQUEMADMODUMSERXPEDIANT **A**. eloquar quemadmodum expédiant reliqui. (*expotant Palmerius Spicil. p. 762*) 237. numquam **ABC**. nunquam **EFZ** quemquam **AC**. quenquam **BF** postulat se hominem **R**. hominem postulat se libri cum **A** 238. conilcere **F**. conicere reliqui cum **A** PETIT • O • SECTATUR **A**, quod potius eos quam con interpretor. cupit eos confectatur reliqui. *Rectius fortasse petit, sectatur scribetur* súbdole **R**. súbdole blanditur libri cum **A** e glossemate ab] ob **B**

Blandiloquentulúst, harpagó, mendax, cúppes,
 Despóliator, látebricolarum hóminum corrúptor, 240
 Celátum indagátor.

Nám qui amat, quod amát, quom extemplo eius sáuiis
 percúsus est,

'Illico rés foras lábitur, líquitur.

'Dá mihi hoc, méi meum, sí me amas, si aúdes.'

'Atque ibi ille cucúlus: 'o ocellé mi, fíat: 245

Ét istuc, et si ámplius uís dari, dábitur.'

239 sqq. sic scriptos **B** habet:

Blandiloquentulus harpago mendax
 Cuppes auarus elligant despoliator
 Latebricolarum hominum corruptor
 Blandus inops celatū indagator

A quo exemplo in singulis non discrepant reliqui, nisi quod elegans omnes, CORRUMPTOR A, celatū CD, celati EBFZ (de A non liquet.) Glossemata esse auarus, elegans, blandus, inops vidit Hermannus praef. p. XI: quo praecunte bacchiacos descripsimus. Quanquam dubitari potest num continuandi sint trochaici:

Blándiloquentulus, méndax, cuppes, déspoliator, hárpago,
 Látebricolarum hominú corruptor, cêlatum indagátor est.

242. NAMQUIAMATQUODAMAT **A**. nam quā ad quod damat **B**. namq' ad quod clamat **C**. nā quā ad quod clamat **DEZ**. nec quenquam Ad-clamat **F**. nam quum quis clam amat *Saracenus*. nam qui ab eo quod amat *Camerarius* quom *Bothius*. quem **F**. quam reliqui cum **A** eius **R**. om. libri SAUIISPERCULSUSEST **A**. sauis sagittatis percussus **B**. sauis sagittatis percussus est **CDEa**. suis sagittis percussus est **EBF**. suis sagittis percussus est **Z**. saui sagittis percussus *per-eleganter Hermannus* 243. Illico **ACDEFZ**. illico **B** fore **Ea** dabitur **D** loquitur **F** 244—251 *creticos catalecticis descripsit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 212 (Epitom. p. 77 ed. II): mihi 247—249 dimetri trochaici visi* Pro

si me amas si audes in **A** apparet **SIMEAUDESS** (reliqua legi nequeunt) h. e. si me audes si me amas ut videtur aude **BCDEa**. audis **EBFZ**, Hermannus 245. Atque ibi **R**. ABI **A**. Ibi reliqui. Ibi tum Hermannus. An at ibi? o ocelle *Lindemannus*. ocelle **AFZ**. ocelle **BCDE**. hem ocelle *Hermannus*

'Ibi illa pendentem ferit.

Iam amplius orat: non satis

'Id malist, ni etiam amplius,

Quod bibit, quod comest, quod facit sumpti. 250

Nox datur: ducitur familia ei tota,

Vestiplica, unctor, auri custos, stibelliferæ, sandaligerulæ,

Cántrices, cistellatrices, nuntii, renuntii,

Raptóres panis et peni.

Fit ipse, dum illis comis est, 255

Inops amator. hæc ego

Quom ago cum meo animo, et quom recolo, ubi
qui egét,

247. Ibi illa *BCDZ*. IBIILLAM *A* ab illa *Em*. ad illa *EB*. ad
Iliam *F*. Ibi *Hermannus*, sic *creticos continuans*:

'Ibi pendentem ferit: iam amplius orat:

Non satis id est mali, ni amplius etiam.

248. SATIS *A*. sat reliqui 249. id malist *B*. id est mali libri
ETIAMAMPLIUS *A* ut videtur. amplius etiam reliqui 250. inter
etiam et quod vacuum spatium *C* quod bibit *EBFZ*. QUODCOMEST
A. quo debet *BCDEB*. quod ebibit Nonius p. 484, *Camerarius*,
etiam *Bentleius* in *Ter. Eun. V, 8, 57*. quod et bibit *Nonius* p. 61
SUMPTUI *A* 251. familia ei *B*. familia libri cum *A* 252.
Vestiplica *B*. VESTIPPLICA *A*. vestipplice *BC*. vestipplice *DE*. vesti-
splici *F*, *Nonius* p. 19. vestipplicii *Z*. vestipplici *Aldus*. vestipplice *Ca-*
merarius uncto *C* stibellifere *BCZ*. stibellifere *DAEB*
sandaligerulæ *C*. scandaligerule *E* 253. nuntii renuntii
AEF. nuntii renuntii *D*. nuntii renuntii *BCZ* 254. *Pro his*
dimetris iambicis trochaicum septenarium cum bacchiaca clau-
sula Hermannus:

Panis et peni raptores: ipse, dum illis comis est,

Inops fit amator.

hec *EF* 257. cum ago cum meo animo et recolo libri,
nisi quod et om. *Z*, rectilo habet *B*. In *A* ab initio apparet quom:
reliqua satis discrepare videntur, sed legi non potuerunt, nisi quod
extrema ad *REPUTO* propius accedunt quam ad *RECOLO*. Interim
duos catalecticis posui, sed quos expectare emendationem putem

Preſi quam ſit párvī: apage amór, non placés:
 Nil te útor. quanquámſt illut dúlce, eſſe et bíbere,
 Amór amari dát tamen ſatís, quod ſit aégre: 260
 Fugít forum, fugát tuos cognátos, fugát te

Ipsum á tuo contútu.

[Neque eum ſibi amicum uolunt dici.]

Mílle modis amor ígnorandust, prócul abduendust, ápſtinéndust.
 Nám qui in amorem præcípitaui, péius perit quaſi saxo
 ſaliat. 265

258. Preſi quam **R**. quam preſi (**A**)**BD**. quam preſi *reliqui*
 apage amor **R**, *Donatus in Eun. IV, 6, 18.* apage te amor
libri cum A. Cf. Handium Turſell. I, p. 404 placeſ] pagaleſ
B. palageſ **CDAEa** 259. nihil libri quamquam **AC**.
Iungebatur hoc ſuperioribus eſt illut dulce **R**. illud eſt dulce
libri cum A. illud dulce eſt *Hermannus* bíbere, amor **R**. bíbere.
 Amor *vulgabatur* amari **R**. amara libri cum (**A**) DAT
 AME • SATIS **A**, quod dat tamen ſatís *interpretatus ſum.* dat tibi ſatís
reliqui ſit aégre **R**. aégre ſit **Z**. aégre ſit **BCDEF**
 261. 262. tuos *Camerarius.* uof libri fugát te ipſum a tuo **R**.
 fugát ipſe ſe a ſuo **BCDEFZ**. FUGAT ••••• M ••••• SUO **A**, quæ
nescio an fugát ipſuſ ſemet ſuo valeant. Trimetri bacchiaci in
promptu ſint, niſi ſuſpectum hoc genus:

Fugát forum, fugát tuos cognátos,
 Fugát temet á tuo contútu

(*vel ſecundum libros*

Fugát ſe ipſuſ á ſuo contútu),

[Neque eum ſibi uolunt dici amicum.]

contútu **Z**. contútu *reliqui* 263. *interpolatori deberi ſenſit Bothius*
 RUM **AB**. enim eum **CDEFZ** uolunt dici amicum *Hermannus*
 264. ignorandust **CDEFZ**. ignorandum eſt **B** abduendust
R. ADHIBENDUSATQUE (**A**.) adhibenduſ eſt atque (adque **C**) *reliqui*.
 abhibenduſ eſt *Acidaliuſ*, adhibenduſ *Balbachiuſ Obs. crit. in*
Pl. p. 52, habenduſ *alii* abſtinenduſ *Saracenuſ. ABST • NDUST*
A. aptinenduſ **B**. abtinenduſ **CE**. abtinend **D**. abſtinendum **Z**. ab-
 ſtinenduſ eſt **F** 265. amore **BCDEF** præcípitaui
CDE perit **F**. P ••••• T **A** h. e. ut videtur PERIT quaſi
Lindemannuſ. quam ſi libri de saxo *Hermannuſ.* Quod ſi
necceſſarium ſit, non ſine aliqua audacia coniciat ſic ſcriptum

'Apage te sis, amor: tūas res tibi habéto.

'Amor, amicūs mihi né fuas. umquam:

Sunt tamen, quós miseros misere maleque hábeas,

Quós tibi obnoxios fácite fecisti.

Cérta res ést ad frugem ádplicare ánimum: 270

Quánquam ibi grándis animó labos cápitur:

Bóni sibi haec éxpetunt, rém, fidem et honórem,

Glóriam et grátiam: hóc probis pretiumst.

Ēo mihi mágis lubet cúm probis úna

Pótius quam cum ímprobis vívere vanidicis. 275

fuisse: Qui in amorem praecipitat, peius péreat quasi de saxo sallat. *Nisi forte ex interpretamento sunt in amorem, ut sic scripserit poeta*: Nám qui eo (vel Qui in eum) praecipitáult, peius péreat, quasi de saxo sallat 266. *AILAGE graecis litteris ut videtur A.* apace

BCDca te *R. om. libri* HABETO *A.* habe reliqui: quo servato si tūas tibi rés scripseris, acatalectum effeceris. *Licebat etiam bacchiacum constituere*: Apáge sis, amor, tibi tuás res habéto. *Continuavi tamen creticos catalecticos ad finem scenae* 267.

AMICUSMIRI *A.* mihi amicuf reliqui umquam *CD.* unquam reliqui 268. miseros misere maleque *R.* miserof maleque *BES.* miserof maleque reliqui cum *A.* misere et male *Hermannus* Inter habeat et quof vacuum spatium *C* 269. obnoxios facile fecisti *R.* obnoxios fecisti *libri.* fecisti obnoxios *Acidalius, Hermannus*: quo quis abutatur ad tales versus commendandos, sed eos acatalectos:

Sunt tamen, quós miseros mále habeas, quós tibi Fécisti obnoxios:

vel etiam ad trimetros fingendos:

Sunt tamen, quós miseros mále habeas,
Quós tibi fécisti obnoxios.

270. certa res est *R.* CERTAESTRES *A.* certumst *BCDEaZ.* certumst *EB.* certum est *F* adplicare *BC.* applicare reliqui animuf *Z* 271. quamquam *C* ibi grandis animo labos *R.* ibi animo labof grandis *BCDEaZ.* tibi anime labof grandis *EBF.* IBILABOSGRANDIS *A* 272. bonis *BCDEa* fidem et *R.* fidem *libri cum A* 273. pretiumst *DE.* preciumst *BC.* preciumst *Z.* precium é *F.* PRETIUMEST *A* 274. una *R. om. libri* 275. improbis uinçere *D.* uanidicis *LX* álto *Lyfiteles B, LX puto pro EX h. e. aut exit aut fenex*

PHILTO. LYSITELES.

PHILTO.

Quo illic homo foras se penetráuit ex aédibus?

LYSITELES.

Pater, ádsum: imperá quiduis, néque ero in morá tibi

Nec látebrose me áps tuo conspéctu occultábo.

PHILTO.

Féceris pár tuis céteris fáctis,

Sí patrem pércoles. túam per pietátem, 280

Nólo-ego cum improbis té uiris, gnáto mi,

Act. II. Sc. 2. FILTA LYSITELES A. PHILTO SENEX E. ADVLESCENS C. FILTO SEN. LISITELES ADOLESCENS D. FILTOSE SENEX LISITELES ADOLESCENS E. Philto senex. Lysiteles adolescent FZ. SENEX ADVLESC G B Personarum notas propemodum usque ad finem fabulae nullas CD habent, spatio tamen relictis ubicunque in medium versus (secundum eam, quam illi codices sequuntur, distinctionem vel potius continuitatem scripturae) personarum mutatio incidit. In EB per priorem partem huius scenae A ponitur pro Philtonis nomine, Z pro Lysiteles: inde a medio versus 283 nulla fit nominum significatio 276. A Quo EB illic homo illic homo E FORASSEPENETRAUIT A. foras se penetravit BC, Nonius p. 374. se penetravit sine foras DEFZ. se foras penetrat eleganter Hermannus ex om. Nonius 277. LY.] A B. Ll. E constantem Pater E QUIDUIS A quod nisi reliqui ero in mora tibi B. tibi ero in mora libri. Solutionem ultimae in continuitate numeri qui ferendam neget, ei tibi delendum, et fortasse proximo versus oculam scribendum catalectice 278. nec] nēpe Da. neque reliqui apf B. abf reliqui conspectus BCDE 279. Catalecticos descripsi ut 283 sq. 293 sq. et superioris scenae 344 sqq. 250 sq. 266 sqq. par tuis] partius CDE ceteris DZ. certis E 280. Sic B. patrem tuum si percoles per pietatem libri cum A, nisi quod pietatem D. (factis si) Túam patrem pércoles. pér pietatém tuam Hermannus. perpetim pro per pietatem Scaliger: quo ascito cogitet quispiam de acatalecto: Si patrem tú tuam pércoles pérpetim 281. improbis AD. improbis reliqui mi fortasse irrepsit e proximo

Neque in uia neque in foro mihi ullum sermonem exsequi.

Noui ego hoc saeculum, moribus quibus sit:

Malus bonum malum esse uult, ut sit sui similis;

Turbant, miscent mores mali, rapax, auarus, inuidus; 285

Sacrum profanum, publicum priuatum habent, hiulca gens.

Haec ego doleo, haec sunt quae excruciant, haec dies noctisque canto

ctisque canto

Tibi uti caueas. quod manu nequeunt tangere, tantum fas

habent

Quo manus abstineant: cetera rape, trahe, tene, fuge, late.

Lacrimas mi haec, quom uideo eliciunt, 290

Quia ego ad hoc genus durauit hominum. quin prius me ad

pluris penetraui?

282. foro mihi ullum **R.** FORO...ULLUM **A.** foro ullum *reliqui*.
Fortasse foro mi ullum sermonem exsequer catalectice exequi
CEFZ 283. saeculum **Z.** SAECULUM **A.** seculum *reliqui*
 quibusit **A.** quibus siet *Hermannus* 284. *Iambicos dimetros*
Reizius proponebat apud eundem de metris p. 147 bonu[m] **DE**
 uult **ACDE** ut sit sup[sim]illit **Ea** (subl. **EG**). similis ut
 sit sui *Hermannus* 286. profanum **FZ** publicu[m] **D.** publi-
 cum *reliqui* priuatum **D** 287. sunt] *sup. scr.* **D** quae
 excruciant **BZ.** quae me excruciant **AEEF** (*qui solus excruciant*).
 quem excruciant **CDEa** noctisque *Hermannus*. noctesque *libri*
 canto Tibi uti **R.** canto tibi ut **AB.** tibi canto ut *reliqui*
 nequeunt *Bothius*. nonquaeunt **A.** non queunt *reliqui*. haud queunt
Guyetus, Hermannus tangere **D** 289. abstineant **B.** ab-
 stineat **Ca.** abstineant *reliqui* cetera **BDZ** tene **R.** om.
libri 290. lacrimas **Z** mi haec **R.** haec mihi *libri*
 quom **A.** quom **B.** cum *reliqui* 291. durauit hominum **R.** homi-
 num durauit *libri* quin] quam *Scaliger in Virg. Cop. 6* pluris
libri. plures *Gronoviana*. patres *coniciebat Camerarius*. *Cete-*
rum duos tetrametros facili opera sic restituas:
 Lacrimas haec mihi, quom ea uideo, eliciunt, quia ego ad hoc genus
 hominum perdurauit. quin me ad pluris penetraui prius?
Cf. Parerg. Pl. I, p. 536

Nam hi mores maiórum laudant, ÷osdem lutitant quós con-
laudent.

His ego de ártibus grátiam fácio,

Né colas, ne ínbuas ÷is tuum ingénium.

Měo modo et móribus úiuito antíquis: 295

Quae égo tibi praécipio, ea mémiueris fácito.

Níhil ego istós facetós moror móres,

Túrbidos, quibus boni sése dedécorant.

Haéc tibi sí capessés mea impéria,

Múlta bona in péctore consília consident. 300

LYSITELES.

Sémper ego usque ad hánc aetatem ab incunte adulescéntia

292. hi **Z**. hi *reliqui cum A*, in quo *Ei exstare nescio quo errore l. s. s. testatus sum* lutitant **R** *Parerg. p. 535.* latitant

ABCDEFZ quos conlaudant **AB**. *om. reliqui eosdem, quos laudant, lutant Hermannus* 293. his **A**. hisce *reliqui*

de *Bothius. te libri* 294. ne colas, ne inbuas eis tuum ingenium

R. neu colaf neu inbuaf ingenium **ACDEFZ**, *nisi quod* imbuaf

EFZ. neu colaf neucinbuaf ingenium **B**. (eas) Né colas, neú tuum

ingénium his inbuas *Hermannus. Pro glossematis habuit Bothius*

296. praecipio ea meminere fácito **R**. praecipito et fácito **BCDEaZ**.

praecipito hec fácito **EBF**. praecipio ea fácito *Pius. Potest etiam*

scriptum fuisse praecipio et [suádeo,] fácito vel praecipio, et [cúrato

et] fácito 297. facetos moror **R**. moror faceof **B**. moror facetos

eof **CDEa**. moror fatuof **EBFZ**. MORORF..... **A** moror facetos

Camerarius 298. TURBIDOS **A**, *Hermannus.* et turbidos *reliqui*

BONIS **A** sese dedecorant **R**. dedecorant te *libri cum A*

(*D cum vacuo spatio*). *Poteris etiam* dedecorant sese 299. ca-

passes mea imperia *Hermannus.* mea imperia capesses *libri cum A*

Licebat etiam si mea capesses impéria 300. bona] bo **B**

consilia **R** *duce Hermanno. om. libri cum A* 301. *Novam*

scenam ordiuntur CDE, *continuant ABFZ* LYSITELES

ADVLESCNS PHILIO SENEX **C**. LYSITELES ADOL. FILTO SEN

D. LISITELES ADOLESCENS FILTO SENEX **E** **Z** Semper **B**

(*ut dictum supra*) adolescentia **EFZ** (*non A*)

Tuis seruii seruitutem imperiis praedictis pater.

Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum, pro imperio tuo

Meum animum tibi seruitutem seruire aequom censui.

PHILTO.

Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate depugnat suo, 305

'Vtrum itane esse mauelit, ut cum animus aequom censeat,

'An ita potius, ut parentes eum esse et cognati uelint:

Si animus hominem pepulit, actumst, animo seruit, non sibi;

Sin ipse animum pepulit, uiuit, uictor uictorum cluet.

Tu si animum uicisti potius quam animus te, 'st quod 310

gaudeas.

Nimio satiust, ut opust ita ted esse, quam ut animo lubet.

302. TUIS *A*, *Aldus*. tui reliqui. tuo *Guyetus*, *Hermannus*
 Imperiis praedictis *B*, *h. e. den ausgesprochenen Befehlen*, ut dicto
 imperio *Amph. III, 4, 8*. Imperiis et praeceptis libri cum *A*, nisi
 quod praeceptis *BCE*, et Imperiis *E*. Imperio et praeceptis *Guyetus*,
Hermannus. Imperiis praeceptis *Bothius*. Fortasse tamen interpre-
 tamentum est alterutrum, quo alia vox expulsa, uelut: seruitutem
 strenuam imperiis, pater 303. Pro ingenio ego *ABC*. Pro ingenio
 ego *DE*. Proin ego *FZ* raptus *C* post sum spatium *D*
 tuo libri. tuum *Gronoviana Lipsium secuta* 304. equom *B*.
 equum *E*. aequum reliqui 305. PH. om. *B* ineunti *B*
 306. UTRUMITANE *A*. utrum id itane reliqui. utrum is ita se *Acidalius*.
 utrum is ita *Guyetus*, *Hermannus*. utrum ita se *Bothius* Aequom
A. equom *B*. equum *E*. aequum reliqui 307. parentes *F*. pa-
 rentis reliqui 308. hominem *ACEBFZ*. hominum *BDEa*
 pepulit *A*, *Hermannus*. pepulit reliqui. percussit *Lambinus*
 actumst] actum si *BCD*. actum est si *Z*. actum est *AEZ* seruit
A, *Hermannus*. seruauit *BCDEa*. seruulit *Z*. seruulit *EbF*
 non] *N* *A* sibi] sibi animus *EbF* 309. SIN *A*, *Hermannus*.
 si reliqui pepulit *ABCEa*. pepulit *EbFZ* uulit *Her-*
mannus. dum uulit libri cum *A* (nisi quod inuit *C*) uictorum]
 uirtutum *A* 310. animum si *Hermannus* potius potius *E*
 te est libri 311. SATIUSTUTOPUST *A*. satiust (uel sa tiust) tul
 opust *BCDEaZ*. satiust opust est *EbF* ita ted *R*. te ita libri
 cum (*A*) satiust, te ita, ut opus est transposuit *Hermannus*
 lubet *BCDEa*

[Qui ánimum uincunt, quám quos animus, sémper pro-
biorés cluent.]

LYSITELES.

'Istaec mihi ego sémper habui aetáti integumentúm meae,
Né penetrarem me úsquam, ubi esset dámpni conciliá-
bulum,

Né noctu irem obámbulatum, neú suum adimerem álteri. 315

Ne aégritudiném, pater, tibi párcerem, parsi sédulo:

Sárta tecta túa praecepta usque hábui mea modéstia.

PHILTO.

Éxprobras, bene quód fecisti? tibi fecisti, nón mihi:

Mihi quidem aetas áctast ferme, túa istuc refert máxume.

Bénéfacta beuefáctis aliis pértegito, ne pérpluant: 320

'Is probust, quem paénitet, quam próbus sit et frugi
bonae.

312. *Insititium esse docui Parerg. Pl. I, p. 524 sq.* quos] qui **A** cluent (**A**), *Saracenus. cluentif libri* 313. *istec CDE* mihi ego *Hermannus. ego mihi libri* INTEGUMENTUM **A**. *te-* *gumentum reliqui* meae] Mae **C** 314. *penetrassem Z, cor-* *rectum ab Aldo* dampni **CDE**. *damni reliqui* conciliabo- *lum BCDEbFZ. correxit Aldus.* CONCILIATABULUM **A** 315. *Neinoctu Ba* 316. *Ne aegritudinem pater, tibi R.* *Neu tibi ae-* *giritudinem pater libri cum A (nisi quod egritudinem BCEZ).* *Ne* *aegritudinem tibi pater Bothius* parere **CD** 317. *Sarta tecta]* *sancta FEB.* *sarcta tecta olim fuisse Naekius monet de allitterat.* *p. 385.* precepta **CE** 318. *PH. om. B* Exprobras **R**. *Quid exprobrat? libri cum A, nisi quod exprobrat F* 319. *ACTA* *ESTFERME A, Camerarius e Cic. epist. ad Brut. I, 2, ubi acta ferme* *est editur. acta si fert me BCDEa.* *acta est EbFZ* maxime *AF.* *maxime reliqui.* 320. *Hunc, qui in libris legitur ante v.* *323, huc transposuit Bothius* 321. *A Is B* probust] probust *est libri cum A, nisi quod improbus e Da* PAENITET **A**, *Gro-* *nocius. non penitet reliqui, nisi quod poenitet Z* bone **BCDE**

Qui ipsus sibi satis placet, nec próbus est nec frugí bonae:
 Qui ipsus se contémpnit, in eost índoles índústriæ.

LYSITELES.

'Ob eam rem hæc, pater, autumaui, quia res quaedamst,
 quám uolo

Ego me a te exoráre.

PHILTO.

Quid id est? dáre iam ueniam géstio. 325

LYSITELES.

'Adulescenti hinc género summó, amico atque aequalí meo,
 Mínus qui caute et cógitate súam rem tractauit, pater,
 Béne uolo illi fácere, nisi tu nón uis.

PHILTO.

Nempe dé tuo?

LYSITELES.

Dé meo: nam quód tuumst, meúmst, omne meum autém
 tuumst.

Versum 323 om. CDEFZ, ex B protraxit Scioppius Susp. lect. II, 13. Tenet etiam A ipsius B, cum rasura inter hanc vocem et proximam bone B 323. contempnit BCD. contemnit reliqui eost BCDE. east Z. eo est AF 324. autumau C quaedamst Z. quaedamst B. quae dant C. que dant DEa. quaedam est AEF 325. ATE A. apste B. abs te reliqui

PH. om. B DARIAMUENIAM A. ueniam dare iam B. ueniam iam dare reliqui 326. adolescenti EF (non A) huic libri: quod cum deleri iussissem, in hinc mutavit Vollbehrius coll. Ter. Andr. I, 1, 14 equali BE 328. ILLI A. ego illi reliqui NISTUNONUIS A. si tu non neuis reliqui. neuis hinc excerpit grammaticus, cuius glossarium Plautinum edidimus Ind. schol. aest. Bonn. a. 1846 PH. om. B nepe CDEa 329. tuumst meumst Z. tuúst meúst B. tuum simmeum si CDEa. tuum est meum est AFEb

omne meum autem tuumst Hermannus. omne meum est autem tuum AEFZ. omne meúst autem tuum B. omné meú si autem tuum CDEa. Duriuscula sit scribendi meliendique versus hæc ratio: Dé meó: nam quód tuumst, meumst, ómne autém meúmst tuum

PHILTO.

Quid is? egetne?

LYSITELES.

Egét.

PHILTO.

Habuitne rem?

LYSITELES.

Hábit.

PHILTO.

Qui eam pérdidit? 330

Públicisne adfinis fuit an máritumis negótiis?

Mércaturamne án uenalis hábit, ubi rem pérdidit?

LYSITELES.

Níhil istorum.

PHILTO.

Quid igitur?

LYSITELES.

Per cómitatem edepól, pater.

Praétereá aliquantum ánimi causa in déliciis dispérdidit.

PHILTO.

Édepol hominem praédicatum firme et familiáriter, 335

Quí quidem nusquam pér uirtutem rém confregit, átque eget.

Níl moror cum tibi esse amicum cum éiusmodi uirtútibus.

330. LY. habuit] C habuit (sic) B PH.] Z B 331. affinis
F. adfinis reliqui cum A maritū is *CDEa* negociis *EFZ*
 332. mercatura ne an *F.* mercaturam eam *Nonius p. 213* uenalis
idem. uenales libri urbi *F* 333. storum B PH. om. B
 LY. om. *BZ* aedepol *FZ* 335. aedepol *FZ* pre-
 dicatum *CE.* PRAEMA •• ATUM A, et ita quidem ut evanidarum lit-
 terarum prior esse n videatur. Quaerendum igitur, num prae-
 mandatus possit tanquam prae-commendatus esse FIRMENT A.
 ferme reliqui 336. quid quidē *BCDEa* nusquam *ABC.*
 numquam D. nunquam *EFZ* adque C 337. Nihil libri cum
 A Versus 336. 337 inter se transponi iubebat Acidalius

LYSITELES.

Quia sine omni málitiast, toleráre ei egestatém uolo.

PHILTO.

Dé mendico mále meretur, qui ĩi dat, quod edit aut bibat:
Nam ét illut, quod dat, pérdit et illi pródit uitam ad 340
miseriam.

Nón eo haec dico, quín, quae tu uis, égo uelim et faciám
lubens:

Sét ego hoc uerbum quóm illi quoidam díco, praemonstró tibi,
'Vt ita te aliorúm miserescat, né tis alios misereat.

LYSITELES.

Désérere illum et déiuuare in rébus aduorsís pudet.

PHILTO.

Pól pudere quám pigere praéstát totidem lítteris. 345

338. Quia **EBF** sint **EB** malitia est tolerare *Camerarius*. MALITIAESTOLERARE **A**. malitia sit olerare **B**. malitia si tolerare **CDEZ**. malicia tolerare **F** ei egestatem **R Parerg. I, p. 536 sq.** eius egestatem **ADEFZ**. egestatem eius **BC**: unde qui proficiscatur, egestatem ei commendare poterit 339. quo dedit **BDEa** AUTBIBAT **A**, *Reizius ap. Herm. praef. p. IX.* aut quod bibat reliqui 340. illud libri praeter **B** PRODIT **A**, *Servius in Aen. IV, 331.* producti reliqui 341. KOHARC **A**. eo hec **B**. eo hoc **DFZ**. ego hoc **CE** quin quae (**A**), *Saracenus.* quinque **B**. quāque **DZ**. quamque **CEP**. 342. quom illi quoidam **B**. cum illi cuidam reliqui cum **A** premonstro **CE**. praemonstro **B** 343. MISERESCATNETISALIOS **A**. miserescat ne tui alios *Camerarii editio altera, Bentleyus in Ter. Hec. I, 1, 7.* miseret caue tui alius **B**. miseret (cum spatio) caue tui alius **CDE** (nisi quod alius **C**). miser et caue tui alius **F**. misereat caue tui alius **Z**. misereat caue tui alios *Pius.* misereat ne tui alios *Scaliger* 344. deiuuare libri cum **A**. desinuare *Scaliger, Guyetus.* desiuare *Lipsius e Festo Pauli p. 73* aduorsis **AB**. aduersis reliqui 345. affert *Nonius p. 483* Pob **B** prestat **CD**

LYSITELES.

Édèpol doum uirtúte dicam, páter, et maiorum ét tua
 Múlta boua bene pártá habemus: béne si amico féceris,
 Né pigeat fecísse; ut potius púdeat, si non féceris.

PHILTO.

Dé magnis diuítis si quid démas, plus fit án minus?

LYSITELES.

Mínus, pater. set cíui immuni scín quid cantári solet? 350
 Quód habes ne habeás, et illuc, quod nón habes, habeás,
 malum:

Quándoquidem nec tibi bene esse póte pati neque álteri.

PHILTO.

Scío equidem istuc íta solere fieri: uerum, gnáte mi,
 'Is est immunis, quói nihil est, qui múnus fungatúr suum.

LYSITELES.

Dëum uirtute habémus, et qui nósmet utamúr, pater, 355
 Ét aliis qui cómitati símus beneuoléntibus.

346. aedepol **FZ** uirtute **A**, *Aldus*. uirtutem reliqui 347.
 Bona multa *Hermannus* parta **AFZ**. paria **BC**. patria **D**.
 pátria **E** habemus **AFZ**. habeamus **BCE**. habemus **D** ead. m.
 amicof **DE** 348. pudeat] pigeat **F** 349. Magnis de
 diuitiis *Hermannus*. De diuitiis magnis *Bothius* De] dem **Z**
 diuitiis **B** quít **A** sit **C** an minus **AF**. animus **BC**.
 animus **E**. an minus **Z** 350. IMMUNI **A**, *Gruterus*. immuni in-
 munificof **BDE**. in mimi immunificof **C**. immunifico **FZ** scur
A. scis reliqui quid] quidem **F** 351. ILLUCQUADNON **A**. illud
 quod nunc non reliqui. *Fortasse et delendum* malo **C** 352.
 QUANDORQUIDEM **A** pote **A**. potes reliqui neq. **A**. nec reliqui
 353. quidem **F** ita] ist ita **E** 354. vacuum spatium
 ab initio **C** est] et **B** immunif **D**. immunif **Z** minus
CDE

PHILTO.

Nón edepol tibi pérnegare póssum quidquam, quód uelis.
 Quoí tu egestatém tolerare uís? loquere audactér patri.

LYSITELES.

Lésbonico huic ádulescenti, Chármidai filio,
 Qui illic habitat.

PHILTO.

Quin comedit, quód fuit, quod nón fuit? 360

LYSITELES.

Ne éxprobra, patér: multa homini euéniant, quae uolt,
 quae neuolt.

PHILTO.

Méntire edepol, gnáte, atque id nunc fácis haut con-
 suetúdine.

357. aedepol **FZ** QUIDQUAM **A**. quicquam *reliqui* quod om.
A 358. Quol tu **R** *Parerg. I. p. 596. cuius libri cum A, (de quo
 quod aliud illic testatus sum, imprudens feci). cul Muretus Var. lect.
 XV, 13. egestatē D PATRIAUDACTER A 359. adolescenti F*
 (non **A**) Charmidai *Scaliger, Gruterus. CHARMIDE vel CHARMIDI A*
 charmidae **Z**. charamide **BCDE**. charmidif **F**. Charmidae huius *Mu-*
retus, Acidalius, Bentleius in Ter. Heaut. V, 5, 31 et Adolph. V,
S, 33 360. QUIN **A**. qui *reliqui* non fui **BCDEs**
 361. EXPROBRA **A**. opprobra **B**. obprobra *reliqui* multa homini
 eueniunt *Bothius. multa eueniunt homini F, Camerarius. multa ue-*
niunt homini Z. multe ueniunt homini B. multe ueniunt homini CDE.
 MALAMULTAEUENIUNTHOMINI **A** QUAEUOLTQUAENUOLT **A**. quae
 uult quae ne uult **FZ**. qui uult quae neuult **C**. qui uult quae uult
DE. qui uult qui neuult **B**. *Vel hinc vel e v. 364 neuult transiit*
in glossarium Plautinum, de quo ad v. 338 Sequitur in A
versus 369, in reliquis idem cum v. 368. Recte transposuit Acida-
lius: partem veri assectus est Muretus, et hoc ordine collocans
Scaliger: 361. 365. 366. 362. 363. 364. 367. 368. 369 362.
 aedepol **Z** adque **C** AUT **A**. haud *reliqui*

Nám sapiens quidém pol ipsus fingit fortunám sibi:
Ëo non multa, -quae neuolt, euéniunt, nisi fictór malust.

LYSITELES.

Múta ei opera opúst ficturae, quí se fictorém probum 365
Vítæ agundae esse éxpetit: set hic ádmodum adulescén-
tulust.

PHILTO.

Nón aetate, uérum ingenio apíscitur sapiéntia.

[Sapienti aetas condimentum, sapiens aetati cibust.]

'Agedum, eloquere, quíd dare illi núnc uis?

Handwritten notes in Latin and Greek, including 'Sic scriptum hic collocat A: ante 362 habent' and 'Sapientia aetas BE. Sapientia aetas CD.'

363. ipsus A. ipse reliqui figit Ca 364. KONONMULTA
A. eone multa vel eo ne multa reliqui. eo nemulta Acidalius
quae neuult F. que neuult E. quae neuolt reliqui cum A malust
Acidalius. malus fiet BCDEaZ. malus est Ebf 365. Philtoni
continuauit Camerarius Multa ei opera opust B. Multas opera
opus BCDE. Multa opera opus FZ. Multa est opera opus Ca
merarius. MULTAESTOPERA.....TURAE, quod Parerg. Pl. I, p.
526 interpretatus sum opera ei opus. Durior tamen vel haec col-
locatio uerborum: Multast opera ei opus, vel haec: Múta ei operast
opus fictuare Z 366. AGUNDAESSE A. agendaee esse B.
esse agenda DFZ. esse agende E. esse agenda C expetit FZ.
expetit BCE. expedit D sed] LY. praemisit Camerarius
adulescentulust Muretus. adolescentuluf F. adulescentuluf reliqui
367. aetatē C. etatē BDE APISCITUR A, Hermannus. adipisci-
tur reliqui 368. sic scriptum hic collocat A: ante 362 habent
reliqui Sapienti aetas Acidalius. Sapientia etas BE. Sapientia
etas CD. Sapientiae etas EbfZ condimentumst Z. con-
dimentum si BCDEa. condimentum est Ebf cibuf est Z.
cibúst vel cibumst BCD. cibum est AF Sanam sententiam
haec tantum forma orationis praebet, quam esse pristinam puto:
Sapientiae aetas condimentum est, sapientia aetati (vel potius aetati
sapientia) cibus. Quae cum in numeros nullis machinis aptentur,
non dubito quin aliunde inuenta sint ad illorum similitudinem quae
in Schneidewini Philologo tractauimus vol. I, p. 300 sqq. 369.
post v. 361 collocant libri Agidum B quod F nunc
uis FZ. nuncius B. nuntius CDE. nam uis Acidalius

LYSITELES.

Nil quicquám, pater.

Tú modo ne me próhibeas accípere, si quid dét mihi. 370

PHILTO.

'An eo egestatem ãi tolerabis, si quid ab illo accéperis?

LYSITELES.

Ëo, pater.

PHILTO.

Pol égo istam uolo me rátionem edoceás.

LYSITELES.

Licet.

Scín tu illum quo género gnatus sít?

PHILTO.

Scio, adprimé proba.

LYSITELES.

Sóror illist adúlta uirgo grándis: eam cupió, pater,

Dúcere uxorém sine dote.

PHILTO.

Sine dote uxorémne?

LY. nihil quicquam *Camerarius et sine* LY. A. nihilli quicquam *BCDEa*. LY. nihilli cuique *Z*. nihilli. LY. cuique (*cum proximo sapientiae constructum*) *EBF* 371. An eo *om. F* egestatem ei *R Parerg. Pl. I, p. 537, Bothius*. EGESTATEME (*vel EGESTATEMI*) A. egestatem et *BCDEF*. egestatem tu *Z*. egestatem eius *Camerarius* tolerabilis libri cum *A*, correctum iam in proximis post *Z* exemplaribus 372. Eo] Ego *C* 373. gnatus *Z*. natus reliqui cum *A* APRIMPROBO *A*, in quo fortasse *apprime approbo* latet. *adprime probo* reliqui 374. illi est libri cum *A* 375. Sic haec personis distribuit *A*. Ducere uxorem. PH. sine dote? LY. sine dote. PH. uxorem? *EBZ*, *uulgo*. Ducere uxorem sine dote. PH. uxorem? *F*. Nullae personarum notae in *EB* et reliquis uxoremne *Reizius apud Hermannum praef. p. IX*. uxorem libri cum *A*

LYSITELES.

Ita, 375

Tua re salua. hoc pacto ab illo summam inibis gratiam,
Néque commodius ullo pacto ei poteris auxiliárier.

PHILTO.

Égone indotatám te uxorem ut patiar?

LYSITELES.

Patiundúmst, pater:

Ét eo pacto addideris nostrae lépidam famam fámliae.

PHILTO.

Multa ego possum dócta dicta et quámnis facundé loqui: 380
Historiam ueterem átque antiquam haec méa senectus
sústinet.

Vérum ego quando te ét amicitiam et grátiam in nostrám
domum

Video adlicere, etsi áduorsatus tibi fui, istac iú dico:

Tibi permittam, pósce, duce.

LYSITELES.

Dí te seruassint míhi.

Sét ad istam adde grátiam unum.

ita, pater *Guyetus* 376. ab illo *supr. scr. D ead. m.* ab illo
usque ad addideris (v. 379) om. *F*, 'libri veteres' Lambini SUM-
MAMINIBIS *A*. inibis summam reliquit 377. NEQUE COMMODIUS *A* 376.
EGONE *A*, *Lambiniana*. Ego reliqui te om. *A* patiundum si
BCDEa. patiundum est *EBFZ* 379. nostra *BCEa*. nostrá *D*
380. docte *Bothius* 381. adque *C* 382. spatium ab initio *C*
383. adlicere libri aduersatus *AEBFZ*. aduersatus si *BCDEa*
istac iudico *AB*. istac iudicio *CDEb*. istec iudicio *EBFZ*.
istaco iudici 'in priscis exemplaribus' Pii 384. PERMITTAM *A*.
promitte *F*, 'libri veteres' Lambini. permitto reliqui posse *B*
seruassint *C* 385. ad istam adde *Reizius apud Hermannum*
praef. p. IX. adde ad istam libri (nisi quod adto *C*)

PHILTO.

Quid id est autem unum?

LYSITELES.

Éloq̄bar. 385

Tú ad eum adeas, tú concilies, túte poscas.

PHILTO.

Éccere.

LYSITELES.

Nímio citius tránsiges: firmum ómne erit, quod tu égeris.

Gráuius tuum erit únum uerbum ad ěam rem, quam centúm
mea.

PHILTO.

Ecce autem in benignitate hac répperi negótium.

Dábitur opera.

LYSITELES.

Lépidus uiuis. haéc sunt aedes, hic habet: 390

Lésbouicost nómen. age rem cúra: ego te opperiár domi.

PHILTO.

Non óptima haec sunt, néque ut ego aecum cénseo:

386—388 *om. F*. Tu ad eum adeas, tu *Bothius*. Tute ad eum adeas tute (*vel tu te*) libri cum *A* PH. *om. Z* ecce-
ref *EBZ* 387. LY. *om. Z* ciciuf *CDE* firmú *supr.*
scr. D ead. *m.* omnē *BCE*. omēm *D* egeris] gerif *EE*
388. TUUMERIT *A*, *Hermannus*. erit tuum reliqui 389. in
om. F hac *Lomanus p. 73.* hoc libri. *om. Scaliger* nego-
cium *EFZ* 390. hec *BCD*. hec *E*. hae *Z* haec sunt aedes
om. F 391. Lésbouico est libri cum *A* agerem *B*. agere
CDEa te *om. Hermannus* operiar *BDEF* domi]
domiphilto *B*

Act. II. Sc. 3. 392. *Superioribus continuat B: novam scenam PHILTO SENEX inscriptam ordiuntur reliqui: duorum versuum intervallum est in A optima BCDEFZ ut ego AB. ego ut reliqui eum B. aequum reliqui*

Verum meliora sunt quam quae deterrima.

Set. hoc unum consolatur me atque animum meum,

Quia qui nil aliud, nisi quod sibi soli placet, 395

Consulit aduersum filium, nugae agit :

Miser ex animo fit, factius nihil facit.

Suae senectuti is acriorem hiemem parat,

Quom illam inportunam tempestatem conciet.

Set aperiantur aedes, quo ibam: commodum 400

Ipsa exit Lesbonicus cum seruo foras.

LESBONICVS. STASIMVS. PHILTO.

LESBONICVS.

Minus quindecim dies sunt, quom pro hisce aedibus

Minas quadraginta accepisti a Callicle.

393. quamque **BCDE** deterrima **F** solus 394. hoc] hocme **A** consolatur me **FZ**. consulatur me **B**. consolaturu me **CDE**. CONSOLATUR **A** adque **C** 395. nihil libri cum **A** ALIUD **A** ut videtur. aliud reliqui 396. consolat **F** aduersum libri omnes factius **CDEa**. factius **B**. factius **EBF**. factius **Z**. sectius *Gulielmus in Trin. c. 3* 398. is] his **DE**. fortasse delendum: quanquam potest etiam senectae a poeta scriptum esse acriorem **B** hyeme **Z** 399. quom **B**. cum reliqui illa **C**. illam reliqui. illanc *Camerarius* inportunam **BC**. oportunam **DEZ**. opportunam **F** contlet **DE** foras lesbonicus stasimus **B** 400. commodum **A**. commode reliqui

Act. II. Sc. 4. LESBONICVS STASIMVS FILTO **A**. ADVLESCENS SERVVS SENEX DV. **B**. LESBONICVS Adulescent STASIMVS Seruus PHILTO Senex reliqui, nisi quod adolescent **DEFZ**, Stasimus **Z**, SEN. **DE** Harum personarum notatio graecis litteris **E, K, A** fit in **B** 403. QUAM **A**. quae (quod valere quo-

Plauti Com. I. 1. Trin.

Estne hóc quod dico, Stásime?

STASIMVS.

Quom considero,

Memínisse uideor fieri.

LESBONICVS.

Quid factúmst eo?

405

STASIMVS.

Coméssum, expotum, exúntum, elutum in bálineis.

Piscátor, pistora ápstulit, lanii, coqui,

Holitóres, myropolae, aúcupes: confít cito.

Non hércle minus euórsi sunt nummí cito,

Quam sí formicis tu óbiciaş papáuerem.

410

LESBONICVS.

Minus hércle in istis rébus sumptumst séx minis.

niam solet) **CE** q^{uo}m **D** ead. m. quod **Z**. cum reliqui **PROHISCE**
AEDIBUS A, Camerarius. proficebibus **B**. pro his aedibus reliqui
 408. mina **C** accallide **C**. a callide **DEF** 404. **ST. om. B**
 quom **B**. quom **A**. cum reliqui 405. Memiaesse **BCDE**
 uideor *supr. scr.* **D** ead. m. fieri *om.* **F** factumst **D**.
 factumst **Z**. factumst **BC**. factum est **E**. factum **AF** 406. co-
 messum (vel comesum) **ABCDE**. comesum **FZ**. An comesum?
 exunctum *Gulielmus in Trin. c. 1. ex-ssum A h. e. exessum*
ut videtur. exutum reliqui. exuctum (puto exsuctum) *Scaliger*
ELUTUM A. elotum reliqui balneis **F**. balneis reliqui cum **A**
 407. apstulit **B**. abstulit reliqui 408. olitoref **F**. holitoref
 reliqui cum **A** miropolae **BF**. miropole **CDE** *Versus*
 409. accessit ex **A**, in quo haec apparere visa sunt: **NONNISCE**
MINUSNUOBS.....CITO. *Vide Parerg. Pl. I, p. 577.* Non hercle
 minus euorsae (ab euerrere) sunt minae cito *coniecit Vollbehrius*
 410. quam si libri cum **A**, *Charisius p. 64. quasi si Acidalius. an*
 si *Nonius p. 220* formicis tu obicias *Hermannus. formicis ob-*
 iicias *Nonius. tu obicias formicis* **ABCEZ**. obicias formicis **D** ead. m.
 obicias formicis **F** 411. Minis **F** his **BCF**. his **DE**.
 his **Z**. n... **A** (his?) **SUMPTUMSTSEXMINIS A**, Camerarius.

STASIMVS.

Quid, quód dedlati scórtis?

LESBONICVS.

Ibidem uná traho.

STASIMVS.

Quid, quód ego frudaui?

LESBONICVS.

Hém istaec ratio máxumast.

STASIMVS.

Non tibi illut apparére, si sumás, potest,

Nisi tu immortale rére esse argentum tibi.

415

Sero átque stulte, prius quod cautum opórtuit,

Postquám comedit rém, post rationém putat.

LESBONICVS.

Nequáquam argenti rátió comparét tamen.

STASIMVS.

Ratió quidem hercle appáret: argentum οἷχεται.

Minás quadraginta áceptine a Cállicle,

420

Et ille aódis mancupio áps te accepit?

sumptus si sex minis *B.* sumptus sex minis *C.* sumptus sex minis *DE.*
 sumptus est sex minis *FZ* 412. ibidem] totidem *Lambinus*
 UNAM *A* 413. ego frudaui *R Par. I, p. 540 sq.* ego defrudaui
BDA. ego defrudaui *reliqui.* ego *om. Bothius* *EMISTARCO A.* em
 ista *B.* hem ista *reliqui* *maxumast B.* maxima est *ADA.* maxima
 est *reliqui* 414. apparere libri omnes sumus *B.* sumus *Is.*
Pontanus Anal. III, 10 potest? *Bothius, proximum versum*
transponens post 410 415. immortale *B* rere] recte *F*
 416. *A* Sero *B* (*A. e. Philtoni tribuit*) adque *C* 419. qui-
 dam *Z* ercle apparet *B.* APPARET...L. *A* (*A. e. apparet hercle*)
 oechete] *B.* oe che te *C.* oechete *reliqui.* *Cf. Victorium Var. lect.*
XXIV, 5. Muretum Var. lect. IV, 19. Utitur hoc versu Cicero
in Pisonem c. 25 420. accepitine *R Parerg. I, p. 523.* ACCRE-
 PISTINE *A.* accepitine *reliqui* callide *F* 421. aedis libri omnes

LESBONICVS.

'Admodum.

PHILTO.

Pol opino adfinis nóster aedis uéndidit.

Patér quom peregre uéniet, in portást locus :

Nisi fórtē in uentrem filio conrépserit.

STASIMVS.

Trapezítac mille dráchumarum Olympicum, 425

Quas dé ratione déhibuisti, réddítac.

LESBONICVS.

Nempe quas spopondi.

STASIMVS.

Immó quas dependi, inquito,

Pro illo ádulescente, quém tu esse aibas diuítom.

MANCUPIOABSTRACCEPIT **A**. abs te mancipio accepit *reliqui, nisi quod*
apfte **B**. abs te accepit mancipio *Camerarius* 422. opino *Acidalius*. opinor libri cum **A** affinis **F**. adfinis *reliqui cum A*
aedis omnes 423. Patri *Dousa* quum **A**. cum *reliqui* porta
si **BCDE**. porta est *reliqui cum A* 424. in uentrem filio correperit *Camerarius*, et ut videtur **A**. inuenirem filium correperit
reliqui, nisi quod correperit **B**, cum reperit **CDEFZ**. inuenire
filium contempserit 'in priscis exemplaribus' *Pii* 425. Trapezite
mille **B**. trapezote mille **C**. trapezitem ille **DEF**. TRAPA.....MILL.
A drachumarum **B**. drachumarum **CDE**. drachumarum **AZ**.
dragnarum **F** olimpicum **CDE**. olympium **B**. olympico *Pii*
codices antiqui? 426. dehibuisti **B**. debuisti *reliqui*. *Illuc haud*
dubie spectat quod in A legi potuit QUAS.....BUISTI: *quae*
spatia olim interpretabar de ratione ei debuisti Parerg. I, p. 525 sq.
reddite **BCDE**. reddere **F**. reddito *Scaliger* 427. quaspo-
pondi **BCDE** dependi inquito *Camerarius*, et ut videtur **A**.
dependit inquit **B**. dependit inquit *reliqui*. *Post hunc versum*
in BCDEFZ, ante eum in A hic sequitur: Qua sponsione pro-
nuper tu exactus es: quem esse suppositicium demonstravi Parerg.
l. s. s. Quas sponsiones vel Quam sponsionem Scaliger. Quas spon-
sione pro Acidalius 428. adolescente solus (**A**) esse aibas
Guyetus. ΕΣΣΕΑΙΗΒΑΣ A. aiebas esse reliqui

LESBONICVS.

Factum.

STASIMVS.

'Vt quidem illat p̄rierit.

LESBONICVS.

Factum id quoquest.

Nam nunc eum uidi miserum, et me eius miseritumst. 430

STASIMVS.

Miseret te aliorum, tui nec miseret nec pudet.

PHILTO.

Tempust adeundi.

LESBONICVS.

Estne hic Philto, qui aduenit?

Is herclest ipsus.

STASIMVS.

Edepol ne ego istum uelim

Meum fieri seruom cum suo peculio.

PHILTO.

Erum atque seruom plurimum Philto iubet 435

Saluere, Lesbonicum et Stasimum.

429. LE. om. **FZ** ST. om. **BFZ** perierit. LE.] pe-
rierit. **K. B** quod est **F.** quoque est *reliqui* 430. nunc] tunc
Lambinus miserum] miserium **CE.** eumiserum **D.** miserrimum
'aliubi exemplarium' **Pius** et me *libri omnes* miseritumst
Camerarius. miserum unsi **B.** miserum unsi **CDE.** misertumst **FZ**

431. *inter te et aliorum rasura est in B* TUINCK **A.** Bent-
leius in *Ter. Hec. I, 1, 7.* cui te nec *reliqui.* tui te nec **Pius**

432. Tempust adeundi **B.** TEMPVSTADEVNDI **A.** tempus adeundi *re-*
liqui, cum rasura in fine B. Tempus adeundi est *Camerarius*

LE.] **K B** 433. Ist **D** herclest **BC.** herclest **D.** hercle est
reliqui cum (A) ST.] **A B** edepol **Z** NE **A.** ni

BCDEs. nae *reliqui* 434. seruom libri 435. PH. om. **B**
Herum **FZ.** Erum *reliqui, et sic constanter* seruom **B.** seruom
reliqui plurimum libri 436. diunt **B.** di diunt **F.** di diunt **EE**

LESBONICVS.

Dí duint

Tibi, Philto, quacquonque óptes. quid agit filius?

PHILTO.

Bene uólt tibi.

LESBONICVS.

Edepol mútuom mecúm facit.

STASIMVS.

Nequam illut uerbumst 'béne uolt', nisi qui béne facit.

Ego quóque uolo esse liber: nequiquám uolo. 440

Hic póstulet frugi ésse: nugas póstulet.

PHILTO.

Meus gnátus me ad te misit, inter se átque uos

Adfinitatem ut cónciliarem et grátiam.

Tuam uólt sororem dúcere uxorem: ét mihi

Senténtia eademst ét uolo.

LESBONICVS.

Haut noscó tuum: 445

Bonis tuis rebus méas res inridés malas.

437. phylto **B** quacquóque **B**. quequonque **Z**. que quoniáq' **CDB**. quacunque **AF** optes cum spatio **C** 438. uolt **F**. uult reliqui cum **A** LE.] spatium **B** aedepol **FZ** mútuom **B**. mútuom reliqui cum **A** meum **B** 439. ST. om. **B** nequicquam **FZ** uerbumst (**A**)**Z**. uerbum si **BCDE**. uerbum est **F** uult libri cum **A**, nisi quod uul **C** 440. **K**. praemittit **B** noscúolo **A**. uolo esse reliqui nequiquam **A**. nequidquam **B**. nequicquam reliqui uolō **B** 441. nugas postulet **B**. nugas postulat reliqui 442. adque **C** uol **Z**. uol reliqui 443. adfinitatem **BCDE**. affinitatem reliqui consolarem **C** 444. uol **B**. uolt reliqui post sororem et rursum post uxorem vacuum spatium in **C** 445. eademst **Z**. eadem si **B**. eadem sim **CDE**. eadem est **F** haut nosco tuum **BCDE**, Bentleius in Ter. Eun. V, 8, 36. haut nosco tu **FZ**. hau nosco tuum Camerarius. au posuit Palmerius Spicil. p. 669, ab Guyetus 446. inridet libri

PHILTO.

Homo égo sum, tu homo's: ita me amabit Iúppiter,
 Neque té derisum uéni neque dignúm puto.
 Verum hóc quod dixi méus me orauit filius,
 Vt tuam sororem póscerem uxorém sibi.

450

LESBONICVS.

Mearúm me rerum nóuisse aequomst órđinem.
 Cum uóstris nostra nón est aequa fáctio:
 Adfínitatem uóbis aliam quaérite.

STASIMVS.

Satin tu's sanus méntis aut animí tui,
 Qui cóndicionem hanc répudies? nam illúm tibi
 Ferentárium esse amicum inuentum intéllego.

455

LESBONICVS.

Abin hinc dierecte?

STASIMVS.

Si hércle ire occipiám, uotes.

447. tu homo's **R**. homo tu es libri Iupiter **BDEFZ**
 449. quod **A**. ut reliqui meus] mei. f **B** 450. póscere **B**
 sibi uxorem **EFZ**. :sibi : uxorem **D** 451. me rerum *Her-*
mannus. rerum me libri mouisse **B**. NOUISSE *an* NOSSE **A** *ha-*
beat, non satis apparuit equumst **Z**. aequom si **B**. aequum si
C. equum si **DE**. aequum est **AF'** 452. *vacuum spatium ab*
initio C post Cum *rasura in B* uostris *pro* uestris *solus*
B nostrá **D** facio **Z** 453. affínitatem **F**. adfínitatem
reliqui querite **BCDE** 454. satin tu's sanus **R**. fat intuf
 sanuf **BCE**. fattuf intuf sanuf **D**. satin tu sanuf **FZ** 455. *per-*
sonae spatium C condícionem **ABC**. conditionem *reliqui*
 456. ferentarium (**A**)**Z**, *Varro de l. lat. VII, 57*. ferent aneum **B**.
 ferent an eum *reliqui*. ferentaneum *Bothius* AMICUMESSE **A**
 intellego *omnes, et sic constanter* 457. dierecte **AFZ**. derecte
BCDE hércle ire si *Hermannus* uotes **A**. uotif *reliqui*.
 uotes *Camerarius*

LESBONICUS.

Nisi me aliut quid uis, Philto, respondi tibi.

PHILTO.

Benigniorem, Lesbonice, té mihi,
 Quam nunc experior ésse, confidó fore. 460
 Nam et stulte facere et stulte fabulárier,
 Vtrúmque, Lesbonice, in aetate háu bonumst.

STASIMVS.

Verum hércle hic dicit.

LESBONICVS.

'Oculum ego ecfodiám tibi,
 Si uérbum addideris.

STASIMVS.

Hércle quin dicám tamen:

Nam sí sic non licébit, luscus díxero. 465

PHILTO.

Ita nunc tu dicis, nón esse aequiperábilis
 Vostrás cum nostris fáctiones átque opes?

LESBONICVS.

Dicó.

459. me aliud quid *Hermannus*. quid me aliud libri cum *A* respondi tibi *AB*. tibi respondit *CDE*. tibi respondi *FZ* 463. utrunque *F* etate *EF* HAU *A*. haud reliqui bonum est solus *F* 468. oculum *D*. occultum *E* ego om. *DEFZ* ECFODIAMTIBI *A*. effodiam tibi *B*, *Acidalius*. tibi effodiam reliqui 464. quin *Pius*, et ab hercle seiunctum *Hermannus*. quidem *F*. quid relibui 466. PH. om. *B* NUNCTU *A*. tu nunc reliqui esse aequiperabilis *Ca*. esse aequiperabilis *BCBDF*. esse equiparabilis *EZ*. *ESS·1·QUIPERABIL·S A*, et ita quidem ut sexta ab initio littera videatur *A* esse. Fuit igitur, nisi fallimur, *ESSET* 467. affert *Nonius p. 304* uestras libri cum *A* adque *C*

PHILTO.

Quid? nunc si in aedem ad cenam ueneris,
 Atque ibi opulentus tibi par forte obuenerit:
 Adpósita cena sí, popularem quám uocant: 470
 Si illi congestae sint epulae a cluentibus,
 Si quíd tibi placeat, quód illi congestúm siet,
 Edísne an incenátus cum opulento áccubes?

LESBONICVS.

Edím, nisi si ille uótet.

STASIMVS.

At pól ego, etsi uotet,
 Edím átque ambabus mális expletis uorem, 475
 Et quód illi placeat, praéripíam potíssimum:
 Neque illi concedam quícquam de uitá mea.
 Verécundari néminem aput mensám decet:
 Nam ibi dé diuinis átque humanis cérnitur.

468. Quid nunc? *vulgo coniungitur.* quid tunc **Z.** quid tu *Acidalius* cenam **ABEF.** cenam **C.** coenam **DZ** 469. adque **C** opulentiuf **F** par *om.* **F** *Obuenerit* **A.** *Pistoris.* ut uenerit **BCDEZ.** ut uenerit **F** 470. **ADPOSITA** **A.** appósita *reliqui* **CENASIT** **A.** *Hermannus.* sit coena **DZ.** sit cena **C.** sit cena **EBF.** est cena *Ea* sit cenā **B** 471. illic **F** congeste **BCDE** aepulae **C** aepule **B.** epule **E** *CLUENTIBUS* **A.** *cluentibus* *reliqui* 472. tibi **FZ.** illi **BCDE** illic **F** 473. Aedífne **BCD.** Edef ne **Z** incenatus **ABCE.** *Incenatus* *reliqui* accubet **AB.** *accumbet* *reliqui* 474. **EDIM** **A.** *Camerarius.* edít **BCDE.** edam **FZ** nisi si *libri cum* **A.** nisi *Camerarius* uotet] uolet **A.** uetet *reliqui* **ST.]** **A** **B** ego *supr. scr.* **D** etsi **A.** *Hermannus.* etiamsi *reliqui* uotet **A.** uetet *reliqui* 475. edam **FZ** adque **C** *MAEIS* **A** expletus *Gronoviana* 476. *personae spatium* **C** placet **F** pre eripiam **BCDE** potíssimum *libri cum* **A** 479. adque **C** cernim **De**

PHILTO.

Rem fábulare.

STASIMVS.

Nón tibi ego dicám dolo: 480

Decédam ego illi dé uia, de sémita,
De honóre populi: uérum quod uentrem áttigit,
Non hércle hoc longe, nísi me pugnís uícerit.
Ceua hác annouast sine sacris heréditas.

PHILTO.

Sompér tu facito, Lésbonice, hoc cógites, 485

Id óptimum esse, túto uti sis óptimus:
Si id néqueas, saltem ut óptimis sis próxumus.
Nunc cóndicionem hanc, quam égo fero et quam ab té peto,
Dare átuq; accipere, Lésbonice, té uolo.
Di diuites sunt, déos decent opuléntiae 490
Et fáctiones: uérum nos homúnculi

480. PH.] *E B* ST.] *A B*. om. *F* ego *B*. om. libri
481. *personae spatium C* 482. ST. uerum *F* uentrem
attigit *B*. ad uentrem attinet (*A*)*BDEZ*. ad uentrem adinet *CF*
483. longe] ungue *codex Roverianus Lipsii*, unde hic ungue
Ant. lect. 1, 5 484. *personae spatium CE* cena *ABCEF*.
coena *DZ* hac annona est libri, nisi quod hac nona est *B*.
haec annona est *Lambinus, Palmerius Spicil. p. 689*. haec an non
est *Lipsius. Vide Muretum Var. lect. XV, 13. 'Coena hic annona
est i. e. panis qui nihil constat. annona est congiarium. Pessime
Muretus.'* Haec *Scaliger* 485. PH. om. *B* TU *A*. tu hoc
reliqui hoc *A*. om. reliqui, et cum vacuo spatio *C* 486.
optimum solus *F* uti (*A*), *Camerarius*. ut reliqui optimus
solus *F*. optimus *D* 487. NEQUEASSALTEM *A*, *Camerarius*. ne-
que ad salutem *BCDE*. neque uif at saltem *F*. neque uif saltem *Z*.
nequiuers saltem *Saracenus, Aldina* optimus *CDE*. optimus
F proximus libri 488. conditionem omnes praeter *A*
apto *BCDE*. abf te *FZ*. ab te *EB* 489. adque *C* ASPRI-
CENK *A* 490. BI *A*. dei reliqui decent opuléntie *B*. decet
opuléntia reliqui

Salillum animai: quám quom extemplo emísimus,
 Aequó mendicus átque ille opulentissimus
 Censétur censu ad 'Acheruntem mórtuos.

STASIMVS.

Mirúm quin tu illo técum diuitiás feras. 495
 Vbi mórtuos sis, ita sis ut nomén cluet.

PHILTO.

Nunc út scias hic fáctiones átque opes
 Nou ésse neque nos túam neglegere grátiam:
 Sine dóte posco túam sororem filio.
 Quae rés bene uortat. hábeon pactam? quid taces? 500

STASIMVS.

Pro di immortales, cóndicionem quódiusmodi.

PHILTO.

Quin fábulare 'dí bene uortant: spóndeo'?

492. salillum **BCDEZ**. tantillum **F**, 'quidam libri mss.' Lam-
 bini. **SALILM** **A**, ut tertia littera videatur **τ** esse, nullo modo
L sit. In quo nescio an glossa lateat aliunde non cognita, eaque
 quadrisyllaba animai **Hermannus**. anime **BE**. animae reliqui.
 animulae **Guyetus** quam cum **Pius**, **Acidalius**. quorum **A**. que
 cum **Z**. qui cum reliqui exemplo **C** emissimus **AF**. amissi-
 mus reliqui 493. **Aequo** **A**, **Acidalius**. eque **D**. eque **E**. aequo
 reliqui adque **C** opulentissimus libri 494. censui **DE**.
 om. **FZ** **ACHERUNTEM** **A**. **acherunte** **B**. **acheronte** **CDE**. **ache-**
rontem **FZ** mortuus libri: item v. 496 495. **ST**. Mirum
 quin tu **R**. **ANMIRUMQUINTU** **A**. An mirum in tu **B**. An mirum in tu
CDE. **ST**. Mirum si tu **FZ** illo **A**. illú vel illum **BCDE**.
 illuc **FZ** 497. **PH**. om. **B** fractiones **B** 498. negle-
 gere **CD**. neglelere **B**. neglere **E**. negligere **FZ** 500. **per-**
sonae spatium **C** Quae res] Querens **B** 501. dii **F**
 condicionem **AB**. conditionem reliqui quouismodi **BCDEZ**.
 culusmodi **AF** 502. **PH**.] **EB** qui in **C** fabulare **E**
 dii bene uortant **F**. di bene uortat **BCDEZ**. **QUINBENEURTAT** **A**

STASIMVS.

Eheú, ubi dicto nil erat usus, spóndeo

Dicébat: nunc hic, quom ópus est, non quit dicere.

LESBONICVS.

Quom adfinitate uóstra me arbitrámini 505

Dignum, hábeo uobis, Phílto, magnam grátiam.

Set si haéc res grauiter cécidit stultitiá mea,

Philtó, 'st ager sub úrbe hic nobis: ěum dabo

Dotém sorori: nam ís de stultitiís meis

Solus superfit praéter uitam rélicuos. 510

PHILTO.

Profécto dotem nil moror.

LESBONICVS.

Certúmst dare.

STASIMVS.

Nostrámne, ere, uis nutricem, quae nos éducat,

503. ST.] *A B* heu *Z* dicto nil erat usus *B*. ubi ufuf nihil erat dicto *libri cum A*. nihil erat dicto usus *Hermannus*. nihil usus erat dicto *Guyetus* 504. DICEBANT *A* quom *B*. cum *A*. quoniam *reliqui* quit *BFZ*. quid *ACDE* 505. Quom *B*. Cum *reliqui cum A* affinitate *F*. adfinitate *reliqui cum A* uostrá *B*. urá *CD*. uestra *AEFZ* mea *BCDE* 506. HABR • OBIS *A* filio *BCDE* 507. SE • SIHARCRES *A*. Sed etfi hercle *BCDEZ*. Sed etfi hercle ref *F*. Sed etsi haec res *Saracenus*. Sed etsi hercle *Camerarius* cecidi *Lambinus* stulticia *CFZ* 508. Philto est *libri* 509. STULTITIISMIS *A*. stultitia mea *reliqui*, nisi quod stulticia *FZ* 510. hoc loco habent *AEUFZ*, ante v. 507 *BCDEa* preter *BE* reliquif *libri hic et ubique* 511. certumst *Z*. certum si *BCDE*. certum est *AF* 512. Nostram neleuif nutrice ere *BCDE*, nisi quod nel leuif *C*. Nostram ne nutricem here *Z*. Nostramne ducif nutricem here *F*. Nostramne uis nutricem here *Gruterus*. Nostramne te nutricem here *Acidalius*. Nostramne nutricem, here, uis *Hermannus*. NOSTRAMNEREUISIO TRICEM *A*, et ita quidem ut *pauul-*

Abalienare a nobis? caue sis féceris.

Quid edimus nosmet póstea?

LESBONICVS.

Etiam tú taces?

Tibi egón rationem réddam?

STASIMVS.

Plane pérliimus,

515

Nisi quíd ego comminiscor. Philto, té uolo.

PHILTO.

Si quíd uis, Stasime.

STASIMVS.

Huc cóncede aliquantúm.

PHILTO.

Licet.

STASIMVS.

Arcáno tibi ego hoc dico, ne ille ex té sciat

Neue álius quisquam.

PHILTO.

Créde audacter quídlubet.

STASIMVS.

Per dēos atque homines dico, ne tu illúnc agrum 520

tima ante lacunam littera videatur et esse. Fortasse igitur rarius vocabulum positum fuit pro nutrice. Velut:

Nostramne, ere, toleratricem, quae nos educat,

Te abalienare a nobis?

que **BE** 514. Qui dedemus **BE** 515. Tibi egon **R** *Pa-*
rery. I, p. 523. TIMINXON A. tibi ego reliqui perliimus *Came-*
rarius. perimus libri cum A 516. phillo **BCDca.** filio **D&E**
 518. archano **D&EF** 519. quisque **F.** quisquisquam **A**
post audacter spatium C quid lubet **B** 520, adque **C**
 illunc (**A**) **B.** illum reliqui

Tuum síris umquam fieri neque gaatí tui.

Ei rei árgumenta dicam.

PHILTO

Audire edepól lubet.

STASIMVS.

Primum ómnium olim térra quom proscínditur,

In quínto quoque súlco moriuntúr boues.

PHILTO.

Apage.

STASIMVS.

'Acheruntis óstium in nostróst agro. 525

Tum uinum, priusquam cóctumst, pendet pútidum.

LESBONICVS.

Consuádet homini, crédo. etsi sceléstus est,

At mi infidelis nóu est.

STASIMVS.

Audi cétera.

Post id, frumenti quom álibi messis máxumast,

Tribus tántis illi mínus reddit quam obséueris. 530

521. SIBIS *A*, *Camerarius*. scíris *BCDE*. sínas *FZ* UMFIRMI
 et in fine versus TUIQUAM *A* 522. árgumenta *R*. ARGUMENTI *A*.
 árgumentum reliquí aedepól *FZ* lubet *BC* 523. cum
 reliquorum om. *A* 524. QUINCTO *A*. quinto reliquí 525.
 acheruntif *ACDEF*. accheruntif *B*. acherontif *Z* hostium *AFZ*
 nostróst *CDEFZ*. nostró si *B*. nostróbst *A* 526. taum
C coctumst *Valla*, *Scriverius*. coctumest *A*. coactum si *B*.
 coactumst reliquí, defensum a *Gronovio Observ. IV, 3* post
 pendet spatium *CE* 527. LE. om. *B* et[ic]et *C* 528.
 vacuum spatium *CE* mih *C*. mih reliquí cum *A* ST. om.
BE cétera *C*. cétera *DZ* 529. post] p' *D* QUOM *A*,
Camerarius. quo *BCDF*. quod *E*. quando *Z* melif *A*
 máxumast *Z*. máxima est *AP*. máxima sim reliquí 530. illic *F*.
 aut ILLIC aut ILLIS *A*. ille *Pius* manaf *Bas*. minif *Ca*
 reddit *Lambinus*. reddit libri cum *A* obseuerit *Bas*. obseuerit *F*

PHILTO.

Hem, istic oportet ópseri morés malos,
Si in ópserendo póssint interfieri.

STASIMVS.

Neque úmquam quisquamst, quóius ille agér fuit,
Quin péssume ei res uórterit. quorúm fuit,
Alii éxulatum abierunt, alii emórtui, 535
Alií se suspendére. en, nunc hic, quóius est,
Vt ad incitast redáctus.

PHILTO.

Apago istunc agrum.

STASIMVS.

Magis ápage dicas, si ómnia ex me audíueris.
Nam fúlguritae súnit ibi alternae árbores:

531. Em **AB** ópseri **B**. obferi *reliqui* 532. si in op-
ferendo **BC**. si inopf herendo **DE**. si in obferendo *reliqui* inter-
fici **F**. interficier **Z** 533. ST. om. **B** quisquam est *Came-*
rariur. quisquam si **BCDEZ**. quisquam **AF** quolus **B**. quo
uis **CDE**. cuius **AFZ** 534. pessime **B** uorterat **B**. UER-
TERIT **A** quorum (*a prioribus seiunctum*) *Saracenus*. quolum
B. culum *vel* ciuum **C**. ciulum **Z**. cuius **D**. culum **AEF** 535.
EXOLATUMABIERE **A**. exulatum abierunt *reliqui*. exfolati abierunt *No-*
nianus p. 133 alii *supr. scr. ant. m.* **D** 536. en *Herman-*
nus. em **AB**. hem *reliqui* quolus **B**. cuius *reliqui cum A*

537. incitast redactas **B**. INCITAS • REDACTUS **A**. incitast redactus
BCDEZ. mendicitatem redactus **F**. incitast redactus est *Nonius*
apage istunc **B**. apage a me istunc *libri*. (*APAGRAMME apparet etiam*
in A.) apage a me istum *Camerarius* 538. ex me *Kampman-*
nus de AB praep. p. 29. a me **(A)B**. mea **CDE**. om. **FZ**
audieris **F** 539. fulguritae sunt **AB**, *Pius*. fulgur ita sunt
CDE. fulguritastunt **FZ**. 'fulgure ita affatae sunt *Iacobus Guthe-*
rius reperit in veteri suo codice, quem vide lib. I. de iure Manium
lib. I. cap. 4: Parous ibi **B**. hic *Camerarius*. om. *libri cum A*

Sués moriuntur ángina illi acérrume: 540
 Oués scabrae sunt, tám glabrae, en, quam haec ést manus.
 Tum autém Surorum, génus quod patientíssimumest
 Hominúm, nemo exstat qui ibi sex mensis uixerit:
 Ita cúncti solstitiáli morbo décidunt.

PHILTO.

Credo égo istuc, Stasíme, ita ésse: set Campás genus 545
 Multó Surorum iam ántidit patiéntiam.
 Set is ést ager profécto, ut te audiuí loqui,
 Malós in quem omnis públice mittí decet.
 Sicút fortunatórum memorant ínsulas,
 Quo cúncti, qui aetatem égerint casté suam, 550
 Conuéniant: contra istúc detruði máleficos
 Aequóm uidetur, qui quidem istius sit modi.

540. angina **F** illi **R.** hic *Hermannus. om. libri cum A*
 acerrumę **Z.** acerruma *Lambiniana Totum versum sic Bothius*
transposuit: Acerrume moriuntur angina sues 541. scabre BCD
 glabre **B.** galabre **CDE** en *Hermannus. em B. hem reliqui*
 est om. **B.** 542. Surorum *alibi, syrorum hic libri PATIEN-*
TISSIMUMEST A. paciéntif sũ munc sũ **B.** paciéntif sum mun **CD.** pa-
 tiéntif summum **E.** patientíssimum **Z.** patientíssimum **F** 543.
EXSTAT A. extat *reliqui mensis libri 544. solstitiáli CDEFZ*
 545. campas **BCDEZ.** campas **F,** 'libri veteres' *Lambini, e*
Nonio p. 486. CAMPAN. A h. e. aut CAMPANS aut fortasse CAMPANŪ
 546. molto **C** Surorum *Nonius. syrorum libri antidit*
ABCE. antodit **D.** antet **FZ.** antet *Diomedes p. 394 pa-*
 tientiam **R** *Parerg. I, p. 340. patlentia BCDE. patientia FZ.*
 sapientia *Diomedes 547. Sta. praemittit Z* is est *Bothius.*
 istet **B.** Aut **ISEST** aut **ISTEST A.** iste est *reliqui ut te] uite Da*
 548. molof **C** omnes *libri dicet C* 549. memorat
Ca 550. **EGERINT A,** *Hermannus. egerunt reliqui, nisi quod*
egerunt Da CASTESUAM A, Camerarius. castesum BCDE.
 caste **FZ** 551. **ISTUC A.** istoc *reliqui destrudi B. detrumdi*
C 552. **AEQUOM B.** *aequum reliqui cum A qui idem si*
 istiusmodi sit hospitium **FEB** *sit A. om. Da. sint reliqui*

STASIMVS.

Hospitiumst calamitátis. quid uerbis opust?
Quamuis malam rem quaéras, illic réperias.

PHILTO.

At tu hércle et illi et álibi.

STASIMVS.

Caue sis díxeris

555

Me tibi dixisee hoc.

PHILTO.

Dixti tu arcanó satis.

STASIMVS.

Quin híc quidem cupit illum áb se abalienárier,
Si quém reperire póssit, os quoi súblinat.

PHILTO.

Meus hércle nunquam fiet.

STASIMVS.

Si sapiés quidem.

Lepide hércle agro hoc ego hunc senem detérrui: 560

Nam qui uiuamus nihil est, si illum amiserit.

553. ST. om. **EFZ** Hospicium est **BCDE**. hospitium est
reliqui ST. quid **F** post uerbis spatium **C** opust **CD**.
opust **B**. opust est reliqui 554. quaerat **ACDEFZ**. quaerent
B 555. PH.]LE. **EFZ**. spatium **C** et illi **B**. illi **CDEZ**.
illuc **F**. **ETILLIC A** Stasimo haec continuat Bothius: At tu hercle
et illi et alii caue sis dixeris 556. personae spatium **C** dixti tu
B. DIXTI **A**. dixisti reliqui archaico **DEF** 557. quidem om.
Guyetus **ABSE A**, Hermannus. apfese **B**. ab fese reliqui 558.
squrum **A**, Acidalius. si quidem reliqui repperire **DZ**. reperiri
Gronoviana possit (**A**), Hermannus. possiet libri. possiet **Ca-**
merarius os quoi **B**. cuios vel cuius **A**. culus of **FZ**. culus
reliqui 559. PH. om. **Z** hercle **B**. quidem hercle libri cum
A. Licet etiam quidem sine hercle 560. hercle **B** agro hoc
ego **B**. **AGROKONOC A**. de agro ego reliqui. 561. **NAMQUIAMUS**

PHILTO.

Redeo ad te, Lesbonice.

LESBONICVS.

Dic sodés mihi,

Quid hic ést locutus técum?

PHILTO.

Quid censés? homost:

Volt fieri liber, uérum quod det nón habet.

LESBONICVS.

Et ego ésse locuples, uérum nequiquám uolo. 565

STASIMVS.

Licitúmst, si uelles: núnc, quom nihil est, nón licet.

LESBONICVS.

Quid técum, Stasime?

STASIMVS.

Dé istoc, quod dixti modo:

Si anté uoluisses, ésses: nunc seró cupis.

PHILTO.

De dóte mecum cónueniri nil potest:

Quod tibi lubet, tute ágito cum gnató meo. 570

A post illum spatium **C** 563. PH. om. **B** ad te] ate
D 563. ESTLOCUTUS **A**. locutus reliqui. locutus Hermannus
 censet homost **FZ**. CENSESHOMOST **A**. censul homost **CDE**. censul
 homo si **B** 564. uult libri quod det non habet] nequicquam
 uolo **B** post det spatium **C** 565. LE.] **K B** ego
 supr. scr. **D** locuplex **Ea** NEQUIQUAM **A**. necquicquam **C**.
 nequicquam reliqui (praeter morem) 566. ST.] **E B** LICITUM
 ESTSI **A**. licitu si (vel licitufi) **BCDE**. licitum si **FZ**. licit **Guyetus**
 quó **B**. CUM **A**. quoniam reliqui 567. dixti Scaliger, **Guyetus**.
 dixisti libri 568. ante **Guyetus**. antea libri 569. dotem **B**
 conueniri nihil potest **Acidalius**. conuenire nihil potest libri
 570. Quod **Bousà ms.**, **Hermannus**. Quid libri gnato **F**, **Parcus**,

Nunc tñam sororem filio pascó meo:

Quae rés bene uortat. quid nunc? etiam cónsulís?

LESBONICVS.

Quid istíc? quando ita uis, dí bene uortant: spóndeo.

PHILTO.

Numquam édepol quoiquam tam éxpectatus filius

Natúst, quamst illut spóndeo natúm mihi.

575

STASIMVS.

Di fórtunabunt uóstra consilia.

PHILTO.

'Ita uolo.

I hac, Lésbonice, mécum, ut coram núptiis

Dies cónstituatur: éadem haec confirmábimus.

LESBONICVB.

Set, Stásimo, abi huc ad mēam sororem ad Cálliclem:

Dic, hóc negoti quómo do actumst.

STASIMVS.

'Ibitur.

580

Naekius Opac. I, p. 188. nato reliqui 572. Querens *EB*
nunc etiam ante *Acidalium* consulis *Camerarius*. consul *EB*.
cum suis *CDE*. non uis *Z*. num uis *F* 573. istuc *Hermannus*
uortat *B* 574. PH. om. *BFZ*. spatium *E*. 'in quibusdam
codicibus hic loquitur Stasimus': Pius cuiquam tam *FZ*. quol-
quam *B*. cuiquam reliqui (sed *D* m. ant. in margine tantum)
expectatus libri, nisi quod expectus *B* 575. Natust *EB*. Natuf
libri. In *A*, nisi deficeret, non dubito quin *GNATUST* scriptum re-
periremus quamst *B* est illud *Camerarius*. illud est libri
576. nostra *EB*. uestra reliqui affert *Nonius p. 109* 577 et 578,
qui cum tertio 590 in libris sequuntur post v. 581, huc transposuit
Bothius, tertium illum post v. 589 *E* (i. e. *LESB*.) praemittit
B lebonice *Des* neptis *B* 579. habi *B* ad om. *F*
callidem *FC* 580. negotii *B*. negocii reliqui actumst
CB. actum si *B*. actum est reliqui

LESBONICVS.

Et grátulator męae sorori.

STASIMVS.

Scílicet.

LESBONICVS.

Dic Cállicli, me ut cónuenat.

STASIMVS.

Quin tu í modo.

LESBONICVS.

De dóte ut uideat quíd factó opus sit.

STASIMVS.

'I modo.

LESBONICVS.

Nam cértumst sine dote haút dare.

STASIMVS.

Quin tu í modo.

LESBONICVS.

Neque enim illi dampno umquam ésse patiar

STASIMVS.

'Abi modo. 585

LESBONICVS.

Meam négligentiam.

582. callidi **FZ** me ut conuenat **R**. me ut conueniat *libri*. mi ut conuenat *Bothius cum proximo versu construens duce Acidatio*. Cf. *Hermannii praef. p. XIX. Licebat etiam med ut conueniat: Tu í modo* 583. factó opus sit **R** *Parerg. I, p. 526. possit factó libri, h. e. opus sit factó interprete Camerario* [modo] lmodo **C** 584. LE. om. **B** certumst **Z**. certum si **BCDE**. certum est **F** sine dote haud dare *Pius*. sine dote haddare **B**. sine dote addere **DEZ**. sine dote addere **C**. dotem dare **F**. sine dote non dare *Saracenus*. me sine dote haud dare *Taubmannus, casu puto* 585. dampno **CD**. damno *reliqui* umquam **BC**. umquam *reliqui* 586. negligentiam **F**

STASIMVS.

'I modo.

LESBONICVS.

Nulló modo

Aequóm uidetur, quín, quod peccarim

STASIMVS.

'I modo.

LESBONICVS.

Potíssimum mihi id ópsit.

STASIMVS.

I modo.

LESBONICVS.

'O pater,

En úmquam aspiciam te?

STASIMVS.

'I modo, i modo, i modo.

LESBONICVS.

Eo: tu istuc cura, quód te iussi: ego iam híc ero. 590

STASIMVS.

Tandem ímpetraui abiret. di, uostrám fidem,

I modo. LE. nullo modo **R**. i modo. (LE.) o pater libri, nisi quod o pater una cum proximo versu om. **F**. o pater apparet e v. 588 huc irrepssisse, similiter atque v. 564. 1174 factum. i modo, i modo, o pater inter alia Acidalius. i modo, i modo. LE. neque Bothius 587. E. Aequom **B**. aequum praecedente vacuo spatio **CDE**. aequum **Z** quin libri. qui Hermannus peccarim **DEZ**. peccarem **B**. peccarum **C** Imodo **C** 588. potíssimum libri opst **BCDE**. obst **FZ** patere **F** 589. Enumquam **BC**. Sta. Nunquam **F** ST. om. **F** 590. quo loco in libris scriptus sit, dixi ad v. 577 LE. om. **B**. spatium **C** Eo: tu **R**. Tu libri. Tute Bothius curato Hermannus te iussi: ego iam **R**. iussi ego iam libri. ego iussi: iam Hermannus 591. Vstram **C**. uestram reliqui

Edepól re gesta péssuma gestám probe,

Siquidem ager nobis sáluos est: etsi ádmodum

In ámbiguo etiam núnc est, quíd ea ré fuat.

Set si álienatur, áctumst da colló meo:

595

Gestándust peregre clúpeus, galea, sárčina.

Effúgiat ex urbe, úbi erunt factae núptiae:

Ibít iste hinc aliqúo in máxumam malám cruce[m]

Latrócinatum, aut in Ásiam aut in Cíliciam.

Ibo húc, quo mi imperátumst, etsi odi hánc domum, 600

Postquam éxturbavit híc nos nostris aédibus.

592. ref gesta pessima i gesta *F* gestam] gesta *Z*. gestum
Lambinus, imprudens ut videtur 593. saluus libri 594.
 ambiguo etiam nunc est *B*. ambiguo est etiam nunc libri, nisi
 quod ambigúe *D* quid ea *Scioppius Susp. lect. II, 13*. quid dea
B. quid de hac reliqui fuit *BC*. fiat *D*. fiat *EFZ* 595.
 si *Camerarius*. id si libri actumst *Z*. actum si *BCDE*. actum
 est *F* 596. gestandust *B*. gestandu si *B*. gestandu *C*. gestandum
DE. gestanduf *FZ* clupeus *B*. clipeus reliqui 597. ube *D*
 facte nuptie *BE* 598. iste hinc *B*. istac libri. istinc *Douss*
Explan. Pl. IV, 23. ille istim *Pareus* maximam libri 599.
 siciliam *F* 600. imperatumst etfi *Z*. imperatum stet si *BCDE*.
 imperatum fiet *F* 601. nos om. *F* nostra *Guyetus*. ex nostris
 libri aedibus callides stasimus *B*

ACTVS III.

CALLICLES. STASIMVS

CALLICLES.

Quómodo tu istuc, Stásime, dixti?

STASIMVS.

Nóstrum erilem filium
Lésbonicum súam sororem déspondisse: hóc modo.

CALLICLES.

Quoi homíni despóndit?

Act. III. Sc. 1. Callides fenex. Stasimus feruus **FEB**. Callides fenex. feruus Stasimus **Z**. PHILTO SENEX. STASIMVS SERVVS **Ea**. PHILTO SENEX SERVVS ^TSTASIMVS **D**. SENEX SERVVS **G B**, et sine **G C** Calliclis et Stasimi nomina graecis litteris **B** et **K** notat **B** 602. dixti Dousa ms., Guyetus. dixisti libri nostrum] Stasimo tribuunt **BFZ**, Callicli continent reliqui: ut uestrum coniecerint Scaliger, Lambinus erilem **B**. herilem reliqui 603. despondisse Camerarius. despondisse **EBFZ**. despondissem **BCDb**. despondisset **Da** hoc modo] Stasimi personam praescribunt **CDE** 604. Cui libri

STASIMVS.

Lysiteli, Philtonis filio,

Sine dote.

CALLICLES.

Sine dôte ille illam in tántas diuitiás dabit? 605

Nón credibile dícis.

STASIMVS.

At tute édepol nullus créduas.

Si hóc non credis, égo credidero

CALLICLES.

Quid?

STASIMVS.

Me nihili péndere.

CALLICLES.

Quámduum istuc aut ubi actumst?

STASIMVS.

'Illico, hic ante óstium:

Támmodo, inquit Praénestinus.

CALLICLES.

Tánton' in re pérđita

Quam in re salua Lésbonicus fáctus est frugálior? 610

605. Fortasse Hem sine dote Callicli tribuendum diuitias
 supr. scr. **D** 606. dicef **BCDE** tute edepol *Bothius*.
 tuaedepol **B**. tua edepol **CDE**. tu aedepol **FZ**. *Transposuit Her-*
mannus tu nullus edepol creduas Camerarius. credaf libri, Do-
natus in Eun. II, 1, 10 607. nihilli *Camerarius. nihil libri*
 608. Quanduum **B** auttubi **B** actumst **B**. actumst *reliqui*
 illico, non illico, libri et hic et alibi constanter hinc **F**
 ostium **C**. hostium *reliqui* 609. Tammodo inquit Praenestinus *ca*
Attio affert Festus, de quo vide Parerg. I, p. 40 praenestinus
BZ. praenestinos **Cca**

STASIMVS.

'Atque quidem ipsus últro venit Phílto oratum filio.

CALLICLES.

Flágitium quidem hércle fiet, nisi dos dabitur uírgini.

Póstremo edepol égo istanc ad me rem áttinere intéllego.

'Ibo ad meum castigatorem atque áb eo consiliúm petam.

STASIMVS.

Própemodum, quid illic festinet, séntio et subolét mihi: 615

'Vt agro euortat Lésbonicum, quándo euortit aédibus.

'O ere Charmidé, quom apseuti hic túa res distrahitúr tibi,

'Vtinam te redísse saluom uídeam, ut inimicós tuos

'Ulciscare et mihi, ut erga te fui ét sum, referas grátiam.

Nímium difficilést reperiri amicum ita ut noméu eluet, 620

Quoi tuam quom rém credideris, sine omni cura dórmias.

Sét generum nostrum ire eccillum uídeo cum adfini suo.

Néscio quid non sátis inter eos cónuenit: celerí gradu

611. quidem *Hermannus*. equidem *libri* ifuf. **C** 613. ae-
 depol **Z** ego istanc ad me rem **R**. ego istam rem ad me *libri*.
 istam rem ad me ego *Guyetus*. ad me ego istam rem *Hermannus*.
 ego istam rem ad me *Bothius*. *Licet etiam* istam ego ad me rem
 áttinere Intelligo **F** 614. adque **C** 615. Probemodum **Ba**
 616. euortat *libri omnes* euertit *item omnes* edibus
BC 617. *vacuum spatium* **C** ere **BCD**. here **EFZ**
 charmide *libri*: *pro quo vix dubitandum quin poeta* Charmides
scripserit quom absenti *Hermannus*. quom apseuti te **B**. quí
 absente te **D**. quoniam absente te *reliqui*. quam absente te *Camerarius*
 618. saluam **C**. salú **B**. saluum *reliqui* 619. ulciscare *Ca-*
merarius. ulciscar *libri* et mihi **R**. ut mihi *libri* 620. difficile
 est **EF**. difícil est **B**. difficilést *reliqui* reperiri **BEa**. repperiri
CDZ. reperire **EbF** inimicum **BCDE** Eluet **Z**
 621. Quoi **B**. cul *reliqui* cum *libri* credideris **F**, *Sara-*
cenus. crederis *reliqui* si **D** 622. eccillum **FZ**. ecillum
reliqui affini **DEFZ** 623. gradu Sunt *Acidatius*. gradu
 Bunt **FZ**. gradus Eunt *reliqui*

Súnt uterque: illé reprehendit húnó priorem pállio.

Háut ei eusche me ástiterunt. hác aliquantum apocéssero: 625

Ést lubido orátionem audire duorum adfinium.

LYSITELES. LESBONICVS. STASIMVS.

LYSITELES.

Sta iloco: noli áuorsari, néque te occultassis mihi.

LESBONICVS.

Pótin' ut me ire, quó profectus súm, sinas?

LYSITELES.

Si in rém tuam,

Lesbonice, essé uideatur, glóriæ aut famaé, sinam.

LESBONICVS.

Quód est facillumúm, facis.

illic *Hermannus* 625. Haut **B**. Haud *reliqui* ei eusche
R. in eusce mea **B**. ineuf ce mea **C**. in eiufce mea **DE**. iuxta me
FZ. illi eusche *Camerarius* astiterunt *libri* abfcessero
F. apfessero **B**. abfessero *reliqui, correctum iam in antiquissimis*
post principem edd. 626. audire *cum spatio* **C** affinium
DEFZ. Lisytelis Lesbonicus Stasimus *agglutinat* **B**

Act. III. Sc. 2. Lysiteles Lesbonicus adolescentef duo. Stasimus feruuf **F**. **ADOLESCENTES II. SERVVS STASIMVS LYSITELIS LESBONICVS DE**. Adolescentef duo. Lysitales. Lesbonicuf. Seruuf Stasimus **Z**. **ADVLESCENTES II. SERVVS C B, et sine G C**
Lysitelis, Lesbonici, Stasimi personas graecis Z, E, K litteris notat **B** 627. aduorsari **Z**. aduersari **EF** 628. quod **CDE**
tuae Botkuis 629. glorie **B** fame **BC** gloriam
aut famam *expetebat Lambinus* 630. Quod] quid **Z** facillumúm **EFZ** facief **Ea**

LYSITELES.

Quid id ést?

LESBONICVS.

Amico injúriam. 630

LYSITELES.

Néque meumst neque fácere didici.

LESBONICVS.

Indóctus quam docté facis.

Quíd faceres, si quis docuisset te, út sic odio essés mihi?

Quí mihi bene quom símulas facere, málo facis, male cónsulis.

LYSITELES.

Égone?

LESBONICVS.

Tu ne.

LYSITELES.

Quíd male facio?

LESBONICVS.

Quéd ego nolo, id quóm facis.

LYSITELES.

Túae re bene cónsulere cupio.

LESBONICVS.

Tún mi's melior quam égo mihi? 635

Sát sapio, satis, in rem quae sint mēam, ego conspició mihi.

631. meumst **BCZ**. meumst **D**. meúst **E**. meum est **F** LE.
om. **BCDEa** post inductus personae spatium **C** quan **C**

633. Qui mihi bene quom simulas facere **R**. Qui bene cum simulaf
facere mihi te libri. Qui *delebat Hermannus*, quom *Bothius* 634.
tu na **EZ**. tune **BCD**. tu nae **F** quid] qui *Acidalius* uolo
Z cum libri 635. tun' mihi es et ego mihi *Guyetus*. tu mihi
es et egomet mihi libri 636. ab initio personae spatium **C**
in re quae sint mea *Pareus ed. tert.*, 'quomodo doctissimus *Gisfanus*
reperit in antiqq. libb.' remq sint **DE**

LYSITELES.

'An id est sapere, ut qui beneficium a bénevolente répudies ?

LESBONICVS.

Núllum beneficium ésse duco id, quóm, quoi facias, nóm
placet.

Scío ego et sentio ipse quid agam, néque mens offició
migrat,

Néc tuis depéllar dictis, quín rumori séruiam. 640

LYSITELES.

Quíd ais? nam retinéri nequeo, quín dicam ea quae pró-
meres:

'Itan tandem hanc maióres famam trádiderunt tibi tui,

'Vt uirtute eorum ánteparta pér flagitium pérderes,

'Atque honori pósterorum túorum ut tu obex fíeres?

637. ID • IST *A* h. e. IDEST ut videtur. idem *Ea* BENEFICIUM ABENEVOLENTE *A*, et sic Lambinus, Scaliger. beneficium benevolente *BCDEZ*. beneficium benevolentem *F* repudiet Lambinus 638. quom quoi] CUMCUI *A*. quod quoi *B*. quod cui reliqui

639. Lysiteli tribuunt *BEaZ*, personae spatium habent *CD*. Correxít *F*, Acidalius MENS OFFICIO *A*. mēse officium *BCD*. mense officium *E*. a me officium *FZ*. se a me officium Reizius. meum se officium Scioppius *Susp. lect. II, 1*. Fortasse scripsit poeta mens se officio. Cf. Kampmannum de *AB praep. p. 34* ante migrat spatium *C* 640. Neque *F* DEPELLAR *A*. depellor reliqui dictos *Ea* 641. Quid ais Lesbónico tribuunt *BZ*: correxit Acidalius, iungens ille quid ais nam? quid íais *D* retinere *F*, Nonius p. 475 eaque *BEF* 642. Itan tandem hanc *R* Parerg. I, p. 523. ITAN ETANDEM HANC *A*. Itane tandem reliqui. Ita tandem Hermannus. Itane tandem tibi, deleto in fine tibi, Bothius

MAIORES *A* 643. anteparta] ANTEUER • *A* (*anteuersa*?) 644. Atqui Gronovius *Observ. IV, 3*, segregans haec a superioribus et cum proximis iungens posterum Scaliger tu obex *R*. uindex libri (nisi quod in *B* í littera arrosa potius est quam 'crosa') cum *A*, defensum a Turnebo *Advers. XIX, 28* et Vossio de ana-

Tibi paterque auósque facilem fécit et planám uiam 645

'Ad quaerendum honórem: tu fecísti ut difficílis foret,

Cúlpa maxuma ét desidia tuisque stultis móribus.

Praeoptauisti, amórem tuum tu uirtuti ut praepóneres:

Núnc te hoc pacto crédis posse obtégeré errata? aha, nón
itast.

Cápe sis uirtutem ánimo, et corde expélle desidiám tuo. 650

'In foro operam amícis da, ne in lécto amicae, ut sólitus es.

'Atque istum ego agrum tibi relinqui ob éam rem iam enixe
éxpeto,

'Vt tibi sit, qui té corrigere póssis: ne omnino inopiam

Cínes obiectáre possint tibi, quos tu inimicós habes.

LESBONICVS.

'Omnia ego istaec quae tu dixisti scío, uel exsignáuero: 655

*logia I, 34. p. 539. atque serualo uibex coniecit Camerarius, pro-
barunt Lambinus, Dousa, Acidalius. index Scaliger. Inlex in Plan-
tiniana exemplo Leidensi XIII. D. 303 ascriptum est. uendax (et
antea honoris) Bothius* 645. PATERAUSQUE *A.* paterque auof-
que reliqui *FRICIT A.* Pius. facit reliqui 646. At *D*

QUAERUNDUM *A.* quaerendum reliqui *difficillif ABBF.* difficillif
reliqui 647. Culpá *B* maxuma *Bothius.* maxime libri

tuis quom stultis *Acidalius cum proximis construens* 648.

Preoptauisti *BE.* PRAEOPTAUISTI *A* tuum tu uirtuti ut *R.*

tuum uti uirtuti *libri cuxi A.* tuum uirtuti uti *Hermannus.* uirtuti
ut tuom *Bothius.* Licebat etiam Praeoptauisti tuum tu amorem uir-
tuti ut 649. FACTO *A.* pacto reliqui *ante ah spatium C,*

LE. *EFZ* AHA *A.* ah reliqui ITAEST *A.* itast *E.* itast

reliqui 650. ante Cape spatium *C, Z B, LY. EFZ* del-

sidiam *B* 651. In] in *C* AMICISOPERAM *A.* operam amí-

cif reliqui DANEINLECTO *A.* ha da aut intellectu *B.* hada aut

intellecto *CDE,* nisi quod aat pro aut *Das.* aut in lecto *Z.* haud

in lecto *F,* antiquae post *Z* edd. amice *BCDE.* om. *F*

652. ISTUMEGO *A.* ego istum reliqui rem iam enixe *R.* rem me-

nixe *B.* rem enixe *C.* rem enixe reliqui expecto *CFZ* 653.

colligere *Scaliger* possit uitium *Camerarianae* omno *D*

655. ISTAEQUAETUDIXI *A,* *Scaliger.* ista que tu dixisti *B.* isto.

'Vt rem patriam et glóriam maiórum foedarim meum.
 Scibam ut esse mé deceret, fácere non quibám miser:
 'Ita ui Veneris uictus, otio áptus in fraudem incidi:
 Ét tibi nunc, proinde út merere, súmmas habeo grátias.

LYSITELES.

'At operam perire meam sic ét te haec dicta spérnere 660
 Pérpeti nequeó: simul pigét parum pudére te.
 Ét postremo, nisi me auscultas átque hoc ut dicó facis,
 Túte pone té latebis fácale, ne inueniát te honos:
 'In occulto iacébis, quom te máxume clarúm uoles.
 Pérnoui equidem, Lésbonice, ingénium tuum ingenuom ád-
 modum: 665

quae tu dixisti *reliqui* uel exsignauro **ABCDEZ**. uel ex signis
 uera **F**. uel exquifinero *Scaliger*. uel ex ignarure *idem* 656. glo-
 riam maiorum *libri cum A*, *Priscianus VII, 6. p. 743 P.* maiorum
 gloriam *Gronovius* FOEDARIMMEUM **AEB**, *Prisc.* foedar im-
 meum **B**. foedar in meum **CD**. fedari in meum **Z**. foedarim **F**
 Vt rem patriam et meum maiorum gloriam foedauerim *Lomanus p. 73*
 657. scibam **A**, *Scaliger*, *Guyetus*. sciebam *reliqui* 658.
 uictus *Aldus*, *Hermannus*. uinctus **C**. uinctus *reliqui cum A* otio
 aptus **R**. OTI-APTUS **A**, et ita quidem ut quarta littera aut c aut o
 sit. otio captus **BCD**. ocio captus **EEZ**. captus otio *Hermannus*.
Nonius p. 235: 'aptum connexum et colligatum significat.'
 659. nunc]non **F** ut **A**. ac *reliqui Versus 660—664 trans-*
poni post v. 673 iussit Meierus p. VIII 660. te haec dicta
Camerarius. TEDICTACORDE **A**. te haec dicta corde *reliqui*, nisi quod
 hoc **BE**. te haec corde *Bothius*. corde nescio an e v. 650 *illatum*
sit. Librorum (praeter A) scriptura seruata Hermannus: 'At meam
sic perire operam et —. Audaculum sit: At mi operam perire et te
haec sic dicta corde spernere 661. piget **R**. me piet **C**. me piget
reliqui cum A 662. aufultat **B** 663. honos **R**, ut v. 697.
 honor libri 664. oculo **C** cum libri cum **A** MAXIME
 solus **A** 665. lesbonicé vel lesbonicem **BCDE** INGENIUM
 TUUMINGENUUM **A**. imperium tuum ingenium **BCDEa**. imperitum tuum
 ingenium **DBEZ**. peritum tuum ingenium **F**, 'libri veteres' *Lambini*

Scio te sponte nōn tuapte errāsse, set amorēm tibi

Péctus opscurāsse: atque ipse amoris teneo omnis uias.

'Itast amor, ballista ut iacitur: nīl sic celerest néque uolat:

'Atque is mores hōminum moros ét morosos éfficit.

Minus placet, magis quód suadetur: quód dissuadetūr,
placet. 670

'Quom inopiast, cupiás: quando eius cópiast, tum nōn uelis.

Ille qui aspellit, is compellit: ille qui consuadét, uetat.

'Insanumst malum, té in hospitium déuorti ad Cupidinem.

Sét te moneo hoc étiam atque etiam ut réputes, quid fa-
cere éxpetas.

Si istuc conare, út nunc facis indicium, tuum incendés
genus. 675

666. TUAP • III RRASSE **A** 667. opscurasse **B**. obscurasse *reliqui*
amores **BCDE** TENEOMNIS **A** omnis libri omnes

668. Ita est libri amo **Da** BALLISTAUT **A**. ut ballista **F**.
ballista ut *reliqui* iacitur **ABCD&Z**. iacet **DaE**. iacet **F**.
icitur *Spengelius Caecil. fragm. p. 16* NIHILCELEBRISICEST **A**.

nihil sic celere est *reliqui* 669. adque **C** his **BCDE**
mores]morbof **F** 670. Nimis **F** QUODSUADETURMAGIS **A**.

magis quod suadetur *reliqui*. Vnde facile efficias quod magis suadetur.
Nisi ante illapsum glossema sic scriptum fuit: Minus placet quod
consuadetur: quod d. pl. dissuadetur **Z** 671. Quom **B**. quom

A. Cum *reliqui* inopiast **BCDZ**. inopia est **AEF** cupif
F copias **Z**. copia est *reliqui cum A* 672. qui consuadet
Camerarius. quia non suadet **B**. qui non suadet *reliqui* 673.

'Insanumst malum, té in **B**. Insanum est malum (in **B**. Insanumst et
malum in **CDZ**. Insanum est et malum in **EF**. *Delevit et Lipsius*
Epist. quaest. III, 30. Parum placitulum sit 'Insanumst, te malum
in. *Transposuit Hermannus* Insanum est malum devorti in hospitium
hospicium **BCDE** diuorti **EF** 674. adque **C**

reputet **C** expetas *Scaliger* 675. Si istuc conare, ut nunc
facis **B**. Si istuc ut conare facis libri, nisi quod cenare **F**. Si istuc
conare, ut facis mi *Hermannus*. Si istuc (*cogita* expetif), ut conari
facis *Bothius et ante ut addito te Lindemannus*. Fallitur de his et
proximis Gronovius Obscro. IV, 3 inditium **F**. iacitulum 'libri

Tum igitur aquae erit tibi cupido, gēnus qui restinguās tuam.
 'Atqui si eris uāctus, proinde ut cōrde amantes sūnt cati;
 Né scintillam quīdem relinques, gēnus qui congliscāt tuam.

LESBONICVS.

Fācile inuentust: dātur ignis, tamenētsi ab inimicē petas.
 Sēt tu obiurgans me ā peccatis rāpis deteriorem in uiam. 680
 Mēam sororem tibi dem suades sine dote. at non cōnuenit
 Mé, qui abusus sūm tantam rem pátriam, porro in ditiis
 Ésse agrumque habére, egere illam aútem, ut merito me óderit.
 Nūmquam erit aliénis grauis, qui sūis se concinnāt leuem.
 Sicut dixi, fāciam: nolo té iactari dīutius. 685

LYSITELES.

Tānton meliust, té sororis cāusa egestatem éxsequi,

oeteres' Lambini 676. aquae erit tibi **R**. tibi aquerit **B**. tibi querit **CDF**. tibi querit **Z**. tibi aqua erit *Camerarius*. tibi aquae erit *Dousa Plaut. expl. IV, 24* 677. Atqui si eris **R**. Atque erit si libri, nisi quod adque **C**. Atque eris si *Scaliger, Lambinus*. Atque si eris *Hermannus* capti **Z** 678. Ne scintillam *Camerarius*. Nescintillam **B**. Nesciunt illam *reliqui* qui] quod **F** congliscat *Camerarius*. condiscat **B**. concludit *reliqui*, ne gliscat *Hermannus* 679. LE. om. **EFZ** Facile inuentu est **B**. facile est inuentu *reliqui*. Facillat inuentu *Lambinus* tamen etfi **BCDE**. tametfi **FZ** ab om. *Ces* inimico **R**. inimicof **BCDE**. inimicif **FZ** 680. LE. *praemittunt EFZ* rapidif **BCDE** 681. sororem tibi dem suades *Guyetus, Reizius*. uif sororem tibi dem suades libri. sororem uis tibi dem *Bothius* post dote vacuum spatium **C**, post hac **CDE** at **R**. ha a **B**. hac **CDE**. hoc **FZ**. *Fortasse scriptum fuit* hocine conuenit 682. tantē **B** ditlis *Guyetus*. diuitlif libri 683. abere **B** autem] aū **B** merito me *Hermannus*. me merito libri 684. *Lysitelis personam praefigit B* Numquam **CD**. Nunquam vel Nūquam *reliqui* 685. dixit **CDE** lactare **EF** diuitlif **F** 686—691 post v. 705 iterant **BCDE**: unde quas afferam scripturas, cancellis sepiam \ LY. om. **BE** Tanton **R**. Tanto libri. Tandem *Acidatius* mellust **BCDEZ**. mellus est (**BCDE**)**F** foris **CDE** aegestatem **C**. egestatam **Z** exoqui **EFZ**.

'Atque eum me agrum habere quam te, tua qui toleres
moenia?

LESBONICVS.

Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem
leues,

Sét ut inops infamis ne sim: né mi hanc famam differant,
Mé germanam meam sororem in concubinatúm tibi 690
Síc sine dote dedidisse mágis quam in matrimónium.

Quis me improbior perhibeatur esse? haec famigeratio
Té honestet, me autém conlutitet, sí sine dote duxeris.
Tíbi sit emolumentum honoris: míhi, quod obiecént, siet.

LYSITELES.

Quid? te dictatorem censes fore, si aps te agrum accé-
perim? 695

687. adque **C(C)** mé agrum **R.** agrum me *libri* tole-
ref **B(CDE)**. tolleres **CDEFZ** munia (**B**). menia (**E**)**F**
688. LE. om. (**BE**) aegestatem **C(CD)** 689. me
hac fama *Meursius et ante et post differant spatium C* 691.
Síc sine *Camerarius*. Si sine **BCDE(BCDE)**. sine **FZ** dotis
(**B**) dedidisse *Camerarius ed. sec.* dedidisse **B(B)CDEFZ**.
dedidisse (**CDE**) matronium (**D**) 692—694 *post v. 704*
iterant BCDEFZ improbior **CD(D)** hec **B** fami-
geratio (**DCDEFZ**)**Z**, *Nonius p. 84.* famigeratio **BCDE**. fa-
miferatio **F** 693. me autem conlutitet, si **R** *Parerg. I, p. 534.*
me autem conlutitent et si (**BCDE**). me autem conlutitent et si (**Z**).
me autem conlutitent (**F**). me conlutitent et si **BC**. meclutitent **E**
si **D**. meclutitent Et si **E**. mecum collutet Et si **Z**. me conlutitent
et si **F**. me conlutitent et si *Nonius*. me autem collutitent si *Camerarius*
sine dote dixerit (**Z**). cum dote duxerim (**F**) 694. emolu-
mentum **B** míhi autem quod (**CDEFZ**) 695. LY.] Lof. **F**.
om. **E** Quid **B**. cui **CDEZ**. Tu **F** foros **BCDE** apste
B. abste reliqui *Fallitur de numeris Kampmannus de AB*
praep. p. 15

LESBONICVS.

Néque uolo neque póstulo neque cénseo: uerúm tamen
'Is est honos hominí pudico, méminisse officiúm suum.

LYSITELES.

Scío equidem te, animátus ut sis: uideo, subolet, séntio.
'Id agis, ut, ubi adfinitatem intér nos nostram adstrinxeris,
'Atque eum quom agrum déderis nec quicquam híc sit qui
uitám colas, 700

Éffugias ex úrbe inanis, prófugus patriam déseras,
Cógnatos, adfinitatem, amícos factis nuptiis.

Méa opera hinc protérritum te mēaque auaritia aúment.
'Id me commissúrurum ut patiar fieri, ne animum indúxeris.

STASIMVS.

Nón enim possum, quín exclamem: euge, eúge, Lysitelés,
πάλιν. 705

Fácile palmam habés: hic uictust: uícit tua comoédia.

696. LE. *Camerarius. om. libri* postulo censeo **B**
697. honuf **C** 698. LY. *Camerarius. om. libri* ut sis uideo **B**.
ut si studio **CDE**. ut si studio **FZ** subolet **B**. sobolet *reliqui*
699. Itagif **B** adstruxerif **F** 700. adque **C**. aq **D**
eum cüm agrum déderis **R**. eum agrúm dederif *libri*, nisi quod eum
supr. scr. **B** nec quicquam **F**, *Camerarius.* ne quicquam *re-*
liqui hic **R**. hic tibi *libri* uitám **D** 701. profugus *Ca-*
merarius. profugient *libri* deseras *Camerarius.* deseret **BCD**.
deseret **E**. deserent **FZ** 702. cognatos *om.* **C** 703. per-
territum *Gulielmus* auaricia **F** 704. commissurum **Z**
Redeunt hic in libris v. 692–694, ubi vide annotata. Deleuit Ca-
merarius, seruauit et praef. p. XII sq. defendit Hermannus: im-
merito, ut Parerg. I, p. 529 sqq. demonstrauimus 705. *affert*
Cicero de orat. II, 10 **ST. om.** **BE** Enim non *Palme-*
rius Spicil. p. 730 qui **CDE** lystellif **CD**. lystellif **B**
naly Gruterus. palli BCDE. om. FZ, editores ante Gruterum
omnes Redeunt hic in BCDE v. 686–691: ubi vide annotata
706. *Facilem Scaliger* uictust **R**. uictuf *libri* *comedia*

Hic agit magis ex argumento et uersus meliores facit.
 Etiam ob stultitiam tuam te tueris? multam abomina.

LESBONICVS.

Quid tibi interpellatio aut in concilium huc accessiost?

STASIMVS.

Eodem pacto, quo huc accessi, apscersero.

LESBONICVS.

I hac mecum domum, 710

Lysiteles: ibi de istis rebus plura fabulabimur.

LYSITELES.

Nihil ego in occulto agere soleo. meus ut animus, eloquar:
 Si mihi tua soror, ut ego aequom censeo, ita nuptum datur
 Sine dote neque tu hinc abiturus, quod erit meum, id erit
 tuum;

Sin aliter animatus es, bene, quod agas, eueniat tibi. 715
 Ego amicus tibi nunquam ero alio pacto: sic sententias.

STASIMVS.

'Abiit hercle ille. ecquid audis, Lysiteles? ego te uolo.

CDEF 707. mellioris **BCD** 708. stulticiam **BF** te
 tueris **Z**. securis **B**. te turis **CDE** et interposito multa **F**. Ceterum
 tueris *Hermannus: nos tueris* multam abomina *Palmerius Spi-*
cit. p. 659. multa obomina **B**. multa abomina *reliqui.* multabo mina
Salmasius, Scaliger. muta, abomina (?) *idem Scaliger* 709.
affert Donatus in Eun. IV, 4, 4 accessio est libri 710,
 apscersero **B**. abscersero **CDE**. abscersero **FZ** 711. lysitelli sibi
B. lysitelli sibi **CDE** 712. occulto **C** Nil in occulto ego
transponi voluit Lomanus p. 74 animus es **B**. animus est *re-*
liqui 713. mi tua uxor **F** equum **BE**. aequom *reliqui*
 ceseo **D** 714. dote **B** abiturus **F**, *Pius.* habiturus *reliqui*
 erit meum **B**. meum erit *libri.* An fuit meum? 715. eueniat
F, *Camerarius.* eueniet *reliqui* 716. tibi nunquam ero *Bothius.*
 nunquam tibi ero *libri, nisi quod nunquam C.* Possis etiam nunquam
 ero tibi sic] si **BCDE** sententia est *libri* 717. hercle ille

Hic quoque hinc abiit. Stásime, restas sólus. quid ego nunc
agam,

Nisi uti sarcinám constringam et clúpeum ad dorsum ac-
cómmodem,

Fúlmentas iubeám suppingi sóccis? non sisti potest. 720

Vídeo caculam militarem mé futurum haut lóngius.

'Atque aliquem ad regem in saginam quom érus se con-
iexít meus,

Crédo ad summos béllatores ácrem — fugitorém fore,

Ét capturum ibi spólia illum, qui — méo ero aduorsus ué-
nerit.

Égomet, quom extemplo árcum et pharetram mi ét sagit-
tas sumpsero, 725

Guyetus. hercle ille quidem libri, nisi quod ercle **B.** hercle quidem *Hermannus* lystellif **B.** lyfitellif **CDE** 718. hinc hablit **B.** hinc ablit reliqui. ablit *Guyetus.* qui **B.** 719 et 720 post v. 724 transposuit *Hermannus* (praef. p. XX sqq.), solum 720 *Grauertus* in *Diurn. schol. a. 1839 p. 44* clupeum ut v. 596. clypeum **DZ.** clipeum reliqui accomodem **DEZ.** adcomodem **F** 720. fulmentaf **BCDE,** *Nonius p. 306.* fulcimenta **FZ.** fulmenta et deinceps *soccus Salmasius* subpingi **F.** subponi *Nonius* foccif **B,** *Camerarius.* sotlof **CD.** socios **Es.** foccos **FZ.** fico vel foco *Nonius* 721. caculam **B,** *Festus Pauli p. 45, et ex hoc Angeli Mai Nov. Thesaurus latinitatis (Class. auct. e Vat. cod. ed. t. VIII) p. 89.* caula **CE.** callia **D.** catulam **Z** callamilitarem **F** *haud Douza IV, 24, Scaliger.* aut libri 722. Atque **R.** At **B.** aut reliqui. Vt *Gruterus,* iungens haec cum superiore versu. Ad aliquem regem *Guyetus* sagenam *Lambinus,* et antiquiores apud *Pium* quom erus se **R.** meruf sese **B.** meruisse se **CDE.** me heruf et se **F.** heruf se **Z.** si herus se *Hermannus* coniecit *Pa-reus.* coniecit libri 724. ibi spolia **R.** spolia ibi **BCDE.** spolia sibi **FZ** meo ero **BCDE.** meo hero **FZ.** hero *Bothius* aduerfus libri *Vnum et alterum post hunc versum excidisse Meierus p. VIII suspicatur* 725. Egomet quom *Hermannus.* Egomet aú quome **B.** egomet autem quo me reliqui (quod valet quom ml.) Egomet autem quom *velustae post Z* edd. extemplo **BEZ.**

Cássidem in capút, — dormibo plácidule in tabernáculo.
 'Ad forum ibo: núdius sextus quói talentum mútuom
 Dédi, reposcam, ut hábeam mecum quód feram uiáticum.

MEGARONIDES. CALLICLES.

MEGARONIDES.

Vt mihi rem narras, Cállicles, nulló modo

Pote fieri prosus, quin dos detur uirgini.

730

CALLICLES.

Namque hércle honeste fieri ferme nón potest,

Vt eám perpetiar ire in matrimónium

Sine dóte, quom eius rém penes me habeám domi.

* * * * *

MEGARONIDES.

* * * * *

Paráta dos domíst: nisi exspectáre uis,

exemplo *reliqui* arcum et pharetram mi et sagittas **R**. arcum
 mihi et pharetram et sagittas *libri*. arcum mihi et pharetram *Gruterus*,
 arcum mi et sagittas *Reizius*, *uterque servato* autem 726. cap **C**
 placidule **R**. placide *libri* tabernaculo *libri*. contubernio
Hermannus 727. nundiuf **BCDE** nudiussextus hinc *ex-*
cerptum in glossario Plautino quói **B**. cui *reliqui* 728.
 uiaticum megaronides callides **B**

Act. III. Scen. 3. SENES II DV **B**. SENEX. II. DV **C**.
 PHILTO CALLICLES SENES II. *DEa*. Megaronides Callides senes
 duo **FZ**. *Has personas graecis AB litteris signat B* 729.
 callides **BFZ** 730. Pote *Bothius*: *vid. ad v. 352*. potest *libri*
 profus **B**. profus *reliqui* 733. quom] quin **B**. cum *reliqui*
Post hunc v. cur lacunae notas posuerim, expositum est in
praefatione 734. Paranda *Bothius*. *Superioribus iuncta sic Me-*
garonidi continuabat Meierus p. V: habeam domi, parata dos domi

Vt eam sine dote frater nuptum conlocet: 735

Post adeas tute Philtonem et dotem dare

Te ei dicas: facere id eius ob amicitiam patris.

Verum hoc ego vereor, ne istaec pollicitatio

Te in crimen populo ponat atque infamiam.

Non temere dicant te benignum uirgini: 740

Datam tibi dotem, ei quam dares, eius a patre:

Ex ea largiri te illi, neque ita, ut sit data,

Incolumentem sistere illi, et detraxe audent.

Nunc si opperiri uis aduentum Charmidis,

Perlongumst: huic ducendi interea abscesserit 745

Lubido: atque ea condicio huic uel primariast.

CALLICLES.

Eadem omnia istaec ueniunt in mentem mihi.

MEGARONIDES.

Vide si hoc utile magis atque in rem deputas:

Ipsum adi adolescentem, edoce eum uti res se habet.

sit expectare libri 735. conlocet **BCDZ**. collocet *reliqui*
 737. amicitiam **CF**. amicitiam **B** 738. istec **BCDE**
 pollicitatio **C**. pollicitatio **D**. pollicitatio **F** 739. incremen **BCD**
 ponat] ponat ponat **B**. inponat **D** adque **C** 740. be-
 nignem **C** 741. el]ET (**A**) . deref **BC** 742. LARGIRITE
 ILLI **A**. largitate illi *reliqui*. largitari te illi *Camerarius*. largitari
 illi *Hermannus*, te largitari *Bothius* 743. INCOLUMEM **A**. colu-
 mente **BCEF**. colum te **D**. colum te **Z**. in—columem te *per duos*
versus continuato vocabulo Lambinus detraxe *Camerarius*. de-
 traxi **BCDE**. detraxisse **FZ** 744. Nuc **B** operiri **F**.
 OPERIRI **A** adicentum **B** CHARMIDIS **A** 745. perlongumst
BCDZ. perlongum est **AEF** ducendi]ducendi uoluntas **F**.
Cf. Sciopp. Susp. lect. II, 1 Versus 746. accessit ex solo **A**,
 in quo est PRIMARIAEST huic] hic *Bothius*: male om. alii
 747. EADEM **A**. Nam hercle *reliqui* istec **BCE** 748. ME.
FZ. om. *reliqui* utilem agit **BCD** adque **C** depapitaf
D. depapitaf **E** 749. sic *conferuimus Pererg. I, p. 564.*

CALLICLES.

Vt égo nunc adulescénti thensaurum índicem 750

Indómito, pleno amóris ac lascíuiae?

Minumé, minume hercle uéro. nam certó scio,

Locúm quoque illum omnem, úbi situst, coméderit.

Quem fódere metuo, sónitum ne ille exaúdiat :

Ne rem ípsam indaget, dótem dare si díxerim. 755

MEGARONIDES.

Quo pácto ergo igitur clám dos depromí potest?

CALLICLES.

Dum occásio ei rei réperiat, interim

Ab amíco alicunde mútuom argentúm rogem.

Quanquam licet etiam alia comminisci, ut: Ipsum adulescentem rem edoceamus ut se habet **IPSUM A.** Vt reliqui adeam lesbonicum edoceam ut **ABCDE.** adeam l. edoceaf ut **Z.** adeaf l. edoceaf ut **F,** Saracenus, Pius, Acidalius. adeas L. edoctum ut *Bothius* 750. CA. **FZ.** om. reliqui Vt ego nunc **FZ.** SRDNUNCGEO **A.** Sed ut ego nunc **BCDE** (nisi quod sup. scr. nē in **D**). Fortasse scripsit poeta: Quid? huic ego adulescenti vel Quid? ut ego huic ad. adolescenti **F** thenfaurum **ABD.** thenfarum **C.** tenfaurum **E.** thefaurum **F** 751. lasciuie **B** 752. **Z** (*Lysitelis notam*) praemittit **B,** vacuum spatium **CDE** Minime minime **ABCDE.** Minime **FZ** uero om. **A** na **B** certo **ABZ.** certe reliqui 753. illum om. **Z** situmst **A.** situm est **F.** situst reliqui comederit **B** 755. Ne rem ipsam **R** *Parerg. I, p. 565.* n. REMIPSAM **A,** sed ut ne an neu sit non liqueat. Ne ufe ipsa **B.** Neu ipsam rem reliqui. Ne ipsam rem *Hermannus* indaget *Camerarius.* indacet **BCDE.** indicet **F.** iudicet **Z** 756. ME.] **B** (h. e. CA.) **B** ergo om. **A** igitur om. **F.** agetur **Z,** correctum a *Scioppio Susp. lect. V, 13* clam dos depromi potest *Megaroni* (*Callici B*) continuata **B,** **R** *Parerg. I, p. 567.* *Callici* tribuunt et cum v. 757 construunt reliqui deprimi **F** 757. **A.** Dum **B** ei rei reperiat *Camerarius.* RIBEPPIRIATUB **A.** ei reperiat reliqui 758. MUTUUM **A.** om. reliqui: unde multa multi mira rogem **FZ,** *Acidalius.* rogef reliqui cum **A**

MEGARONIDES.

Potim' ést ab amico alcúnde exorari?

CALLICLES.

Potest.

MEGARONIDES.

Gerrae: no tu illud uérbum actutum inuénieris: 760

Hem, mihi quidem hercle nón est, quod dem mútuom.

CALLICLES.

Malim hercle ut uerum dicant quam ut dent mútuom.

MEGARONIDES.

Set uide consilium, sí placet.

CALLICLES.

Quid cónsulist?

MEGARONIDES.

Scitum, út ego opinor, cónsiliium inueni.

CALLICLES.

Quid est?

MEGARONIDES.

Homo cónducatur iam aliquis quantum potest 765

759. ME.] **B B** CA.] spatium **B** 760. ME. om. **B**
 gerrae ne tu **ACDEZ**. gerra en etu **B**. gerre nae tu **F** uer-
 bum] uerum *Kampmannus de AB praep. p. 11, contra quem dixi-*
mus Parerg. p. 571 761. Hem mihi **R**. *A* Mihi **B**. mihi Mihi **D**.
 Mihi Mihi **E**. Mihi reliqui cum **A**. Pol mihi *Hermannus praef. p. XVI*
mutuum libri 762. *B praemittit B* dicant **R**. dicat *libri*.
Vide Parerg. p. 570 ut dent mutuom **R**. (ut det *expressum est in*
Lambiniana, inconsulto puto.) ut det mutuom *Camerarius*. uidet
 mutuom **B**. uidet mutauit **CDE**. uidet mutuom **Z**. uidet mutetur **F**.
Vulgatam scripturam defendens Ladewigius in Mus. Rhen. n. III,
p. 204 sq. recte impugnatur a Fleckelseno in Schneidewini Philol.
II, p. 78 sq. 763 et 764 sedes suas mutarunt in **A** con-
 siliu **CF(A)** oponor **Des** 765—770 sic ordinavimus *Pa-*
rergr. Pl. I, p. 572 sqq., qui in libris hoc sese ordine excipiunt:

Ignóta facie, quæ non uisitáta sit.

Is homo éxornetur gráphice in peregrinúm modum,

Quasi sit peregrinus.

CALLICLES.

Quid is scit facere póstea ?

MEGARONIDES.

Mendácilocum aliquem [esse hóminem oportet dé foro,]

Falsídicum confidéntem.

CALLICLES.

Quid tum póstea ?

770

MEGARONIDES.

Quasi ád adulescentem á patre ex Seleúcia

765. 768. 767. 766. 769. 770, nisi quod v. 769 ex solo *A* accessit.

Fortasse tamen eiectis glossematis sic omnia in brevius contrahenda:

ME. Homo conducatur iam aliquis quantum potest

Ignota facie. CA. quid is scit facere postea ?

ME. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum.

Mendacilocum aliquem [esse hominem oportet de foro,]

Falsidicum, confidentem. CA. quid tum postea ?

ME. Quasi ad e. q. s.

765. conducatur *B* IAMALIQUIS *A*. aliquis iam reliqui 766.

facie Saracenus, Acidalius. facies libri, quod servans Lambinus
atque inusitata edidit QUARONUISITATASIT *A*, Dousa Pl. Expl.

IV, 25, Scaliger, Acidalius. que non uis ita sit *B*. quae non uisita
sit *C*. quae non uis ita sit *DE*. quae non uisa sit *Z. om. F*. quae
non usitata sit Camerarius. Rectius fortasse quae hic non uisitata
sit ut Pseud. II, 4, 37, ubi uisitatus *A*, non uisitatus 767. ME.

Is vulgo. If *B* 768. is scit] iscit *A*. istoc Hermannus 769.

MENDACILOECUMALIQURM QUID • SISCITFACEREPOSTEA *A*. Errore iteratum
hemistichium apparet ea expulisse, quae aliqua coniectura redi-
pisci studuimus 770. FALSIDICUMCONFIDENTEM *A*. falsidicum cum-

fidentem (vel cūfidentē) *BCDE*. falsidicus confident *FZ*. falsidicus
confidensque Lambinus quid dum *C*. QUIDDUM (*A*) 771.

Quasi ad libri cum *A*. Quasi si ad Hermannus praef. p. XVI

adulentem *D* ex seleutia *FZ*. exleutia *BDE*. exleucia *C*

Veniát, salutem ei nuntiet uerbis patris:

Illúm bene gerere rem ét ualere et uiuere:

Et eúm rediturum actútum. ferat epistulas

Duas: ěas nos consignémus, quasi sint á patre. 775

Illí det alteram, álteram dicát tibi

Dare sése uelle.

CALLICLES.

Pérge porro dicere.

•MEGARONIDES.

Seque aurum ferre uirgini dotem á patre

Dicát, patremque id iússisse aurum tibi dare.

Tenés iam?

CALLICLES.

Propemodo, átque ausculto pérclubens. 780

MEGARONIDES.

Tum tu igitur demum id ádulescenti aurúm dabis,

Vbi erit locata uirgo in matrimónium.

CALLICLES.

Scite hércle sane.

MEGARONIDES.

Hoc, úbi thensaurum effóderis,

772. nunciet **CZ**. nuntiet **B** 773. gerere rem et **FZ**. gereré et reliqui 774. actu tú **D**. auctu tum **E**. auctutum **BC** epistulas **E**. epistolaf reliqui 775. noſton ſignemus **C** 776. Illi det alteram **R**. Det alteram illi libri. Det alteram illice *Bothius* alteram dicat libri. dicat alteram *Camerarius*. atque alteram dicat *Hermannus* 779. patremque **CD** tibi iuſſiſſe aurum *Hermannus* 780. propemodum **FZ** 781. ME. om. **B** id *Camerarius*. om. libri adoleſcenti **BDFZ** 783. CA.] **A B** ME.] **A B** (sic) thensaurum **BCDE**. theſaurum **FZ** thensaurum eſſe a patre alienatum Ab adoleſcente amouerif cenſebit eſſe a patre alienatum Tibi **C**, *omiffis* effoderis ſuſpicionem et aurum

Suspicionem ab ádulescente amóueris.

Censébit aurum esse á patre allatúm tibi: 785

Tu dé thensauro súmes.

CALLICLES.

Satis scite ét probe:

Quanquam hóc me aetatis sýcphantari pudet.

Set epístulas quando ópsignatas ádferet,

Nonne árbitraris túm adulescentem ánuli

Patérni signum nóuisse ?

MEGARONIDES.

Etiam tú taces ? 790

Sescóntae ad eam rem cáusae possunt cónligi.

Eum quem hábuit perdidit, álium post fecit nouom.

Iam si ópsignatas nón feret, dici hóc potest,

784. adolescente **DEFZ** 785. allatum tibi **B**. alienatum
 sibi **D**. alienatum tibi *reliqui* 786. thensauro **CDE**. thesauro
reliqui fument **C** prope **C** 787. **A**. Quanquam **B**.
 Quamquam **CE** hoc om. **EF** me aetatíf **Z**. mea etatíf **B**.
 mea aetatíf **C**. me^a etatíf **DE**. mee aetatíf **F** sicophantari **CDE**.
 sicoplantari **B** 788. **B**. praemittit **B**, spatium **CE** epi-
 stulaf hic et proximo v. solus **B** pro epistolaf opsignataf **B**.
 obsignataf *reliqui* afferret **F**. adferet *reliqui* Post v. 788
haec sequuntur in BCDEZ (in F omissa): Sed quó obsignataf
 attulerit epistolaf, nisi quod Sed quó **B**, siquando **Z**, sed quoniam
E, et epistolaf **B**. Si quidem e. q. s. edidit *Camerarius*. tulerit has
 ep. *Hermannus. Expunximus Parery. I, p. 536 sqq. ut aperte in-*
siticia. Defendit tamen post 792 transposita Meierus p. V 789.
 tum *Bothius. om. F.* eum *reliqui* adolescentem **F** anulí omnes
 790. nouisse *Camerarius*. non^{ee} **D**. nosse *reliqui* 791. se-
 scoentae **CDE**. sescenté **B**. sexcentae **FZ** cause **B** colligi
 solus **F** 792. Eum *Camerarius*. illum líbri nouum solus
F 793. CAL. praemittit **F** opsignataf **B**. obsignataf *reliqui*
 ante dici spatium **C** potest inspectaque esse in
 margine **DE**

Aput pórtitores ðas resignatás sibi
 Inspéctasque esse. in hũusmodi negótio 795
 Diém sermone térére segnitiés merast:
 Quamuis sermones póssunt longi téxier.
 Abi ad thensaurum iám confestim clánculum:
 Seruós, ancillas ámoue: atque audín?

CALLICLES.

Quid est?

MEGARONIDES.

Vxórem quoque eampse hánc rem uti celés face: 800
 Nam pól tacere nũmquam quicquamst quód queant.
 Quid nũc stas? quin tu hinc te ámoues et té moues?
 Aperí, deprome inde aúri ad hanc rem quód sat est:
 Continuo operta dénuo: set clánculum,
 Sicút praecepi: cunctos exturba aédibus. 805

CALLICLES.

Ita fáciam.

794. portitores **R**, Meierus p. VI. portitorem libri eaf ref
 signataf **F** ibi **Z** 795. esse MEG. In **FZ** huiusmodo
B negoclo **EZ** 796. sermone **F**. sermonem reliqui
 terere **FZ**. terrere reliqui merast omnes 798. Abi ad the-
 saurum Camerarius. Tibi athenaf aurum **BCDE**. abi athenaf aurum
F. abi effodiat aurum **Z** 799. amoueatque **BCDE** 800.
 Voxorem **B** quoque eampse **R**, Fleckeisenus in Schneidewini
 Philol. II, p. 113. quoque ipsam libri. ipsam quoque Bothius. quoque
 etiam ipsam Hermannus rem uti **R**. rem ut libri. ut rem Fleck-
 eisenus 801. pod **B** numquam **BC**. nunquam vel nũquam
 reliqui quicquam est **F** queant Meierus p. V, Fleckeisenus
 l. c. et p. 74. queat libri 802. tu hinc te Hermannus. tu hinc
B. tu hunc **CDE**. tu te hinc **Z**. te hinc **F**, Camerarius to
 moues] demoues Bothius 803. auri ad **F**. hauri ad **Z**. auriat **B**.
 hauriat **CDE** 804. Continuo operta **R**. Continuo operito libri.
 Continuoque operi Hermannus 805. precepit **BCE** 806. Faciam.

MEGARONIDES.

At enim nimis longo sermone útimur:

Diém conficimus, quód iam properatóst opus.
 Nihil ést, de signo quód uereare: mé uide.
 Lepidást illa causa, ut cómmemorauí, dícere,
 Aput pórtitores ésse inspectas. dénique 810
 Díeí tempus nón uides? quid illúm putas
 Natúra illa atque ingénio? iamdudum ébriust:
 Quidís probari ei póterit. tum, quod máximumst,
 Adférre hic, non se pétere dicit.

CALLICLES.

Iám sat est.

MEGARONIDES.

Ego sýcophantam iám conduco dé foro, 815
 Epístulasque iám consignabó duas:
 Eumque húc ad adulescéntem meditatúm probe
 Mittam.

ME. át enim nimis hic longo *Hermannus. Fortasse at delendum*
 807. properato est *F* 808. Nihieft *B* quo *BCDE* 809.
 CA. lepida *FZ* est ille *B*. est illa *reliqui*. illa est *Bothius*
 commerauí *B* 810. ME. denique *FZ* 811. qutaf *Ba*
 812. adque *C* :ebriust est *EB*. ebriust *reliqui* 813. probari
 ei *R Parerg. I, p. 536*. probare *libri*. probari *Pius, Guyetus*
 maxumúst *Z*. maximum *F*. maxumíft *BCDE* 814. At ferre *BC*.
 asferre *F* hic, non se petere *R*. non petere hic se *BC*. non
 petere hífce *DEZ*. non potere hífce *F*. *Licebat etiam* Adferre, non
 se hic petere *vel* Adferre, non se petere hic: *atque hoc Lomano p.*
74 placuit tam *F* 815. sycoplantam *B* de foro]defero
C. de forte *D*. de foro et *E* 816. epístulasque *B*. epístolasque
C. epístolasque *reliqui* iam] etiam *Bothius* 817. ad *Came-*
rarius ed. alt.: om. libri adulescentem *EF*

CALLICLES.

Éo ego ergo igitur íntro ad officiúm meum.

Tu istuc age.

MEGARONIDES.

Actum réddam nugacíssume.

818. ego ergo **B.** ego libri. ego iam *Hermannus*. Potueram etiam ego hinc 819. nugacíssume *Hermannus*: cf. *Grauertum in Diurn. scholast. a. 1829 p. 36.* nugacesunt nisi charmidet **B.** nugacesunt nisi charmidet **CDE**, nisi quod se pro sunt **D.** om. **FZ.** nugax (vel nugax) sum, nisi *Scioppius Susp. lect. II, 1 satis inepte.*

ACTVS IV.

CHARMIDES.

Sálipotenti et múltipotenti Ióuis fratri aetherei Neptuno 820
 Laétus lubens laudés ago, gratas grátisque habeo, et flú-
 ctibus salsis,
 Quós penes mei fúit potestas, bõnis meis quid fóret et uitae,

*Act. IV. Sc. 1. SENEX C B. SENEX CD. CHARMIDES
 SENEX EFZ, nisi quod Carmides F Tractavimus hanc sce-
 nam Parerg. I, p. 543 sqq., unde petantur quae huc transscribere
 piget* 820. Salipotenti *Brantius*. Salsipotenti libri aetherel
 Neptuno *Scaliger, Bothius*. et nereí neptuni **BCDE**. et nereí nep-
 tuno **FZ**. Taenário Neptuno *Petitus Misc. II, 7*. aequoreo Neptuno
Ant. Reinus Quaest. Plaut. (Crefeld. a. 1834) p. 16. Neptuno et
 Nereo *Lambinus*. Neptuno et Nerei *Guyetus* 821. letuf **BDE**
 gratas grátisque habeo *Bothius*. et gratef grátisque habeo libri.
 grátisque habeo gratas *Goellerus*. et gratis: grátisque habeo *Berg-
 kius in Zimmermanni Diurn. antiq. stud. a. 1834 p. 1003* et **Z**.
 e reliqui. om. *Goellerus* 822. Quos **Z**. Quó **B**. Quã **CD**. Quo-
 niam **E**. Cum **F** mei fuit *Hermannus*. mei **Z**. me **BCDE**.
 te **F** bonis meis quid *Salmasius*. bonif misf quid **BC**. bonif quid
DE. omnif quidem **FZ**. boni misque *Meursius Exerc. crit. in Bacch.*
c. 4 quid]quidem **FZ** et om. **F** et uitae *Hermannus*.
 et mea iulte **B**. et mee uite **E**. meae uitae **F**. et meae uitae *reliqui*,
 quod licet sane sic tutari: bõnis meis quid foret et meae uitae

Quóm suis me ex locis in patriam urbem usque incolentem
reducem faciunt.

'Atque tibi ego, Neptúne, ante alios dōes gratis ago atque
hábco summas.

Nám te omnes saeuómque seuerumque, áuidis moribus
commemerant, 825

Spúrcifícum, immanem, intolerandam, néssam: ego contra
ópera expertus.

Nám pol placidum te ét clementem eo usqué modo, ut
uolui, usús sum in alto.

'Atque hanc tuam apud hómines gloriam áuribus iam ac-
céperam ante:

Paúperibus te párcero solitum, ditis dampnare átque demare.

823. Quó *B.* Quá *CDF.* Quoniam *EZ* tñt *FE* urbem
usque incolentem *B.* urbis cãmá *B.* urbis cumá *CDE.* om. *FE.*
urbisque moenia *Camerarius.* urbem incolentem *Gronovius.* atque ur-
bem usque in meam *Hermannus.* urbis canam *Bothius.* urbis humam
Windischmannus Musci Rhen. philol. I, (a. 1833) p. 118 reducem
faciunt *B.* redeunt faciunt *CDE.* redeam facit *Z.* ut redeam facit
F 824. Adque *C* tibi ego Neptune *Bothius.* ego neptune
tibi *B.* ego neque neptune tibi *C.* neque neptune tibi *DE.* neptune
tibi *Z.* neptano tibi *F.* ego tibi Neptune *Guyetus, fortasse vere*
gratis *Hermannus.* gratias libri atque] et *Bothius*

825. saeuúmque seuerumque libri, nisi quod seuúmque *CDE,* eum-
que *B.* saeuom seuerum atque *Hermannus* áuidul *B* 826.
ego *Hermannus.* om. libri 827. placidum te et clementem
Hermannus: eo addidit *Lindemannus.* placido te et clementi meo
libri usquemodo tanquam adverbium hinc affertur in glos-
sario *Plautino* alto *Pius, Gulielmus in Trin. c. 1. allo libri*

828. de coniectura formavimus, sic scriptum in libris: Atque
hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam et nobiles apud ho-
mines, nisi quod nobilif apra h. *B.* 'Atque ego hanc tuam glóriam
auribus quidem iam accéperam ante *Hermannus, verbis nobiles apud*
homines hic deletis: cf. ad v. 831. nobilem apud homines *Brantius*

829. dices *Guyetus.* diuites libri dampnare *CD.* damnare reliqui

Abi, laudo: scis ordine, ut aequomst, tráctare homines.

hóc dis dignumst: 830

Sémper mendicis modesti sint, secus nobilis aput homines.

Fíduis fuisti: infidum esse iterant. nam ápsque foret te, sát

scio, in alto

Dístraxissent dísq̄e tulissent sátellites tui míserum foede,

Bónaque item omnia úna mecum pássim caeruleós per

campos: —

'Ita iam quasi caués, hant secus nauem circústabant túr-

bine uenti: 835

'Imbres fluctusque átque procellae infénsae fremere, fráu-

gere malum,

Rúere antempnas, sciúdere uela: — ní pax propitiá foret

praesto.

Domare equunct *unum versum*, Tractare modesti
sint item unum efficiunt in **B**, reliquos versus per totam scenam
rectissime describente. Abi laudo scis ordine ut aequomst *dímetrum*
descripsit *Camerarius* 830. ordinem **BC** equunct **B**. ae-
quumst **CZ**. equumst **DE**. aequum est **F** dignumst **B** 831.

modesti ut sint, secus nobilis apud homines *Hermannus* (*Cyprae*. p.
X), *ultimis verbis e v. 828 huc transpositis*. Nos ut *omnisimue*.

modesti sunt **C**. modesti sint *reliqui*. molesti sunt 'antiqui codices' *Pii*
832. ápsque **B**. absque *reliqui* foret te sat] foret stat **B**

altum **Ces** 833. tui satellitof *Hermannus* miserum *Guyetus*.

me miserum *libri*. me *Hermannus* fede **EFZ** 834. *Uem*

omnia *Guyetus*. omnia item *libri*, nisi quod itaè **D**. omnia ibidem

Acidatius ceruleof **CEZ** 835. nauem circústabant **R**.

circústabant nauem *libri*. Fort. circústant nauem turbine *Her-*

mannus. turbineof *libri cum A* uenti **A**, *Camerarius*. uenit *libri*

836. imber (oum uenit *constructum*) **FZ** procelle infense

BE fremere frangere *Lindemannus*. fregere **Z**. frangere *re-*

liqui cum A. confregere *Hermannus* 837. Ruere **BZ**, **D** sup.

scr., *Emarg.* Ruere **C**. Frangere **DEF** antépnaf **D**. anté naf

B. antemnaf **C**. antennaf **FZ** pax propitiá *Hermannus*. TUA

PROFITIAPAX **A**. tua pax propitiá *reliqui*

'Apage a me sis: dēhinc iam certumst ótio dare me: sátis
partum habeo,

Quibus aerumnis deluctaui, filio dum diuitias quaero.

Sét quis hic est, qui in pláteam ingreditur cūm nouo or-
natú specieque? 840

Pól, quanquam domi cúpio, opperiar: quam hic rem agat,
simul ánimum aduortam.

888. APAGEAMESIS *A*, *Acidalius*. Apage messis *C*. Apage me sis
reliqui DEHINCIA *A*. dehinc *F*. deinde hinc *reliqui* certum
est *F*. certumst *reliqui cum A* OTIODAREME *A*. otio me dare
reliqui, nisi quod oculo *FZ*. me otio dare *Guyetus, Hermannus*
889. Quibus libri cum *A*. Cum hisce *Nonius p. 468*. Dum hisce *Her-*
mannus erūnis *B* deluctaui *Nonius*. eluctaui *Scaliger e*
vett. edd. Nonii filio dum] et filio *Hermannus* 840. 841.
sic scriptos A exhibet:

SETQUISHICKSTQUINPLATEAMINGREDITUR
CUMNOUOORNATUSPECIEMQUESIMUL
POLQUANQUAMDOMICUPIOOPPERIAR
QUAMHIC •• MAGATGERITANIMUMADUORTAM

*Apparet anapaesticum systema esse hoc paroemiaco: Quam hic
rem gerit animum aduortam. Duos tetrametros trochaicos B seruat*

840. Sed *reliqui* planteam *B* ornatu specieque simul
(his ut versus finiatur) *B*. ornatu specieque simul *reliqui*. Nos simul
in proximum versum transposuimus 841. Sol *B* quam-
quam *C* domi *A*, *Donatus in Eun. IV, 7, 45*. domum *reliqui*
libri copio *E* operiar *BCDEF*. operiar tamen *Donatus*
quam hic rem charmidel (*reliquis omnibus omissis*) *BCDEa*.
quam hic rem gerat *EbFZ*. hic quam gerat rem *Camerarius*

SYCOPHANTA. CHARMIDES.

SYCOPHANTA.

Huic ego die nomén Trinummo fácio: nam ego operám meam
Tribus nummis hodié locaui ad ártis nugatórias.

'Aduenio ex Seleúcia, Macédonia, Asia atque 'Arabia, 843

Quás ego neque oculís neque pedibus únquam usurpaui meis.

Viden egestas quíd negoti dát homini miseró male:

Quia ego nunc subigór trium nummum cáusa ut has epístulas

Dicam ab eo homine me ácepisse, quem égo qui sit homo
néscio

Néque noui, neque nátus necne is fúerit id solidé scio. 850

CHARMIDES.

Pól hic quidem fungiuo generest: cápite se totúm tegit.

'Illurica faciés uidetur hóminis: eo ornatu áduenit.

*Act. IV. Sc. 2. CHARMIDES A. SYCOPHANTA SENEX
BCDE, nisi quod SICOPHANTA B. Sycophanta Charmides fenex
FZ, nisi quod et hic et in personarum per totam scenam nota-
tione Carmides F. Graecis Θ et X litteris Charmidis et Sycophanta
personas notat B 843. X Huic B ergo C
FACIO A. faciam reliqui 844. artif AB. artes reliqui NAU-
TORIAS A h. e. nauatorias ut videtur 845. seculita CE 846.
occulif D neque pedibus AFZ. nec pedibus reliqui umquam
ACDE USURPAVIMUS A, Camerarius. usurpauimus BCDE.
usurpauit FZ 847. QUIT A negoti ACD. negoti B. ne-
gocii E. negoti FZ male Hermannus. mali libri 848.
QUIR... ONUNC notavi ex A, quod nunc non dubito quin QUIRAGONUNC
sit. Qui ego nunc reliqui. Quom ego nunc Hermannus subi cor-
trium B trium nummum R. trinūmorum D. trium nummorum
reliqui epistulas B. epistolas reliqui 849. ab eo] habeo B
850. necⁿeif B 851. Sol B fungi nogerere est B.
fungino genere est reliqui capite se FZ. capit eū B. capite
CDE tetigit D&F 852. Illurica Lambinus. ILLURICA A.*



SYCOPHANTA.

'Ille qui me condūxit, ubi condūxit, abduxit domum:
 Quae uoluit, mihi dixit, docuit et praemonstrauit prius,
 Quomodo quidque agerem. nunc adeo si quid ego addidero
 amplius, 855

Ēo conductor melius de me uugas conciliauerit.

'Ut ille me exornauit, ita sum ornatus: argentum hoc facit.
 'Ipse ornamenta a chorago haec sumpsit suo periculo:
 Nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere,
 Dabo operam, ut me esse ipsum plane sycophantam sen-
 tiant. 860

CHARMIDES.

Quam magis specto, minus placet mi haec hominis facies.
 mira sunt,
 Ni illic homost aut dormitator aut sector zonarius.
 Loca contemplet, circumspectat sese atque aedis noscitat:
 Credo edepol, quo mox furatum ueniat, speculatur loca.

Hyllurica reliqui. Hurica Camerarius 858. adduxit *FZ* 854.
 Que *BE* premonstrauit *CE* 855. utrumque *A*. Quoquo *Ca-*
merarius. quique reliqui quiri *A* 856. Eo] ego *F* rogat
B 857. Ut ille me] *expectes* Ille uti me exornant *BC*
 urnatus *B* hac *AB* 858. achorago *C*. achoroga *Be*. achoro-
 raga *Bb* hec *BE* periculo *E*. periculo *XXXXX* (sic) *B*,
 in quo hic versus tertius est a fine paginae. Qui si in eo libro, e
 quo *B* manauit, extremus fuit quinquagesimi quaternionis, potest
 hic numerus a librario oscitanter transcriptus esse. Quanquam
 ludibundam potius manum prodere illud uidetur, quod in fine versus
 1168 eadem *X* nota vicies ter posita est 860. Ipsi *Gulielmus*
Qu. Pl. in Trin. c. 1 sycphantâ *D* 861. *CH. om. BCD E*
 mihi hominis *B*. mihi haec hominis reliqui 862. Nova scena
 orditur in *CDE* Nihilinc *B* homo est *F* auderminal-
 tator *B* 864. aedepol *Z* mox libri omnes, etiam *B*. vox
Scaliger, Palmerius p. 636 speculatur *Z*. speculator reliqui

Mágis lubidost óbseruare, quíd agat: ei rei operám dabo. 865

SYCOPHANTA.

Hás regiones démonstrauit míhi ille conductór meus:

'Aput illas aedis sistendae míhi sunt sycophántiae.

Fõris pultabo.

CHARMIDES.

Ad nóstras aedis hic quidem habet rectám
uiam:

Hércle opinor mi áduenienti hac nóctu agitandumst uígillas.

SYCOPHANTA.

'Aperite hoc, aperite. heus, ecqui his fóribus tutelám gerit?

870

CHARMIDES.

Quíd, adulescens, quaéris? quid uis? quid istas pultas?

SYCOPHANTA.

Heús, senex,

Lésbonicum hic ádulescentem quaéro, in his regiónibus

'Vbi habitat, et item álterum ad istanc cápitis albitúdinem,

Cálliclem quem aibát uocari, qui háš míhi dedit epístulas.

865. Magis] glf **C** lubidost omnes opera **B** 866.
SY. om. **BCDE** ha **C** demanstrauit **B** 867. edif
sistende **BE** sycophantie **BE** 868. foref libri putabo
CDA at **C** edla chíe **B**. edef hie **E**. aedes hie reliqui.
Num forte aodisne hic —? habet **FZ**. habeat **BCDE**
869. míhi libri agitandum est uígillas *Gruterus, Gronovius Ob-*
seru. I, 7, Bentleius in Ter. Phorm. II, 1, 19. agitandum si uígillas
BD. agitandum si uígillas **CDE**. agitandae sunt uígillae **FZ**, nisi
quod e pro ae **F** 870. heus] hec **D** ecqui his *Guyetus*. hec-
quis hif **B**. ecquis hif *reliqui*. ecquis *Camerarius*. ecquis hie *Her-*
mannus 871. CH.] X **B** adulescent omnes querif **BE**
SY. om. **B** heuf **Z**. heu *reliqui* Post v. 871 sequitur
in libris, quem nos fecimus 879 872. adolescentem **EF**
quero **BE** 873. et om. *Nonius p. 73* ad istanc **FZ**. ad
stanc **B**. ad istanc **C**. ad istanc **DE**. ad ipsam *Nonius* 874. Cal-

CHARMIDES.

Měum guatum hic quidem Lésbonicum quaérit et amicúm
meum, 875

Quoi ego liberósque bonaque cómmendaui, Cállicem.

SYCOPHANTA.

Fác me, si scis, cértiorem, hisce hómines ubi habitént,
pater.

CHARMIDES.

Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde's? aut unde ad-
uenis?

SYCOPHANTA.

Cénsus quom sum, iúrotori récte rationém dedi.

CHARMIDES.

* * * * *

SYCOPHANTA.

Múlta simul rogítas: nescio quid éxpediam potíssimum. 880
Si únunquicquid síngillatim et plácide percontábere,

licem quem aibat *Hermannus*. Callicle nalebat **B**. calliclen aiebat **C**.
calliden aiebat **FZ**. calliclen agebat **DE** dedit mibi **B**. mihi
dedit *reliqui* epistolaf **CEF** 875. CH. om. **BCDE**
querit **BE** 876. Cui libri callidem **FZ** 877. si síf
BCDE certiore, hifce] certior hifce **Z**. certiore mifce **F**.
certiore hosce **BC**. certior eosce **DE**. certiore mifce, *Camerarius*.
certiore, hifce *Lambinus*. hosce *si servari voles, sic transponen-*
dum: Fac me certiore, hosce homines si scis ubi habitent ubi]
ut *vitium Camerarianae alt.* habitem **BCE** pater om. **F**
878. querit **BE** 879. *huc reposuimus, quem libri collocant*
post v. 871. cum sum, iuratori *Acidalius*. cum iuratori **BCDEF**.
coniuratori **Z**. coniuratori si *Camerarius*. censitori 'in probis exem-
plaribus' *Pii*. sum, cum iuratori *Reizius ap. Herm. praef. p. X*
recte **C** *Post v. 879 aliquid exciderit oportet: de quo dictum*
in praefatione 880. rogital libri. rogas *Lindemannus* potif-
simum libri 881. Si **F**. Sin *reliqui* unumquidquid **BF**
figillatim **B**. figillatim **E** percuntabere **B**.

Ét meum nomen ét mea facta et itinera ego faxó scias.

CHARMIDES.

Fáciam ita, ut uis. ágedum, nomen primum memora túum
mihi.

SYCOPHANTA.

Mágnum facinus incipissis pétere.

CHARMIDES.

Quid ita?

SYCOPHANTA.

Quia, pater,

Si ánte lucem ire hércle occipias á meo primo nómine, 885
Cóncubium sit nóctis, priusquam ad póstremum peruéneris.

CHARMIDES.

'Opus fartost uiático ad tuum nómen, ut tu praédicas.

SYCOPHANTA.

Ést minusculum álterum, quasi uésculum uinárium.

882. numen **BC** faxof scias **B** 883. uis] scis **Ea**
 primum memora tuum **R**. tuum primum memora *libri*. memora tuum
 primum *Hermannus*. primum tuum memora *Bothius* 884. SY.
 om. **B** incipissis **B**, *Gulielmus in Trin. c. 1.* incipit sic reliqui
 pater **BZ**. patrem **CDE**. petere **F** 885. ire hercle **R**.
 ire *cum vacuo spatio B*. ire **CDEZ**. me **F**. *Alioqui licebat Si*
 ante lucem tu ire. *Hermannus*: Ante lucem si ire 886. priusquam
 postremum perueneris *Varro de l. lat. VII, 78 p. 557 Sp.* *Vnde me-*
mini nescio quem priusquam postremum interuenerit *coniicere*. ad
 postumum *pro* ad postremum *Bothius*. priusquam tu ad postremum
 peruenas *Hermannus (praef. p. XIX)*: *pro quo licuerat etiam*
 priusquam usque ad p. p. 887. Opus fartost **R**. Opus factost et
CDEZ. Opus facto est et **BF**. Opus farto est et *Lambinus*. Opus
 sacco est et *Palmerius p. 698*. Opus face est et *idem et Lipsius An-*
tig. lect. I, 5. Opus facta est et *idem*. Face opust et *Hermannus*
Reizium secutus adjat **B** tu om. **F** predicat **BCE**
 888. SY. om. **B** uesculum **R**. uixillum **CDE**. iuxillum **B**.
 uasculum **FZ**. *An fuit uascollum?*

CHARMIDES.

Quid id est tibi nomén adulescens?

SYCOPHANTA.

Páx, id est nomén mihi:

Hóc cotidiánumst.

CHARMIDES.

Edepol nómen nugatórium:

890

Quási dicas, si quid crediderim tibi, pax periisse ílico.

Híc homo solide sýcophantast. quíd ais tu, adulescéns?

SYCOPHANTA.

Quid est?

CHARMIDES.

Éloquere, isti tibi quid homines débent, quos tu quaéritis?

SYCOPHANTA.

Páter istius ádulescentis dédit has duas mi epístulas,

Lésbonici: is míst amicus.

889. 890. 891, qui in libris leguntur post v. 937, huc transtulerunt Meierus p. VIII et Ladewigius in Bergkii et Caesaris *Disq. antiq. stud. a. 1845. Suppl. p. 83. Assentitur Fleckeisenus in Schae dewini Philol. II, p. 113 sq., idemque pridem ipse intellexeram*

889. Quid id est tibi nomen **R**. Quid est tibi nomen libri, nisi quod Quod **Z**. Quid id est nomen tibi Fleckeisenus. Quid illud est nomen Meierus. — Quid adulescens est id nomen transposuit Ladewigius adulescent **F** tax Meursius id est om. **F**. idem **Z**

890. cotidianust **BCDZ**. quotidianust **E**. quotidianumst **F** aedepol **F** 891. pax hinc enotatum in glossario Plautino perisse **F** ilico omnes 892. CH. praemittunt **EFZ**, non **B** sycophantast **B**. sycophanta est reliqui adulescent **DEFZ** est **FZ**. et reliqui 893. CH.] X **B** Et loquere **Ca** queritas **BCE** 894. SY.] Θ **B** adulescentis **EF** has duas mihi **BDEZ**. has duas **C**. mihi duas **F** epistolaf **F** 895. Lesbonicis: is mihi est Pareus. lesbonicis mihi est **BCaDE**. lesbonicis. CH. mihi est **FZ**. lesbonicis: mihi est Scaliger, Acidalius CH. om. **FZ**

CHARMIDES.

Téneo hunc manifestárium: 895

Mé sibi epistulás dedisse dicit. ludam hominém probe.

SYCOPHANTA.

'Ita ut ocepi, si ánimum aduortas, dícam.

CHARMIDES.

Dabo operám tibi.

SYCOPHANTA.

Hánc me iussit Lésbonico dáre suo gnato epistulam,

Ét item hanc alterám suo amico Cállici iussit dare.

CHARMIDES.

Mihi quoque edepol, quom híc nugatur, cóntra nugári lu-
bet. 900

Vbi ipse erat?

SYCOPHANTA.

Bene rém gerebat.

CHARMIDES.

Érgo ubi?

SYCOPHANTA.

In Seleúcia.

CHARMIDES.

* * * * *

'Ab ipson' istas ácepisti?

manifestarium libri 896. epistolae **CEF** 897. CH.] spa-
tium **B** 898. dare suo gnato *Hermannus*. suo gnato dare libri
epistolam **BCEF** 899. callidi **F** 900. quó **B**. quám **CD**.
quoniam **EFZ** nugatur **FZ**. nugatur **BDE**. nugaratur **C**
iubet **C** 901. ubi SY.] ubi cum spatio **B** seleucia **CEFZ**
De lacuna, quam signavimus, vide praefationem 902. ac-
cipisti **B** ipso nistat **B**. ipson istat reliqui

SYCOPHANTA.

E má nibus dedit ipse in manus.

CHARMIDES.

Quá faciest homó ?

SYCOPHANTA.

Sesquipede quídamst quam tu lóngior.

CHARMIDES.

Haéret haec res, sí quidem ego apsens súm quam praesens lóngior.

Nóuistin' hominém ?

SYCOPHANTA.

Ridicule rógitas, quocum uná cibum 905

Cápere soleo.

CHARMIDES.

Quíd est ei nomen ?

SYCOPHANTA.

Quód edepol homini probo.

CHARMIDES.

Lúbet audire.

dedit ipse *Reizius*. dedit míhi ipse *libri* 903. facie est *libri*
 sexquipede *F* quidam est *Bothius*. quiddamst *BC*. quid-
 dampst *D*. quid adampst *Ea*. quíst *CH*. Est *Es*. quidem est *F*. qui-
 dem íf est *Hermannus* quam tu *Z*. quantu *B*. quantum *CDEa*.
 aliquantum *EbF* 904. *servavit solus B*, e quo cum primus
 edidit *Taubmannus* *CH. om. B* Heret hec *B* apsent *B*.
 absent *reliqui* quam *Scioppius Verisim. III, 3*. quia *B* pre-
 sent *B* 905. *CH. praemittit F* Nouísti in *B*. nouístin *reliqui*
 Hém, ridicule *Hermannus* 906. *CH.] XB* quid *BCDE*.
 quod *FZ*, *Bothius* ei est *Bothius* nomen] nom c *B* (*sic*),
 quod videtur nomen ē (*h. e. est*) *valere* quod dedepol *B*. quod
 de edepol *CDE*

SYCOPHANTA.

Illi édepol — illi — illi — uae miséro mihi.

CHARMIDES.

Quíd est negoti?

SYCOPHANTA.

Déuorai nómen imprudéns modo.

CHARMIDES.

Nón placet, qui amícos intra déntis conclusós habet.

SYCOPHANTA.

'Atque etiam modo uórsabatur mi ín labris primóribus. 910

CHARMIDES.

Témperi huic hodie ánteueni.

SYCOPHANTA.

Téneor manifestó miser.

CHARMIDES.

Iám recommentátu's nomen?

SYCOPHANTA.

Děum me hercle atque homiúum pudet.

CHARMIDES.

Vide modo hominem ut nóris.

907. Illi edepol *Camerarius*. Ille edepol *libri* illi illi **BCDE**.
 ille **FZ**. illi illi illi *Hermannus*, quod *Naekius* probabat de *allitt*.
 p. 383 ue **CEZ** misero **B** 908. CH. om. **B** negocii
Z. negotii reliqui **SY.] @ B** imprudens **B** 909. dentes
libri concluso **BC** 910. adque **C** mihi *libri* 911.
 huic miser in *marginé* **E** manifesto *libri* 912. Iam
 recommentatu's **R**, *Salmasius*. Iam re commentatus est **B**. Iam rem
 commentatus est **CD** et *omisso* iam **E**. Iamne commentatus est **FZ**
 me hercle **F**, *Hermannus*. ercle me **B**. hercle me *reliqui*
 913. modo hominem ut **R**. modo ut hominem **B**. homo ut hominem
 reliqui noris *Hermannus*. nouerit *libri*

SYCOPHANTA.

Tanquam memet. Scri istuc solet:

Quod manu teneas atque oculis videas, id desideras.

Litteris recomminiscar: C est principium nomini. 915

CHARMIDES.

Callias?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

Callippus?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

Callidemides?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

Callinicus?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

'An Callimachus?

tanquam **C** memet *Hermannus*. me cum spatio **CDE**. me
 9 **B**. me **FZ** 914. manu *Bothius*. in manu libri adque **C**
 occullit **E** 915. X praemittit **B**, spatium **CDE** litteris
C C est *Scaliger*, *Palmerius* p. 757. est **BCD**. CH. est **EFZ**
 (Car. est **F**) 916. CH. om. libri Callias *Guyetus*. callicias
BCZ. callicias **DEF**. Callicles *Camerarius* c'illidem idem **B**.
 calliclemidem **DEZ** 917. an Callimachus **R**. callimarchus **FZ**.
 callimarchus **B**. callimarchus **CE**. callimarchus **D**. Calliarchus *Meierus*
 p. V. Callimachusne *Guyetus*

SYCOPHANTA.

Níl agis:

Néque adeo edepol flócci facio, quándo egomet memíní mihi.

CHARMIDES.

'At enim multi Lésbonici súnť hic: nisi nomén patris

Díces, non possum ístos monstrare hómínes, quos tu quaé-
ritas. 920

Quód ad exemplumst? cóniectura sí reperire póssumus.

SYCOPHANTA.

'Ad hoc exemplumst: Chár.

CHARMIDES.

Chares? an Cháricles? numne Chármides?

SYCOPHANTA.

Hem, ístic erit. qui istúm di perdant.

CHARMIDES.

Díxi ego iamdudúm tibi:

nihil libri 918. mibi] mei *FZ* 919. At] Atque *B*
 920. spatium ante díces *CDE* possum istos monstrare *R Pa-*
rerg. I, p. 521. monstrare possum istos libri, nisi quod monstrare *C.*
 monstrare possum hos *Guyetus.* monstrare istos possum *Bothius*
 queritas *BE* 921. exemplum est libri coniectura ad
 hoc exemplum ó in ima margine habet *D* coniecturas ire perire
BCDEa. coniectura si repperire *Ea* possumus. *B* 922.
 in *B* sequitur (praemisso $\text{f}\rho$) post v. 931 *SY. om. B*
 exemplum est libri Char. CH. Chares? an Charicles? numne
 Charmides? *R.* ancharesancharmides Θ mim charmides *B.* anchares
 an charmides min charmides *CDE,* nisi quod f praemittit *D.*
 Ch. an chares an charmides *FZ.* an Chares? an Charmides, num Char-
 mides? *Camerarius.* Char. CH. an Chares? an Charmides? *Palmerius*
p. 759. Char. CH. an Chares? an Charidemus? num Charmides? *Acid-*
alíus et priore an delecto Hermannus. Pro paenultimo nomine
Charmadas Bothius, Charmylus Meierus p. V 923. *SY. om. F*
 Em *B* istuc *Bothius* erat *Acidalíus* Post hanc

SYCOPHANTA.

Est: nón illa, ubi tus gígnitur,
Sét ubi apsinthiúm fit atque cunila gallinácea. 935

CHARMIDES.

Nimium graphicum hunc núgatozem. sét ego sum insipiéntior,
Qui, égomet unde rédeam, hunc rogitem, quae égo sciam
atque hic nésciat:

Nisi quia lubet éxperiri, quo éuasúrurust déniqúe.
Sét quid ais? quo inde ísti porro?

SYCOPHANTA.

Si ánimum aduortes, éloquar.
'At caput amnis, qui de caelo exóritur sub solió Iouis. 940

CHARMIDES.

Súb solio Iouis?

SYCOPHANTA.

Ita dico.

CHARMIDES.

E caélo?

SYCOPHANTA.

Atque e medió, quidem.

Ulla ubi taf *EF*. illa ubi thuf *CDZ*. illa cubitus *B*. illaoc ubi
tas *Camerarius* 935. absinthium *FZ*. apsentium *B*. absentiam
reliqui cunila *BCD*. cunila *EZ*. cunilla *F* gallinacea
BDEF 936. Ninium *B* 937. Qui egomet, unde iunge-
batur quae] quia *B*. Non erat cur quod coniceretur 938.
quia hunc lubet *Hermannus* euasurus est solus *F* Post hunc
v. sequuntur in libris v. 889. 890. 891: ubi vide annotata 939.
Uti *Z*. Uti reliqui. istis *Acidalius* aduertet libri. aduertat *Ce-*
merarius et omnes post eum editores 940. cap *BC* qui
Guyetus. quod libri celo *CDZ*. celo *BEE*. Sic etiam v. 941.
942. 947 941. e caelone *Hermannus* e medio *B*. medio
CDEZ. in medio *F*

CHARMIDES.

Eho,

'An etiam in caelum éscendisti ?

SYCOPHANTA.

Immo hóriola aduecti sumus

'Vsque aqua aduorsá per amnem.

CHARMIDES.

An tu étiam uidisti Iouem ?

SYCOPHANTA.

Éum alii di isse ád uillam aibant séruis depromptum cibum.

Deínde porro

CHARMIDES.

Deínde porro nólo quicquam praédices. 945

SYCOPHANTA.

Táceo ego hercle, sist molestum.

CHARMIDES.

Nám pudicum néminem

Praédicare opórtet, qui aps terra ád caelum peruénerit.

942. Eho **CEF**. Eo reliqui post celum vacuum spatium
C ascendisti **FZ**. ascendistis *Acidatius* horiola *Saracenus*,
Camerarius. doriola *libri* 943. amnem] anienem **Z** An tu
R. eo ante **BCE**. eo an **Z**. eho anne **F**, *Rittershusius apud Sci-*
oppium Susp. lect. II, 3. Eho e superioribus male repetitum
 Iouem] io é **B** 944. **SY**. om. **BCDE** Rum alii di isse
Hermannus. Alii dii isse *Acidatius*. Calliclisse **B**. callicliff **CDEZ**.
 callidiff **F**. callide ? **SY**. isse *Bothius*. Charmidi isse *Scioppius l. s. s.*
 aibant *Hermannus*. aiebant *libri* ferui **FZ** cybum **DE**
 945. Deinde *Camerarius*. Mande **BCDE**. Mandere **FZ**
CH. deinde] deinde om. **FZ** predices **BE** 946. **SY**. Tacoo
 ego hercle **R**. X O hercle **B**. ohercle **CDEa**. **SY**. Eo hercle **EBZ**.
SY. Eho hercle **F** si est molestum **F**. si ef molestus *reliqui*, in
qua scriptura fortasse latet potius si molestumst nam] non F
 947. Praedicare **R**. Pre **B**. ere **CDE**. esse **FZ** et post oportet
inserto hominem Hermannus. Se praebere *Bothius* apf **B**. abf
 reliqui abs terra ad caelum qui *transposuit Hermannus*

SYCOPHANTA.

Dimittam, ut te uelle uideo. sét monstra hosce hominés mihi,
Quós ego quaero, quibus me oportet hás deferre epístulas.

CHARMIDES.

Quíd ais? tu nunc sí forte eumpse Chármidem conspé-
xeris 950

'Illum, quem istas tibi dedisse cómmemoras epístulas,
Nórisne hominem?

SYCOPHANTA.

Né tu me odepol árbitrare béluam,

948. Dimittam ut te **FZ**. Mit. aut te **B**. mit aut te **CDE** mo-
stra **B** hominif nihi **B** 949. Quof **F**, Acidalius. Hof reliqui
quero **B** epístulas **BCD**. epístolas reliqui Ceterum facile
*perspicitur sex versuum 944... 949 initia communem in archetypo
codice labem passa esse, unde factum est ut in nostris libris et
mutila exstent et corrupta. Et sic quidem in B:*

Calliclife

Mande porro

X O hercle si

Pre oportet

X Mit aut te

Hof ego quero

*servatis autem lacunarum spatiis (quanquam nimis exiguis) in
hanc speciem in CDE:*

Iouem calliclif

Mande porro

o hercle si

ere oportet

mit aut te

Hof ego quaero

*Quorum quaedam apparet recte expediisse Italum correctores,
cuius manum FZ referunt 950. Quid ais tu nunc? iungebatur.
Viderunt etiam Lomanus p. 54 et Fleckeisenus in Schneidewini
Philol. II, p. 83, aliquid sensit Meierus p. V eumpse Linde-
mannus. eum ipsum libri. ipsum Guyetus 951. epístulas BC.
epístolas reliqui 952. Norisne Guyetus. Nouerisne libri: quo servato
Hermannus hominem: Hem nae tu edepol me nae tu F aedepol F*

Qui quidem non nouisse possim, quicum aetatem exegerim.
 'An ille tam esset stultus, qui mihi mille nummum crederet
 Philippum, quod me aurum deferre iussit ad gnatum suum 955
 'Atque ad amicum Calliclem, quoi rem iubat mandasse hic
 suam ?

Mihi concrederetne, ni me ille et ego illum nossem aprobe ?

CHARMIDES.

Ēnimvero ego nunc sycophantae huic sycophantari uolo,
 Si hunc possum illo mille nummum Philippum circumducere,
 Quod sibi me dedisse dixit. quem ego, qui sit homo,
 nescio 960

Necque oculis ante hunc diem umquam uidi, eina aurum
 crederem ?

Quoi, si capitis res sit, nummum numquam credam plum-
 beam.

'Adgrediundust hic homo mi astu. heus, Páx, te tribus
 uerbis uolo.

953. Qui] Quid **C** etatem **B** egerim **F** 954. tam **B**. ita
 reliqui mihi om. **F** nummum **B**. nummos reliqui 955. Phi-
 lippum *Hermannus*. Philippeum *reliquit*, nisi quod philipeum **D** gutum
B 956. callidem **F** quo irem **BCDE**. cui rem **FZ** iubat
Hermannus. iuebat libri 957. concrederetne ni **B**. concrederet ni
BCDEZ. concrederet nisi **F**. Vide *Parerg. I, 528* illum *supr. scr.*
D nosse **CD** aprobe **C**. probe **FZ** 958. sycophante **BC**.
 sicophante **DE** sicophantari **E**. cophantari **D** 959. possim
Camerarius illo mille nummum Philippum **B**. *Parerg. I, p. 354*.
 illo mille nummum philippo **B**. illo mille nummos philippo **CDE**.
 illis mille nummis philippis **FZ**. Cf. *Scioppium Susp. lect. II, 3*
 circumducere **FZ**. ciue ducere **BCDE** 960. Quos **FZ**
 soit **Z** 961. oculis **D** umquam **CD**. nunquam **E**. unquam
 vel uquam *reliquit* eina aurum *Camerarius*. eina mirum **BCDE**.
 ei admirum **FZ** 962. Quoi **B**. Cui *reliquit* sit *Guyetus*. siet
 libri numquam **D**. nonquam **C**. nunquam vel nunquam *reliquit*
 plumbeam **C** 963. Adgrediundust **C**. Adgrediundust **DZ**. Adgre-

SYCOPHANTA.

Vél trecentis.

CHARMIDES.

Háben tu id aurum, quód tu accepsti a Chármide?

SYCOPHANTA.

'Atque etiám Philippúm, numeratum illíus in mensá manu, 665 Mille nummum.

CHARMIDES.

Némpe ab ipso id ácepisti Chármide?

SYCOPHANTA.

Mírur quin ab auo éius aut proauo acciperem, qui sunt mórtui.

CHARMIDES.

'Adulescens, cedo dum ístuc aurum míhi.

SYCOPHANTA.

Quod ego dem aurúm tibi?

CHARMIDES.

Quód te a me accepisse fassu's.

SYCOPHANTA.

'Aps te accepisse?

diuidus est **B**. Aggrediundú est **EF** hic homo mi astu heuf **B**.
 hic homo masticheuf **CDEF**. mastigeuf 'e codicibus' affert Pius.
 mi hic homo astu. heus *Hermannus* 964. id aurum quod tu ac-
 cepsti **B**. id aurum quod accepisti *libri*. aurum id quod accepisti *Her-*
mannus 965. Philippum *Guyetus*. philipeum **DE**. philippeum *re-*
liqui immensa **F** 966. nummum **B**. nummos *reliqui* nepo
B 967. quia]quid **CDE** eluf **B** 968. Adolescent **F**
 ego dem aurum *Hermannus*. ego aurum dem *libri*. *Versui satis-*
facit etiam dem ego aurum *vel* aurum ego dem 969. **CH. om.**
BCDE te a me accepisse *Hermannus*. a me te accepisse *libri*.
 te accepisse a me *Kampmannus de AB praep. p. 14. Pro a praec-*
stitit abs abs te] apste **B**. abte **B**. abf te *reliqui*

CHARMIDES.

'Ita loquor.

SYCOPHANTA.

Quis tu homo's?

CHARMIDES.

Qui mille nummum tibi dedi, ego sum

Chármides. 970

SYCOPHANTA.

Néque edepol tu is és neque hodie is úmquam eris, huic
auró quidem.

'Abi sis, nugatór: nugari nógatori póstulas.

CHARMIDES.

Chármides ego súm.

SYCOPHANTA.

Nequiquam herclé's: nam nihil auri fero.

Nimis argute mé óbrepstí in ěapse occasiúncula.

Póstquam ego me aurum férre dixi, póst tu factu's Chár-
mides: 975

Prius non tu is eras, quam auri feci méntionem. níl agis.

Prőin tute itidem ut chármidatu's, rúrsum te dechármida.

970. tu *sup. scr.* **B** homo est **FZ**. homest **C**. homo est **BDE** 971. tu is es] tuiffes **BC** hodie is unquam **Z**. hodie sum quam **BCDE**. hodie unquam **F** huic auro **Hermannus**. auro huic **libri** 972. Abi sis **Camerarius**. An sis **B**. ac si sis **reliqui** nugari] nugaris **F**. nugatori **F** 973. nequiquam **FZ** auri fero] affero **F** 974. me obrepstí **R**. mi obrepstí **Hermannus**. obrepstí **EZ**. obrepstí **BCD**. obrepstí **F** in eapse] meapse **Z**. me hac **F** 975. post tu] postu **BC** factu's **Hermannus**. factus **libri** 976. non tu is eras **Hermannus**. tu non se erat **B**, ita ut sexta littera, quam puncto signavimus, c an t an r an l sit, non liqueat. tu non erat **reliqui**. cf. v. 980 auri feci **FZ**. aurifeci **BCDE** nihil **libri** 977. Proin tute **R**. Proin tu

CHARMIDES.

Quis ego sum igitur, si quidem is non sum, qui sum ?

SYCOPHANTA.

Quid id ad me attinet ?

Dum ille ne sis, quem ego esse nolo, sis mea causa qui
lubet.

Prius non is eras, qui eras, nunc is factus, qui tum non
eras. 980

CHARMIDES.

'Age, si quid agis.

SYCOPHANTA.

Quid ego agam ?

CHARMIDES.

Aurum redde.

SYCOPHANTA.

Dormitas, senex.

CHARMIDES.

Fassus Charmidem dedisse aurum tibi ?

SYCOPHANTA.

Scriptum quidem.

te **B** et vel sic vel proin tu te reliqui cum edd. Proinde tu *Hermannus*
charmidatus *idem*. charmidatus **Q** libri te decharmida **R**.
recharmida libri. te recharmida *Hermannus* 978. Quis] Quid **B**
979. esse ego *Bothius* uolo **F** quilibet **B**, *Scioppius*
Susp. lect. II, 3, Acidalius. quilibet **C**. quolibet **DE**. quod lubet
FZ 980. factus *Hermannus*. factus libri 981. SY. om. **C**
CH. om. **F** SY.] Car. **F**. spatium **B** 982. CH.] Syc. **F**.
om. **C** Fassus's *Hermannus*. factus libri. An fassus? dedisse.
Car. aurum **F**

CHARMIDES.

Próperas an nou, própere abire actútum ab his regiónibus,
Dórmitor, priusquam ego hic te iúbeo mulcari male?

SYCOPHANTA.

Quamóbrem?

CHARMIDES.

Quia illum, quem émentitus és, ego sum ipsus
Chármides, 985

Quém tibi epistulás dedisse aiébas.

Trinum Demiphonis uxor illa scilicet Peristrata erat cur ceteris personis adderetur non praeter necessitatem tantum sed etiam praeter rationem. Contra, cum desit nihil, aliquam multa redundant, aliquid etiam repugnat reliquae argumenti dispositioni: suntque haec ita comparata, ut etiam qui prudentiore iudicio utatur, non possit non duorum operam poetarum agnoscere. Nam satis prudenter negamus sane eos agere qui, sicubi discrepantia inter se vel moleste iterata in poetarum libris offenderint quae non posse conciliari appareat, ea continuo ad illud genus omnia referunt quod fere 'duplicis recensionis' nomine comprehenditur, nec ab eis 'dittographiis', quae librarium interpretumve ludibunda sedulitate subnatae ipsa verborum sententiarum numerorum pravitate noviciam originem prodant, severiore iudicio talia discernunt quae satis bona per se, reliquis non ut simul legerentur addita sunt, sed ut pro eis, horum in locum substituta certo emendandi consilio sive eiusdem poetae sive alius, non librarii vel grammatici, verum item poetae. Velut ad genus prius tantum non omnia exempla 'dittographiae' in Trinummo Plautina indagatae referenda sunt: qualia quidem critico officium imponunt alterarum partium optandarum atque probandarum, damnandarum confidenterque expellendarum alterarum. Nec ulla est e Plautinis fabulis quin hac specie interpolationis, quam glossematum nomine notare consuevimus, identidem deformata sit: pertinentque huc e Mercatore praeter alia (ut v. 536. 745. 815, quibus sero intellexi versum 276 accedere) illae turbæ quas componere ad v. 982 studuimus. Contra geminae recensionis h. e. dedita opera institutae *διασκευῆς*, quam non possis non ex ipsa antiquitate repetere, certissimo, nisi prorsus fallimur, indicio tribus in locis servati gemini sermones sunt, sententiarum tenore prorsus *παράλληλοι*: pri-

VI

ex cxi septenariis bifariam divisos LIII fuisse: tot enim versuum ad illos cxviii accessione opus est ut novem paginarum mensurae, quae clxxi versus possit, satisfiat. Quodsi de more usitato cxi septenariis bipertitos ad summum xx tribueris, vel sic tamen circiter xxxiii versus deerunt, quos haud facile dicas unde asciscamus. Nisi quidem duplici coniectura hac utare: primum ut praeter id quod esse consentaneum supra diximus, primam quaternionis paginam credas argumentum fabulae et fortasse didascaliam occupasse: deinde ut aliquot olim versibus auctior prologus praeter sex paginas integras pertinuerit usque ad initium septimae: quem ad modum etiam Trinummi pagina 36 praeter tres versus prologi ultimos nihil continet. Nam de tam ampla lacuna, quanta duarum fere paginarum ambitus exaequetur, suspicandi caussa in illa quidem fabulae parte nulla est.

Omnino enim aut omnia fallunt aut, si a singularium versuum vel accessione vel omissione discesseris, talem prorsus qualem Palatini libri hanc fabulam etiam Bobiensis servabat, h. e. non qualis e Plauti manibus prodiit, sed secundis curis alicuius *διασκευαστοῦ* immutatam ad exemplum Stichi atque Persae. Nam eadem quod mutilarum in numero inde ab Ioannis Baptistae Pii temporibus habita est eamque ob causam imperitissimis supplementis interpolata post v. 829 et 956 insertis, id quidem quam pravo iudicio existimatum sit sensu verissimo iam Niebuhrius assecutus est, quantumvis ille infelix defensor noviciorum supplementorum illorum, Opuscul. histor. et philol. I p. 175 sq. Nec enim quidquam in ea quae nunc habetur fabula ad commodam argumenti explicationem desideratur, nisi quod et unius scaenae caput periisse ante v. 857, et non suum locum Syrae sermonem, quem post v. 804 reposuimus, in libris occupare apertissimum est: minimeque om-

nium Demiphonis uxor illa scilicet Peristrata erat cur ceteris personis adderetur non praeter necessitatem tantum sed etiam praeter rationem. Contra, cum desit nihil, aliquam multa redundant, aliquid etiam repugnat reliquae argumenti dispositioni: suntque haec ita comparata, ut etiam qui prudentiore iudicio utatur, non possit non duorum operam poetarum agnoscere. Nam satis prudenter negamus sane eos agere qui, sicubi discrepantia inter se vel moleste iterata in poetarum libris offenderint quae non posse conciliari appareat, ea continuo ad illud genus omnia referunt quod fere 'duplicis recensionis' nomine comprehenditur, nec ab eis 'dittographiis', quae librariorum interpretumve ludibunda sedulitate subnatae ipsa verborum sententiarum numerorum pravitate noviciam originem prodant, severiore iudicio talia discernunt quae satis bona per se, reliquis non ut simul legerentur addita sunt, sed ut pro eis, horum in locum substituta certo emendandi consilio sive eiusdem poetae sive alius, non librarii vel grammatici, verum item poetae. Velut ad genus prius tantum non omnia exempla 'dittographiae' in Trinummo Plautina indagatae referenda sunt: qualia quidem critico officium imponunt alterarum partium optandarum atque probandarum, damnandarum confidenterque expellendarum alterarum. Nec ulla est e Plautinis fabulis quin hac specie interpolationis, quam glossematum nomine notare consuevimus, identidem deformata sit: pertinentque huc e Mercatore praeter alia (ut v. 536. 745. 815, quibus sero intellexi versum 276 accedere) illae turbae quas componere ad v. 982 studuimus. Contra geminae recensionis h. e. dedita opera institutae *διασκευῆς*, quam non possis non ex ipsa antiquitate repetere, certissimo, nisi prorsus fallimur, indicio tribus in locis servati gemini sermones sunt, sententiarum tenore prorsus *παράλληλοι*: pri-

VIII

mum v. 369—372 et 373—375; deinde v. 150—165, pariterque v. 620—624, cum eis comparati qui utroque loco partim praecedunt partim subsequuntur. Has igitur partes non dubitamus una cum prologo fabulae aut toto aut prope toto illi aetati tribuere qua omnem poesim Plautinam studiose recultam esse singulasque fabulas, quo Plautinae festivitatis cupido populo denuo spectandae praeberentur, cum cura retractatas esse olim demonstravimus h. e. incunty saeculo septimo. Talis autem recensio nova quam late patuerit, cum plerumque, ut nunc res est, accuratius definiri nequeat, tamen non nimis mirandum esse putamus sicubi etiam gravioris discrepantiae vestigia relicta sint. Tale est autem quod permiro consilio, cuius rationem prorsus non expedias, v. 529 Pasicompsae Lysimachus illa dicit *'tuo ero redempta's rursum: Ego te redemi illi: ille mecum oravit.'* Emit enim mulierem Lysimachus oranti Demiphoni qui non fuerat erus, non redemit Charino qui fuerat. Nec consulto simulare hoc, illud dissimulare credendus Lysimachus: alioqui nec de ove sexagenaria illa verba fecisset v. 524, nec, si forte iocum captare suspicere, mox tam seriam mirationem proderet, postquam iam per biennium rem habuisse cum amatore Pasicompsam comperit, nec ea interrogaret loquereturque v. 538 sqq. quae non potuit nisi cui de Charini amore nihil compertum esset. Quo accedit quod ne hoc quidem satis perspicitur, a quo tandem emere mulierem Demiphonis mandato Lysimachus, dum dominus illius Charinus a nave abest, potuerit. Hunc igitur nodum, inexplicabilem nobis, aut solvat qui potuerit, aut insigni argumento esse retractatae aliquando fabulae fateatur.

Haec autem si ratio universa est huius fabulae, etiam de singulis in promptu est quid sit iudicandum, si quae paullulum recedere a Plautina in verbis vel numeris proprietate

videantur. Quod genus, utpote excedens praefationis angustias, etsi dedita opera olim pertractandum erit, tamen tantum vel nunc affirmare licet, frustra esse qui talibus freti Mercatorem totam a Plauto abiudicare animum induxerint, hoc est eam fabulam quae et ingenii Plautini et aetatis et consuetudinis vere Plautinae ut manifesta ita luculenta documenta habeat plurima. Frigent quaedam in hac fabula, fateor, et frigent paullo plura quam in Persa notavi nuper. Velut vix satis dignum poeta *ad exemplar Siculi properante Epicharmi* videbitur, quod nimia profecto loquacitate et molestioribus ambagibus impatientem morae Charinum cum in scaena secunda actus primi Acanthio servus tum in quinti actus secunda (nobis tertia) Eutyclus sodalis morantur. Item imitatore potius Plauti quam Plautum prosopopoeiae illius putida frequentia arguit qua non tantum in prologo haec cumulantur v. 19. 25 sqq. *cura aegritudo, nimia elegantia, insomnia aerumna error terror fuga ineptia stultitia temeritas incogitantia, excors immodestia, petulantia cupiditas malevolentia auaritas desidia inopia iniuria contumelia dispendium pauciloquium multiloquium*, sed etiam in reliqua fabula v. 162 *uis metus cruciatus cura iurgium inopia*, rursus v. 845 sqq. *uita amicitia uoluptas laetitia ludus iocus* una cum contrarii generis *malis ira inimicitia maerore lacrumis exitio inopia pertinacia stultitia exilio solitudine*, item v. 867 sqq. *spes salus victoria et cura miseria aegritudo lacrumae lamentatio*. Mitto nunc alia quaedam eius generis, olim huc rediturus: pauca esse in multitudine eorum assevero quae vel recte vel praeclare instituta Plautinae virtutis etiam in simplicioris argumenti tractatione tam vivam et sibimet constantem speciem prae se ferant, ut ne posse quidem ab alio scripta esse videantur: praesertim in tanta etiam verborum sermonis-

que antiquitate, quam a recentioris aetatis usu nec pauca nec dubia indicia separant.

Quod autem supra dixi eius scaenae, quae vulgo tertia numeratur actus ultimi, caput periisse temporum iniquitate, id haud scio an aliquo modo confirmetur eo argumentandi genere quod e Glossarii Plautini testimoniis petitum his fabulis identidem adhibui. Excerpta sunt in illo haec e Mercatore adverbia, quibus versuum unde sumpta sunt numeros ascripsi:

| | | |
|-------------|-----------------|----------|
| ampliter 98 | neuf 150 | gutta- |
| tim 205 | efflictim 444 | dissimu- |
| lanter | altrinsecus 977 | |

Non legitur hodie in hac fabula dissimulanter: quod cum inter v. 444 et 977 olim lectum esse appareat, aliquanto maiore ut puto probabilitate ad illum quem dixi locum referes quam ad eas quas v. 624. 732. 849 lacunas notavi.

Reizii et Hermanni ad Mercatorem perpaucae emendationes sunt: aliquanto plures, non multae, Lachmanni, quarum maximam partem commemoravi. Nam huius manu etsi in exemplaris Bipontini quod possedit marginibus longe plurima scripta sunt, haec tamen tam diligens industria ad Aldinae editionis Iuntinaeque tertiae (anno MDLIV proditae) discrepantem scripturam omnis spectat: quibus ille libris plus videtur iuvenis quam senex tribuisse.

Scr. Bonnae m. Febr. a. CIOIÖCCCLIIII.

Postquam trimestrem in his plagulis adornandis operam officina consumpsit, paucarum admonitionum accessio subnata est. Et versuum quidem 114. 388. 398. 755, item eius qui primus est argumenti Sulpiciani, emendationes nostras paullo uberius enarrandi opportunitatem academicum officium praebuit quo ad huius ipsius aetatis scholas Bonnenses proemiati sumus. Item quibus rationibus servatum v. 942 *naugas*, v. autem 46. 118. 738. 960 revocatae *obiurigare, iurigandum purigas expurigationem* formae stabiliantur, expositum est in prooemio earum quae proxime instant hibernarum scholarum.

Praeterèa quod primae Mercatoris paginae non sunt *Plauti*, sed *M. A. Plauti* (sic) Bothiano exemplo inscriptae, id si qui forte ex benevolentibus in eam partem interpretentur, ut de pristina fiducia deiectum sera me paenitentia expiare voluisse audacissimae illius coniecturae offensionem suspicentur, quam de propriis Sarsinatis poetae nominibus olim propositam nimis diu et ipse fovissem et aliorum favori commendassem: fatendum est laudem omnem tam salutaris remedii typhotetae Elberfeldensi deberi. Id igitur cum ego factum doleam, habebit cur sibi gratuletur, qui quamvis fortis nuper vindex et patronus exturbati a nobis *Marci Accii* extiterit, tamen mea sententia (et loquor equidem ex animi sententia) fortiore, quam quod e typhotetae illius consensu petat, argumento nullo usus est. Nisi quidem fortitudinis est, Festi breviatorem '*Paulum Silentiarium*' tanquam e communis ignorationis silentiis in vitales luminis oras excitare: vel testes proferre '*codices*' Charisii: vel Asinariae Plautinae '*meliore codices omnes*' opponere Veteri Camerarii: vel inopem nominum poetam modo '*cognomine*' modo '*agnomine*' *Accius* ditare: vel ad alicuius *Auli Plautii* poetae cogitationem Haenelianam memoriam codicis alicuius Toletani detorquere sic ut

fertur inscripti '*M. A. Plauti comoediae*': vel in iambici senarii talis *Quaré pro facie, pró statura Acctu' statum* speciem longe blandissimam Lucilianum hexametrum transfigurare. Qui poeta quam ab iudicando, impugnando vel aliquo modo commemorando tragoediarum scriptore L. Attio non alienus fuerit, mediocri molestia sua vir, si Lachmanno in *Lucr.* p. 159 credendum, doctissimus ex eis, quae in *Monum. epigr. trib.* p. 30 sq., item in *Quaest. de fictil. litt. Lat. ant.* p. 11 significata sunt, discere potuerat, si modo sero discere quam et praepropere et praepostere docere mallet.

Scr. m. Iunio.

T · MACCI · PLAVTI

M E R C A T O R

GRAECA · EMPOROS · PHILEMONIS

ARGUMENTVM I.

Missus adolescens ab suo mercatum patre
 Emit atque adportat scita forma mulierem.
 Requirit quae sit, postquam eam uidit, senex:
 Conspicit seruos emptam matri pedisequam.
 Amat senex hanc ac se adsimulans uendere 5
 Tradit uicino [amico.] eum putat uxor sibi
 Obduxit scortum. tum adolescentem ex fuga
 Retrahit sodalis, postquam amicam ei inuenit.

INCIPIT MERCATOR **B.** MERCATOR **D.** PLAVTI POETE CL^{mi}
 MERCATOR INCIPIT. ARGUMENTVM **F.** PL^{anti} Sar. Mercator. Argu-
 mentum **Z.** *Argum. I. 1. Sic **R.** prooem. schol. Bonn. hib. a. 1841*
p. IX. Missus mercatum ab suo adulescenti patre libri, nisi quod adol. CDF.
Vbi adolescens ab suo Pylades: Mercatum missus Pareus ed. tert., Guyetus:
 Missus mercator *Camerarius* 2. Emittatque **B.** adportat **CDF.**
 portat **Z.** 3. quaerit **B.** 4. Conspicit **Z.** Conspicit reliquit
 seruos *pro seruis* **B.** pedisequam **B.** pedisequam *reliquit*
 5. ac se adsimulans **R.** ad se simulans **B.** se adsimulans *reliquit.* ac se
 simulans *Guiselmus.* seque adsimulans *Pylades.* ac se simulans *Gruterus*
 6. uicino amico. eum putat **R.** uicino eum putat **B.** uicino computat **C.**
 uicino eum putat **DF.** uicino computat **Z.** sibi] illius *Camerarius*
 7. Obduxit scortum. tum **CD.** Obduxisti cor tuum **B.** Obduxisse
 scortum. tum **FZ.** adolescentem **R.** charinum **BDZ.** charitum **C.**
 carinum **F.** 8. ei inuenit **R.** inuenit *libri.* inuenit *Pylades.* reperit
Guyetus: pro quo debebat saltem reperit

ARGUMENTVM II.

Mercátum asotum ffilium extrudít pater.
 Is péregre missus rédimit ancillam hóspitis,
 Amóre captus. út uenit, naue éxilit:
 Pater áduolat, uisam áncillam [illam] déperit,
 Quoiús sit percunctátur. seruos pédissequam 5
 Ab ádulescente [ffngit] matri emptam ípsius.
 Senéx sibi prospíciens, ut amicó suo
 Vaenfret, natum orábat: natus, út suo.
 Hic ffilium subdóderat uiciní, pater
 Vicínum. præamercátur ancillám senex. 10

Argum. II. 1. asotum **R.** adfotiū **B.** a se dum **CD**, *codd.*
Pyladis. a se **FZ.** ab sese *Scaliger.* ad socium *Camerarius.* adsiduū *Bo-*
thius olim 2. missus *Beroaldus.* militif **BCD.** militif **FZ.** unius *Ca-*
rarius hospitif **CDFZ.** militif **B** 3. ut uenit *Lambinus.* ut
 uehit *libri.* atuehit (*h. e. aduehit*) *Gulielmus.* auehit *Scaliger* naue **B.**
 nauí *reliqui* exiit *Bothius* 4. uisam ancillam illam **R.** uisam
 ancillam *libri.* uisamque ancillam *Camerarius* 5. Cuius *libri* per-
 contatur **FZ** serui **B.** seruuf *reliqui* pedif aequam **B.** pedifse-
 quam *reliqui* 6. adol. **CD.** adulescentē **B** fingit matri emptam
 ípsius **R.** nisi m[emorat] m. e. i. *malueris.* matri emptam ípsius *libri.* ait
 matri esse emptam ípsius *Pylades et* emtam esse *transponens Camerarius:*
qui saltem matri ait emptam esse *vel* matri esse emptam ait *debeant.* ípsius
 emptam matri ait *Bothius: pro quo lenius poterat* matri ípsius emptam ait
 7. perspiciens **Z** 8. Venire **B.** Veniret *reliqui* 9. Hac
Da 10. Vicinum *codd. Pyladis.* Vicinuf *libri nostri* premerc. **B**

Eám domi deprénsam coniunx filius
 Vicíni scortum insímulat, protelát uirum.
 Mercátor exspes pátria fugere déstínat:
 Prohibétur a sodále, qui patrem filius
 Hortátur cum suo pátre, nato ut cedát [suo.]

15

11. deprehensam *libri* coniunx **B** 12. exspes *Saracenus*,
Pius. experf libri 14. Hortatur cum suo patre **R**. Orat cum suo patre
libri. O. suo cum p. Pylades. Onerat suo cum Gulielmus. Cum patre exorat
Bothius nato ut cedat suo Bothius. nato ut cederet libri. Non ἀμετρον,
sed soloecum pátre, uti nato céderet .Post cederet novum versum libri
addunt Absente cum lenone perfido. Sed 'in emaculatis exemplaribus carmen
hoc non legitur' Pio teste

PERSONAE.

CHARINVS ADVLESCENS

ACANTHIO SERVOS

DEMIPHO SENEX

LYSIMACHVS SENEX

LORARIVS

EVTYCHVS ADVLESCENS

PASICOMPSA MERETRIX

DORIPPA MVLIER

SYRA ANVS ANCILLA

COCVS

ACTVS I.

PROLOGVS.

CHARINVS.

Duas res simul nunc agere decretumst mihi:
Et argumentum et meos amores eloquar;
Etsi hoc parum hercle more maiorum institi,
Pro mea persona ut sim ad uos index flico.
Graece haec uocatur Emporos Philémonis:

5

Act. I. Scaen. I. CHARINVS ADOLESCENS **B.** CHARINVS reliqui

1. Quaf **Z** decretamst **CDZ.** ducere nēst **B.** decretum est **F.**

2. amoris **C** 3—17 sic ordinavi *Parerg. I p. 17 sq., qui in libris collocantur* 12—17. 5—11. 3. 4

3. Etsi *Bothius.* Fit **B.** Et reliqui hercle **R.** ēē **BCD.** esse **FZ.** etiam *Camerarius.* etsi *Salmasius.* ecce *Gronovius* matorum **B.** amatorum *Acidalius*

4. Pro mea persona ut sim ad uos **R.** -P. mea perconatus sum uof sumq; **B.** Per me perconatus sum uofsumq; **CD.** Per me perconatus sum sumque **FZ.** et sine sum *libri Mureti Var. lect. XVIII, 9.* Per meam personam ad uos qui sim *Bothius,* sed is alias alia suadens et alia aliis incredibilliora. Prius ac perconatus sum uos, sumpsi *Pistoris* index ilico **F.** inde exilico **BD.** inde exillio **C.** iudex illico **Z.** indicium illico *Pistoris* *Aliorum*

de v. 3. 4 *commenta vel potius portenta, ut Salmasii, Acidalii, Alciati apud Lambinum, Gronovii, sciens omisi* 5. Grece **C** uocatur Emporos *Aldina (Iuntinam ut puto secuta).* uocaturē porus **B.** uocatur

Eadém latine Mercator Maeci Titi.

Pater ad mercatum hinc me meus misit Rhodum:

Biennium iam factumst, postquam abii domo.

Ibi amare cecepi forma eximia mulierem.

Sed ea ut sim implicitus dicam, si operast auribus 10

Atque aduertendum at animum adest benignitas.

Non ego item facio, ut alios in comoediis

Vidi amatores facere, qui aut Nocti aut Dii

Aut Soli aut Lunae miseras narrant suas:

Quos edepol ego credo humanas querimonias 15

Non tanti facere, quid uelint quid non uelint;

emporus reliquit 6. Maeci Titi **B** Parerg. p. 21. mactici **B**: cuius scripturae mentionem Bentleyanam (in Phorm. prol. 26) non intellexit Osannus Anst. p. 175, qui v. 5. 6 expungebat ut insiticios. mactici **CDF**. martici **Z**. matli libri Mureti l. s. s. (unde ille M. Attii). Maeci Aocii Pro duce Pylades. Maeci Attici Bothius 7. hinc meus me Pius. hic me meus **CDF**. hic meneus **B**. hic meus me **Z**. Fortasse meus med hinc potius rhodum **FZ**. rhodus **CD**. rodus **B** 8. est libri postquam^{abii} domo **C** 9. Ibi amare cecepi Gruterus. Abii amare cecepit **B**. Abii cecepi amare **CD**. Cecepi amare **FZ** 10. ea ut sim implicitus Lambinus. eam ut sim implicitus **CD** (nisi quod implicitus **Deu**). ea ut sit implicitus **B**. eam, ut simpliciter **F**. eam, ut simpliciter **Z**. eam simpliciter Nonius p. 176 de adverbio simpliciter somnians sicam **C** si om. **Z** operae est Bothius. opera est libri 11. Atque aduertendum ad Acidaltus. Atque aduertendam ut **BCDF**. Atque aduertendum ut **Z**. Atque ad uortendum huc Pylades. Atque ad aduertendum Camerarius. Adque aduertendum huc **R** Parerg. p. 18 animus **F** 12. item Muretus e suo quodam libro. idem **BDFZ**. idest **C** alias Bothius comediss **C** 13. Vidi amatores facere excusavi Parerg. l. s. s. et Proleg. Trin. p. CCII. Vidi amoris facere **BCDF**. Vidi amantif facere **Z**. Amantis uidi facere Pylades. Vidi facere amatores Camerarius quia **B**, Servius in Aen. I, 636 nocti aut dii Servius, Scioppius Susp. lect. I, 21. noctu aut die **BCDF**. nocti aut diei **Z** 14. miseria au narraf suas **B** 15. edepol **R**. pol libri creduam Reisius. creduo Bothius humanas querimonias Camerarius. humanif querimonias **B**. humanif querimonisf reliquit Numerorum concinnitati sic olim consulebam: Quos quidem ego credo humanas pol querimonias 16. tanti facere) tacere **B** quid uelint quid non uelint Camerarius. quid uelin

Vobis narrabo potius meas nunc miseras.

Nam amorem haec cuncta uitia sectari solent:

Cura aegritudo nimiaque elegantia:

(Haec non modo illum qui amat, sed quemque attingit, 20

Magno atque solido multat infortunio;

Nec post profecto quisquam sine grandi malo,

Prae quam res patitur, studuit elegantiae:)

Sed amor accedunt etiam haec, quae dixi minus:

Insomnia, aerumna, error, terror et fuga, 25

Ineptia atque stultitia adeo et temeritas,

Incogitantia, excors inmodestia,

Petulantia et cupiditas, maliuolentia;

Inhaeret etiam audivitas, desidia, inopia,

Iniuria, contumelia et dispendium, 30

Pauciloquium, multiloquium. hoc eo fit quia,

uelintque non uelint **B**. quid uelint aut quid non uelint *reliqui* 18. uicia
C. uitia **B** 19. Curam egritudo **B**. Cura egr. **C** aelegantia
B. eleganti **Da** 20. Hoc **Z**. Nec **F** non *sup. vers.* **C**
illumq; amat **C** illum modo qui a *Pylade est* quemquem *Scaliger*
attingit **CD** 21. solitudo **B** mutat **B**. mulctat **FZ**.
mactat *Lambinus* 22. grande **B** 23. Praeterquam **Z**, non *dis-*
pliciens Handio Turs. IV p. 527 studuit *Camerarius*. studit **B**. studet
reliqui aelegantie **B** 24. quae] quod **B** dixi minus **B**.
diximus *reliqui*, nisi quod diximus **D** 25. erumna **BC** error
terror et *Camerarius*. errore terrore **B**. error et terror et *reliqui* fuga
B 26. Ineptiae *Camerarius*. Inepties *Lachmannus* atque stul-
titia adeo **R**. stultitiaque adeo *libri* temeritast **CD**. temerita fit **B**
27. excors inmodestia] cupiditas et maliuolentia **Z**: *corr. Scularius*
inmod., non inmod., **BC** 28. Petulantia **D** et cupi-
ditat **BCD**. cupiditas **FZ**. cupiditas et *Pylades* male uolentia **B**.
maliuolentia *reliqui* 29. Inhaeret **C**. Inheret **DeFZ**. Ineret **BDA**.
Haeret *Bothius* etiam *delebat Parcus tert.*, non male desidia **DeFZ**.
residia **BCDa**, a *Grutero defensum*. uesidia *Palmerius p. 873* in-
opia || Iniuria *Bergkiius in Diar. antiq. a. 1835 p. 912* iniuria || Inopia
libri. Vbi incuria *Acidalius* dispendia **D** ante *corr.* 31. Pauci-
loquium multiloquium **R**. Multiloquium pauciloquium **Z**: *quod recte se*
haberet, si eo illud fit sequeretur. N. pauciloqui **F**. M. pauciloquium **D**.

Quae nihil attingunt ad rem nec sunt usui.
 Ea amator profert saepe aduerso tempore:
 Ac pauciloquium rursum idcirco praedico,
 Quia nullus usquam amator adeost callide 35
 Facundus, quae in rem sint suam, ut possit loqui.
 Nunc uos mi irasci ob multiloquium non decet:
 Eodem, quo amorem, Venus mi hoc legauit die.
 Illuc reuertit certumst, ut coepta eloquar.
 Principio ut aetas ex ephebis exiit 40
 Atque animus studio amotus puerilist meus,
 Amare ualide coepi hinc meretricem. sileo

M. parū loquutum **BC** hoc eo **R**. hoc ideo libri. ideo hoc non placet
 32. Que **B** sunt usui || Ea amator **R**: sunt usui, haec ||
 Amator (*amerarius*. sunt uidi || Tam amator **B**. sunt usui di || Tam am.
C. sunt' uidi || Tā am. **D**. sumptus uidet. || Tum am. **FZ**. Tam pro
 tamen esse uoluit *Bothius* profert saepe *Pylades*: profert se 'prisci
 codd.' *Pli*. proferri sepe **BCDF** et, nisi quod saepe, **Z** aduerso
FZ 34. Ac *Bothius*. Hoc libri rursum idcirco] sumit circo **B**
 35. usquam **B**. ūquam uel unquā reliquis adeost callide *Ca-*
merarius. adeos callide **B**. adeo callidus **CFZ**. adeo callidus **D**
 36. Facundus, quae *Camerarius*. Facundusque libri rem sint suam
Camerarius. rem inquit sua **BC** et memet teste **D**. rem fit sua **De**, rem
 fit suā **De** teste *Brunno*. rem inquit suam **FZ**. re inquit sua codd. *Pyladis*
 38. Venus] ues **C** mihi hoc *Camerarius*. mihi hac **B**. hac
 mihi **CD**. hanc mihi **FZ** legaui **CD** diem **FZ** Amor
 et Venus me hoc legarunt die *miræ Scaliger* 39. reuerti **C**. reuerti reliqui
 certumst, ut coepta **R** *Parerg.* p. 20. certum et conata **BDZ**.
 certum leonata **C**. certum ā et conata **F**. certum ut conata *Camerarius*.
 certum ut incohata *idem con.* 40. ut aetas ex ephebis exiit **R** *ibidem*
(coll. Bacch. 152), *Fleckeisenus Exerc.* p. 37 sq. atque animus phoeb; etate
 exiit **BDF** (nisi quod phoeb' et aetate **D**, phoebus **F**). atque animus
 etate exiit phoebus **C**. atque animus ephebis aetate exiit **Z**. ut ex ephebis
 aetate exiit *Muretus Var. lect. XVIII, 9*, iterum *Acidalius*. atque aetas ex
 ephebis exiit *Dousa fl. Fallitur Handius Turc. I p. 473* 41. puerilli
 est meus *Pylades*. puerilest meus **B**. puerilest meumst **D**. puerilist mecumst
C. puerilest. Meum est **F**. puerilli Meus est **Z**. puerilli meumst *Bothius*
 42. coepit **BCDF** hinc *Bothius*. hic libri meretricem **C**

Res éxulatum at íllam clam abibát patris:
 Leno ínportunus, dómínus eius múlteris,
 Vi súmma, ut quícque póterat, rapiebát domum. 45
 Obiúrigare páter haec noctes ét dies:
 Amórem multos ínlexe in dispéndium;
 Intémperantem, [incógitantem,] iniúrium
 Trahere éxhaurire mé quod quirem ab sé domo.
 Perfídiam lenonum, íniustítiam exprómere: 50
 Lacerári valide súa rem, illorum augérier.
 Ratiónera pessumam ésse, ea quae ípsus óptuma

43. Res Pius. om. **Z.** Rex reliqui, idemque add. Scutarius exultau
C at pro ad **B** clam abibat Bothius: abibat clam Gulielmus. iam
 abibat **BCF.** ía bíbít **Da,** ía bíbít **Db.** iam adibat **Z.** abibat iam
 Pylades 44. inp., non imp, **B** 45. summa ut quicque **R.** fumat
 quicque **CD.** fumat quoque ut **B** a me collatus: a quo tamen ítem
 abesse ut Pareus testatur. summa quicque **FZ.** summa quicquid Saracenus.
 summa quicque ut Camerarius rapib' **B** 46. Obiurigare **R.**
 Obiurgaret **B.** Obiurgare **CDZ.** Oblurgat **F** pater haec libri, nisi
 quod hec **B.** pater ob haec me Pylades. pater haec me Camerarius. haec
 pater me Hermannus, Bothius noster **C** 47—60 sic collocandos pu-
 tavi, qui nullo sententiarum ordine sic se excipiunt in libris: 50. 51. 59.
 60. 57. 58. 47—49. 52—56. Quanquam non me fugit etiam alii ordini
 locum esse. Solum versum 47 inter 50 et 51 interponi Scaliger iubebat,
 eum ordinem in vet. cod. esse significans ut videtur 47. illexe Came-
 rarius: illexisse Pylades. inlexit **B.** illexit reliqui 48. incogitantem
R. non modestum libri (nisi quod non modestum ñ modestū **D**): quod
 interpretamentum est intemperantem vocis. Nisi Intemperantem, [in modicum,
 excordem,] iniurium males 49. Traheret **B** exhaurire Camerarius.
 excurre libri Construe trahere me quod exhaurire quirem quod]
 q' **F** quirem **B** ad **Z** domo Camerarius. domum vel domū
 libri. domu Kampmannus de AB praep. p. 26 50. Perfídiam lenonum,
 iniustítiam **R.** Perf. iniust. len. libri. Len. perf. iniust. Bothius. Cf. Beckeri
 Qu. de com. Rom. fab. p. 109 sq. iniustítiam **BF** exprómeret **B.**
 exprímere **Z** 51. Lancinari Stevechius in Appul. Met. p. 550 sq. Oud.
 illorum **R.** illius libri. Mutatum est post trajectos versus. Alioqui
 licebat Lacerári suam rem, illius valide augérier 52. Rationem pessi-
 mam esse, ea quae Camerarius. Rationem pessumam ea eaq' **B.** Ratione

Omnis labores inuenisset perferens,

Amoris ui diffunditari ac didier.

Conuistium tot me annos iam se pascere:

55

Quod nisi puderet, ne luberet uiuere.

Conclamitare tota urbe et praedicere,

Omnés timerent mutuitanti credere.

Summo haec clamore; interdum mussans conloqui

Abnuere: negitare adeo me natum suum.

60

Sese extemplo ex ephébis postquam excesserit,

peffuma eaque reliqui ipsius **B** 53. Omnis pro Omnes **B**
 Omnesque moref **Z** inuenisset **B**. inuenisse **CFZ**. inuenit **Da**,
 inuenit **Db** perferens e con. Scaligeri Lambinus: quod 'in veteribus'
 esse Muretus dixerat: idemque suasit Pistoris. perferit **BC**. perferi **D**.
 perferit **FZ**. perferit 'codd. ant.' Pii 54. Amoris ui diffunditari
 (amerarius. Mori sui diffunditari **B**. Moref uidi funditari reliqui, cum ras.
 post Moref **C** didier Gronovius. didere **CDZ**, 'codd. ant.' Pii.
 dedere **F**. die heret **B**. deteri Camerarius. didere (et diffunditare) Guliel-
 mus omni perversa constructione verborum 55. Conuistium **FZ**. Con-
 uistrium vel Coniurium **BCD**. commilectum et commulcium duo codd.
 Lambini. Conuicio Pistoris se pascere Dousa Explan. III, 14: atque
 ita Bentleius in Hor. carm. I, 37, 9 ed. Amst. si pasceret **CDZ**. si pascere
F. sic pascere post Pium Lambinus. sic poscier Pistoris. si posceret mira
 machinans Gulielmus. mihi pascere (et se pro me) Mureti 'veteres mem-
 branæ', simul integro versiculo addito Suifque ingratiif me uitam agere
 perperam 56. Quem Pius puderet, ne luberet Pius. luderet ne
 luberet **CDFZ**. luderet ne luderet **B** uiueret uiueret **B** 57. Con-
 clamitaret **B**. Conclamare **Z** praedicaeret **B**. praedicare **Z**
 58. timerent **B**. tenerent libri. cauerent Lambinus. renuerent Guyetus
 mutuitanti **B**, 'ex codd. ant.' Pylades, Camerarius in annot., Turnebus
 Advers. XVII, 3, Gulielmus. mutu tanti **CD**. nutu tanti **FZ**. mutuanti
 a Camerario editum, idemque Pareo teste **B** 59. hoc **Z** mussans,
 conloqui post Palmerium p. 750 (qui mussas: cf. Mus. Rhen. n. IX p. 305)
 Gruterus: mussans loqui Pius (unde profectus mussans interdum loqui trans-
 ponebat Pylades, quod 'e sanctuariis bibliothecarum reposuisse' Turnebus
 Muretus narrat). musta cloqui **CD**. mista conloqui **B**. mustat loqui **FZ**.
 mihi se colloqui Camerarius. mussando loqui Lambinus, Dousa Expl. III,
 14. summisse loqui alii apud Lambinum 60. Abnueret **B**. Abnugere
D negitari adeo **CD**. necitaria deo **B** 61. exphebis **B**. ebi

Non, út ego, amori néque desidiae in ótio
 Operám dedisse, néque potestatém sibi
 Fuisse: adeo arte cóhibitum se esse á patre.
 Multo ópere inmundo rústico se exércitum, 65
 Nec nrsi quincto anno quóque solitum úsere
 Urbem, átque extemplo inde, út spectauissét peplum,
 Rus rúsum confestim éxigi solitum á patre.
 Ibi múlto primum sése familiárium
 Labóraisse, quom haéc pater sibi diceret: 70
 ‘Tibi arás, tibi occas, tibi seris: tibi itém metes,
 Tibi dénique iste páriet laetitiam labos.’
 Postquám recesset ufta patrio córpore,
 Agrúm se uendidisse atque ea pecúnia
 Nauém, metretas quacé trecentas tólleret, 75
 Parásse, atque ea se mércis uectatum úndique

in ras. **C** excefferit **BCD** 62. Nonne ut ego mori **BC** et,
 nisi quod None, **D** infidiae **B** 63. dedisset **BCD** po-
 testam **CDFZ** 64. Fuisset **B** arcte Saracenus se esse
Pylades. esse libri. esse se Camerarius, Bentleyus in Andr. I, 1, 27. sese
Gruterus. essere lepide Guyetus 65. Multipere **Z** inmundo, non
 imm., **B.** immódo **Z.** in mundo *Pylades, Meursius, Palmerius: dissentiente*
Gulielmo rustico se ‘*vetusta exemplaria*’ Pii. rusticose **B.** rusticoof reliqui
 66. Neque libri, nisi quod Neque **B** quicto **Ba.** quinto **Bb**
cum reliquis solitum **R.** positum **BCDF.** posse tum **Z.** assuetum
Gulielmus. potuisse Guyetus uisere] ó **B** anno posse inuisere Sca-
 liger 67. peplum **BC.** poplu **D.** populum **FZ** 68. rufum **B.**
rurfum reliqui exigit **BCD** 69. Ibo **C** primum sese
Pylades. primum se libri. plurimum se ‘vetus liber’ Mureti 70. Labor
 agisse **B** qm̄ **B.** cum reliqui 71. occas *Pylades. occasuf* **B.**
 occasif **CD.** occasif **FZ** s̄arif **C.** erif **B** item *Guyetus. eidem*
libri metof ‘*vetus*’ *Mureti. metif libri* 72. isti **B.** istie *Bothius. ipsi*
idem let. **B.** labof **BF.** babof **C.** habef **D.** obef **Z.** labor
tam Saracenus 73. recesset *Lambinus. recessit libri* corpora **B**
 74. ea] a **C** 75. Naué **B.** Nauim reliqui metetrafsque **B**
 ‘recentaf **C** 76. Parasset **B** ea se mercis uectatum undique cum
 lacuna unius versus (quí talis esse potuit):

* * * * *

Adeó dum, quae tum habéret, peperissét bona.
 Me idém decere si, út deceret mé, forem.
 Ego úbi ita uisum méo patri esse intéllego, 80
 Atque ódio me esse quóí placere aequóm fuit,
 Améns amansque [actútum] animum offirmó meum:
 Dico ésse iturum mé mercatum, sí uelit;
 Amórem missum fácere me, dum illi óbsequar.
 Agit grátias mi atque ingenium adlaudát meum, 85
 Et méa promissa nón neglexit pérsequi.
 Aedíficat nauem córcurum et mercís emit:
 Paráta nauí inpónit: praetereá mihi

Abísse in terras sólas orasque últimas

coll. Most. 995) **R.** eã semp scif uectatum undique **B.** eã semp cif uectatã undique **CD.** eam semper cif uectatem u. **F.** eam semper eif uectatam u. **Z.** eapse mercis uectatum u. *Scaliger,* eapse mercif esse se *afferens e 'v. c.'* ea se in Persis uectatum u. *Gulielmus.* ea semet sic uectatum u. *Acidalius.* ea semper se inuectatum u. *Bothius.* *Sine lacuna non poteris nisi sic:* ea se mercis uectasse undique: *quod fortasse non nimium in tanta corruptela prologi* 78. quae tum *vetus liber Mureti, Doua fil. questum Z. questum reliqui* peperisset **B.** peperisse reliqui 79. decere si ut deceret *Pylades.* diceret si ut diceret **BCD.** diceret si ut deceret **FZ.** dicere sic (ut deceret) '*prisca exemplaria*' Pii 80. ubi ita uisum **R.** me ubi inuisum *libri* esset **B** 81. hodie **B** me esse *Parcus.* esse me *libri, nisi quod esset B.* esse ei me *Gruterus, quod etiam minus placet quam ei me esse* quóí placere *Camerarius.* quod placeret *libri* aeqm̄ **B.** equū *vel eqnum reliqui* 82. amafque **B** actutum animum **R.** ut animum *libri.* utut animum *Pylades.* *Non placet iam animum* 83. esset **B** mercatuf **B** 84. facerem edum **B** illá **D** 85. grates *Gruyetus* Mihi grátias agit, ingenium poterit *cuí nimiae offensionis correpta in agit ultima fuerit* ingenium *cum rasura C* allaudat **CD** 86. Et **R.** Sed **BCFZ.** Si **D** non exleit persequi **B** 87. Edif. **C** nauem **B,** *Nonius p. 533.* nauim *reliqui* cercurum *Camerarius (et ante eum circerum Saracenus) e Nonio, ubi cyrcerum libri.* gubernatorum **B.** geraria **D.** gerariam *reliqui* mercef **FZ,** *Nonius* emit] fue **B** 88. Patra-

Taléntum argenti ipsús sua adnumerát manu :
 Seruom úna mittit, qui ólim a puero páruolo 90
 Mihi paédagogus fúerat, quasi uti mñhi foret
 Custós. his sic conféctis nauem sóluimus.
 Rhodúm uenimus, úbi quas merces uéxeram
 Omnís ut uolui uéndidi ex senténtia :
 Lucrum íngens facio praéterquam mihi méus pater 95
 Dedit aestímatas mérces. ita pecúlium
 Conficio grande. séd dum in porta illi ámbulo,
 Hospés me quidam adgnóuit, ad cenám uocat.
 Venió, decumbo, accéptus hilare atque ámpliter.
 Discúbitum noctu ut ímus, ecce ad me áduenit 100
 Muliér, qua muliere ália nullast púlcrior :
 Ea nócte mecum illa hópitis iussú fuit.
 Vosmét uidete, quám mihi ualde plácuerit :
 Postrídie hospitem ádeo, oro ut uendát mihi :
 Dico éius pro meritis grátum me et muném fore. 105

naut **B**. Num Paratae nauí ? inp., non imp., **B** 89. ipsus sua
 Camerarius. ipse sua libri. An sua ipsis ? abnumerat **BCD**
 90. Seruom pro Seruum **B** uana **B** a **D&FZ**. om. **BCD&**
 paruulo libri 91. pedag. **BC** 92. his sic Bothius. íffet
BCD. ífse **F**. hífse **Z**. ífse Camerarius confestim **FZ** na-
 uem **B**. nauim reliqui 93. Rodum **B** merces omnes 94. Om-
 nes **B** 95. factio 'prisca exemplaria' Pii. factio **BCDFZ**
 praeter^{quam} **C**. praequam Salmasius 96. merces omnes peculum **B**
 97. gde **B** illi **BCD**, Scoppius Susp. lect. I, 21. ibi **FZ**
 98. agnouit **B**. agnouit reliqui cenam **B**. caenam **CD**. coe-
 nam **Z** 99. ampliter hinc excerptum in Gloss. Plaut. 101. quã
B muliere Scaliger, Salmasius. mulier libri nulla est **BFZ**
 pulchior **C**. pulchrior reliqui 102. illi **B** hospites **C**
 iussu] uisus **Z**, corr. a Seutario 103. Vef metui dete **B** post
 mihi rasum in **C** 104. r in Postridie e corr. **C** ora **B**
 105. dicent pro Nontus p. 137 munem **BCD**, Nontus. munem **Z**.
 memorem **F**, codd. Clericamus et Pithoecanus Lambini. moenem Palmerius

Quid uerbis opus est? emi eam atque aduexi heri.

Eam me aduexisse nolo resciscat pater.

Modo eam reliqui ad portum in naui et seruolum.

Sed quid currentem seruom a portu conspicio,

Quem nauis abire uetui? timeo quid siet.

110

ACANTHIO. CHARINVS.

ACANTHIO.

Ex summis opibus ueribusque usque experire: nitere,

Erus ut minor opera tua seruetur. agedum, Acanthio,

Abige abs te lassitudinem: caue pigritiae praeuertier.

Simul autem, plenis semitis qui aduersum eunt, aspellito:

Detrude, deturba in uiam. haec hic disciplina pessumast: 115

p. 882 106. uerbis opus est] opus uerbis **B** emi eam **R**, *Reistius*: emi *Pius*. mi **B**. m **D**. mihi **CZ**. dat mihi **F**. *Minus placet* emi atque aduexi huc (vel huc aduexi) heri 107. resciscat **B** 108. tam **C** et] ut **F** seruolum **C** 109. quod **C** seruom **CDFZ** 110. ue. tuite meo **B** fiet **B**. fit reliqui

Act. I. Scaen. 2. ACHANTIO SERVVS. CHARINVS ADOLESCENS **B**. ACHANTIO. CHARINVS **DFZ**. om. **C** 112. agendum **BCB** achantio **BCDF**: et sic constanter 113. Accepi abste **B**

pigritiae praeuertier *codd. Pyladis: idemque iam Saracenus. pigritiae praeuenteris libri, nisi quod pigric. CFZ. praeuertare pigritiae nescio an poeta dederit* Sequitur in libri, quem nos fecimus v. 124 114. plenis

semitis **R**. plenissimif **CDF**. plenissime (?) **B**. plenissime iif **Z**. plenissime eos *Pylades. 'alias planissime, alias paenissime' Lambinus. eos paenissime Guyetus. eos plenissime Bothius. Novi qui de penitissime cogitaret aduersum BCDF erunt Acidalius aspellite C.* aspellito **Z**. cispellito *Palmerius: rectissime damnatum a Bentley in Heaut. II, 3, 20* 115. Detrudetur iam in **B** hec **B**. nam haec *Pylades* hic disciplina *Camerarius. disciplina hic libri pessumast B.*

Cúrrenti, properánti hau quisquam dígnum habet decédere.
 'Ita tres res simítu agendae súnt, quando unam occéperis:
 Ét currendumst ét pugnandum et iúrigandum autem ín uia.

CHARINVS.

Quid illúe est, quod ille tam éxpedite exquírit cursurám sibi?
 Curaést, negoti quíd sit aut quid núntiet.

ACANTHIO.

Nugás ago: 120

Qui quám resisto, tám res maxume ín periclo uórtitur.

CHARINVS.

Malí nescio quid núntiat: genua húnc cursorem déserunt.

ACANTHIO.

Perí: seditioném facit lien, óccupat praecórdia.

Simul énicat suspíritus: uix súffero hercle anhélitum.

Perii: ánimam nequeo uórttere: nimis níhili tibicén siem. 125

peffima est reliqui 116. hau **R.** heu **B.** haud reliqui 117. Itref
B res simitu *Brixius Qu. pros. p. 31 trochaicum describens.* fimitu
 ref **B** (*qui fimituref*) et *Nonius p. 175. simul ref reliqui. Iambicum tuetur*
Kampmannus de reb. mil. p. 34 una hocceperif *Nonius* 118. cur-
 rendum est et *Scaliger, Guyetus.* currendum et *libri* pugnandum est
Guyetus et iurigandum autem **R.** et autem iurigandum est **B**: et
 autem iurgandum est **CD**: *quod erunt qui Poenuli IV, 2, 19 defendant.*
 et ante iurgandum est **FZ.** et item iurgandum *Guyetus (ut Stich. 213)*
 119. illuc est **CDF.** illud est **BZ.** illuc *Bothius* 120. Curaest
R. Curaest **BCDF.** Cura est **Z** negotii **B.** negotii **FZ**
 nuntient **B** 121. Qui quam (*vel Nam quam*) **R.** Quam *libri*
 resisto, tam res maxume **R.** resisto tam maxime ref *libri, nisi quod ref*
 isto **B,** maxime **F,** maxime **Z.** maxime resisto, tam ref *Pylades. De*
 Quom resisto, tum res maxumo *cogitare noli* periculo **FZ**
 122. genua . . . deserunt *CHARINO continuavi: ACHANTIONI libri tribuunt*
 123. lien] *cf. Hermannum praef. Bacch. p. VI* 124. huc *repositi,*
qui in libris post v. 113 est. Post v. 122 collocabat Scaliger, post 125 Scriverius
 enicat suspíritus **R.** emicat suspíritus **B.** emicat spiritus *reliqui.*
 emicato susp. *Camerarius.* emicato susp. *Dousa Expl. IV, 14. enica susp.*
Bothius 125. uertere *libri* nummif '*prisca exemplaria*' *Pii*
 Plauti *Com. III. 2. Merc.*

Numquam édepol omnes bálineae mi hanc lássitudinem éximent.
Domín' an foris dicam ésse erum Charínnum?

CHARINVS.

Ego animi péndeo,

Quid illúc negoti sít. lubet mi adíre huc, ut sim cértior.

ACANTHIO.

'At etiam asto? at étiam cesso fóribus facere hisce ássulas?
'Aperite aliquis. úbi Charinus érus est? dominest án foris? 130
Num quisquam adire ad óstium dignum árbitratur?

CHARINVS.

Écce me,

Acánthio, quem quaéris.

ACANTHIO.

Nusquamst dísciplina ignáuior.

nihili tibi cen siem *Camerarius*. nihil tibi cen siem *libri* 126. balneae
FZ eximeant **B** *Sequitur in libris v. 137* 127. Ergo
Bothius 128. illuc **CDF**. illud **BZ** negoti sit *Acidalius*. fit
negoti *libri*, nisi quod negotii **B**, negocii **FZ** mi adire huc ut **R**.
scire me ex hoc metuit **B**. scire me ex hoc metu ut **CFZ**. scire me ex
hoc tu ut **Da**: ubi hoc^m tu **Db**. scire me ex hoc, ut *Pylades*. scire ex
hoc me, ut *Acidalius*. *Fuit cum placeret* scitari hinc, ut *vel seruare hunc*, ut
sim certior *Camerarius*. sim certus *libri* (cert' **B**). *Non videtur de-*
fendi posse certus ut siem. *Practerea offensionis est* sim: quo adducor ut *sic*
scripsisse poetam suspicer: lubet mi adire, ut nam certior 129. Ad **D**
asto at **BD**. asstro at **C**. asstro at **Z** et, nisi quod ac, **F**
hisce assulas *Camerarius*. his cassulas **BCD**. his casulas **F**. his assulas **Z**
130. carinus **D**. charinũ **B** erus est **R**. seruus **B**. erus *reliqui*
domin est an **C**: domine est an *Pylades*. domine stant **B**. domus est
an **D**. domus est an **FZ** fores **B** 131. hostium **DFZ**
132. queris **BC** nusquamst **CDF**. n. est **BZ** 133. *sqq. sic*
reconcinnavi, quorum in B. haec species:

CHA. Que te res mala agitant? ACH. multa ececte atque me.

CHA. Quid est negotii? ACH. perimus.

CHA. Principium inimicis dato.

ACH. At tibi fortuito id optigit.

CHA. Loquere id negotii quicquid est. ACH. placide uolo adquietescere.

CHARINVS.

* *

ACANTHIO.

* *

CHARINVS.

Quae té malae res ita agitant?

ACANTHIO.

Multae hércle temet átque me.

CHARINVS.

Quid ést negoti?

ACANTHIO.

Périimus.

CHARINVS.

Principium id inimicis dato.

ACANTHIO.

At tibi sortito id óptigit. 135

CHARINVS.

Loquere id negoti quíd siet.

ACANTHIO.

Placidé: uolo adquiéscere.

CHARINVS.

At tu édepol sume láciniám atque abstérge sudorém tibi.

Eadem tertii quartique versus in CD descriptio. A B reliqui sic discrepant:
 1. male ref **D**. male ref **CFZ**. res malae iam Scaliger
 multae ere te atque **CD** et, nisi quod here, **FZ** 2. negoti **D** et
 e corr. m. pr. **C** 4. obtigit **DFZ** 5. quid est **Z** acqu.
FZ Longe alia molitus est Fleckeisenus Exercit. p. 28 Primus
 versus talis fere fuit:

[Ch. Non mé uides? Ac. ah sálue, ere.] Ch. quae té malae res ita
 agitant?

135. id (vel hoc) add. Lachmannus 136. quid siet **B**

placide: uolo sic interpunxit Gullielmus 137. huc transposuit Bothius,
 in libris scriptum post 125; post 126 Acidalius fume **B**, Pylades.

2*

ACANTHIO.

Tua causa rupi ramicēs: iam dūdum sputo sāguinem.

CHARINVS.

Resīnam ex melle Aegyptiam uorāto: saluom fēcēris.

ACANTHIO.

At édepol tu calidām picem bibito: aégritudo abscessērit. 140

CHARINVS.

Hóminem ego iracúndiorem quām te noui néminem.

ACANTHIO.

'At ego maledicēntiorem quām te noui néminem.

CHARINVS.

Sín, saluti quód tibi esse cénseo, id consuádeo?

ACANTHIO.

'Apage istiusmodí salutem, cūm cruciatu quae áduenit.

CHARINVS.

Díc mihi, an boní quid usquamst, quód quisquam uti
possiet 145

Síne malo omni, aut né laborem cápias quom illo utí uoles?

ACANTHIO.

Nésicio ego istaec: phílosophari núnquam didici néque scio.

Égo bonum, malúm quo accedit, mñhi dari hau desídero.

fume tibi reliquí 138. sqq. tractavit Rostius Opusc. p. 255 sqq.
 ramicef Nonius p. 166, **FZ**. ramitef **B**. tramitef **CD** iam du-
 dum] atrum dum Nonius: quo cave abutare ad atrum iam commendandum
 139. aegyptiam **B**. egyptiam **C** in uorato ultimam e corr.
D saluom pro saluum **B** 140. edepol tu libri. tu edepol
 Camerarius 141. ego **B**. om. reliquí 143. Sin (h. e. sine)
BCDF: et sic Bentleius in Eun. V, 4, 18. Sim **Z**. Si Bothius. Quin
 Guyetus 144. cum Pylades. om. libri cruciatuque **B**
 145—148 valde dubitandum num Plautini sint 145. est **FZ**
 quo 'prisca exemplaria' Pii possiet Camerarius. possit libri, etiam
 Pii 146. aut] ut Guyetus cum libri ut uiolef **FZ** et ut
 puto **D** Ceterum capiat et uolet expectes potius 147. philo-
 pharinū quam **B** 148. quod **B** accedit **C** haud libri

CHARINVS.

Cédo tuam mihi dexteram: agedum, Acánthio.

ACANTHIO.

En, dabitúr: tene.

[CHARINVS.

[Vín tu te mi esse óbsequentem, án neuis?

ACANTHIO.

Operá licet 150

Éxperiri, quí me rupi caúsa currendó tua,
Vt quae scirem, scíre actutum tibi liceret.

CHARINVS.

Líberum

Tibi caput faciám cis paucos ménsis.

ACANTHIO.

Palpo pércutis.

CHARINVS.

Égon' ausim tibi úsquam quicquam fácinus falsum próloqui?
Quín iam, priusquam sim éloquentus, scías si mentirí uolim. 155

149. mihi tuam **B** dexteram *Saracenus*. dextram *libri*
 agendum **BCD** em **B**. hem **CD** 150—165 *vix du-*
bitandum quin non sint eiusdem vel poetae vel recensiois. In quibus longe
ineptissimi v. 158. 159. 162, ut taceam alia 150. te mihi esse obse-
 quentem *Camerarius*: mihi te obsequentem esse *Pylades*. te mihi obsequen-
 tem esse *Scaliger*. te mihi obesse sequentem *libri*. *Quam nimirum tmesim*
interpretantur mi ob esse sequentem anne uis **B**. neuis *ut adverbium*
hinc excerptum in Gloss. Plaut. qui] quam **B**: unde qua *Camerarius*,
 quoniam *Gruterus*, quom *fortasse alii* 152. que **B** 153. Tibi
 caput *Scaliger*, *Guyetus*. Caput tibi *libri*, nisi quod Capud **B** cis paucos
Gruterus: paucos cis *Acidalius*. paucos *libri*. paucis post (*et mensibus*) *Lam-*
binus menses **F** palpo percutit *affert Nonius p. 163* 154. egom
Z Ego nauſ. im **B** 155. Quid **F** sim **FZ**. sum **BCD**
 eloquitur **B**, *h. e. eloquitur scriptura per maximam partem saeculi*
ab u. c. septimi frequentata. eloquitur reliqui scias si **R**: scis si *Ca-*
merarius. scisset **B**. scisset *reliqui* uolim **R**. uolo *libri*, quod *e v. 158*

ACANTHIO.

Ah,

Lássitudinem hércle uerba túa mihi addunt: énicas.

CHARINVS.

Sícine mi obsequéns es?

ACANTHIO.

Quid uis fáciam?

CHARINVS.

Tun'? id quód uolo.

ACANTHIO.

Quid id est igitur quód uis?

CHARINVS.

Dicam.

ACANTHIO.

Díce.

CHARINVS.

At enim placidé uolo.

ACANTHIO.

Dórmientis spéctatores métuis ne ex somno éxcites? 160

CHARINVS.

Vaé tibi.

ACANTHIO.

Tibi équidem a portu adpórto hoc.

CHARINVS.

Quid fers? díc mihi.

irrepsit 156. ah **DFZ.** Ach **C.** ha **B.** In fine superioris versus collocant omnes 158. ACANTHIONI continuant libri, personas permu-
tantes usque ad v. 161. Correzit Aldina (Iuntina) sícine **CDF.** sícine
B. sícine **Z** tum id **BZ.** corr. Pylades 159. id est Bothius:
est id Pylades. est libri placidē **B** 160. ex] e **Z** 161. ue **C**
eqidem **C** a] ad **B** porū **C** apporto **CDF**

ACANTHIO.

Vím, metum, cruciátum, curam iúrgiumque atque inopiam.

CHARINVS.

Péris, tu quidém thensaurum huc mi ádportauistí mali.
Núllus sum.

ACANTHIO.

Immo es

CHARINVS.

Scío iam, miserum díces.

ACANTHIO.

Tu dixtí.

CHARINVS.

Taces?

Quíd istuc est malí?

ACANTHIO.

Ne rogites: máximum infortúniúmst.] 165

CHARINVS.

'Obscero, dissóluc iam me: nímis diu animi pédeo.

ACANTHIO.

Hóc sis uide, ut palpátur: nullust, quándo ocepit, blándior.

hec **F** 162. uin **F** iurgium atque **FZ** et ut puto **D**
 163. Perii *Saracenus*. Per **C**. Peri reliquí thesaurum **BFZ** huc **B**.
 hunc reliquí mihi om. **DFZ** adp. pro app. **B** 164. dixti
 CHA. taces? **R**. dixi g̃ tacef **B**: unde dixti. CHA. ergo taces *Camerarius*.
 dixti ego taceo **C**. dixi ego taceo **D**. dixisti. ego taceo **FZ**. dixi ergo
 tacens (*sine tu puto*) *Beckerus de com. fab. p. 26*. dixisti: ego taceo *Bothius*
octonarium describens. dixti, haud ego (*vel ego nihil*) *ascripsit aliquando*
Lachmannus 165. maxum. pro maxím. **B** est libri 166. dis-
C. *Sola totidem (pro ibidem) mihi verba CHARINO continuanda esse Aci-*
dalius suspicabatur innutat *Lambinus* 438. DEMIPHONI et CHARISO
distribuit Guyetus, totum CHARINO libri continuant edepol **C**
me uincet hodie commodi **B**. me uincet hodie me uincet hodie c. **CD**
me uincet hodie inueniet. hodie c. **FZ**. *Vbi inueni hunc qui commodius*
'ex priscis exemplaribus' Plus affert. me uincet. hic commodius *Pylades*

DEMIPHO.

Néquiquam poscét: ego habebó.

CHARINVS.

'At illic pollicitúst prior.

DEMIPHO.

Níhili facio.

CHARINVS.

Quínquaginta póscit.

DEMIPHO.

Non centúm datur. 440

Pótine ut ne licitére aduorsum méi animi senténtiam?

Máxumam hercle habébis praedam: íta illest, quoi emitúr, senex.

Sánus non est éx amore illús: quod poscés, feres.

CHARINVS.

Cérto edepol aduléscens ille, quói ego emo, efflictím perit
Éius amore.

DEMIPHO.

Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias. 445

CHARINVS.

Númquam edepol fuit neque fiet ille senex insánior

Éx amore, quam ille adulescens, quói ego do hanc operám,
pater.

'partim ex codd. ant.' pater poscit **C** 439. nequiquam **FZ**
 poscet **R.** poscit *libri* habebó **CD&F.** habeo **BDeZ** polli-
 citus est **B** 440. Nihil **B** quinquaginta **C** dantur **Z**
 441. Potinne **B** ne om. **B** licitere *Camerarius.* liceret **B.**
 litigere **CDF.** litigere **Z** aduersum **B** mei animi *Scaliger,*
Bothius. animi *libri.* animi mei *Acidalius* 442. Maximam **BCZ**
 predam **B** ille est *libri* quám mentitur **B.** cui emitur *reliqui*
 444. Certe **B** adul. pro adol. **B** cui *libri* efflictim *hinc*
excerptum in Gloss. Plaut. efflectim **B.** efflictū **D** ante ras. 445. si
 sup. scr. **D** 446. fiet 'alibi legi' Pius dicit 447. ille om. **De.**
 sup. scr. **De** adul. pro adol. **B** cui *libri* pater sup. scr. **D**

DEMIPHO.

Ad illum qui emit.

CHARINVS.

Vbinamst is homo géntium?

DEMIPHO.

Éccillum uideó: iubet quinque áddere etiam mé minas. 435

CHARINVS.

Hércle illum infelicitent di, quisquis est. itidém mihi
Étiam meus adnútat

DEMIPHO.

Addam séx minas.

CHARINVS.

Septém mihi.

DEMIPHO.

Númquam edepol me uíncet hodie.

CHARINVS.

Cómmodis poscít, pater.

434. CH. et (ab initio versus) DE. om. **CD** uertisti **F** at **D**
 ubinamstif **CDa**. ubi nastif **B**. ubinam est if **D&FZ** gen-
 cium **C** 435. Ecce illum **B**. Ecce illum *Camerarius* quoque **B**
 addere etiam me **R**. me addere etiam nunc *libri, nisi quod adere*
 etiam **C**. addere me etiam nunc *Bothius* 436. Hercule *Scaliger*
 illum infelicitent di **B**. illum dii infelicitent **Z**. illum di infelicitent
CDF. illum dii felicitent **B**. infelicitent etiam *Scaliger*. Pol illum di in-
 felicitassint *placeret, si propius abesset a librorum memoria* In *prozi-*
mis impeditissimas licitandi rationes nescio an vel satis vel non satis expe-
dierim. Vbi sic cum libris edd.: quisquis est. DE. ibidem mihi || Etiam nunc
 adnutat addam sex minas. CH. septem mihi: *nisi quod* Et iam **B**, etiam
C. *Sola totidem (pro ibidem) mihi verba CHARINO continuanda esse Aci-*
dalius suspicabatur innutat *Lambinus* 438. *DEMIPHONI et CHARINO*
distribuit Guyetus, totum CHARINO libri continuant edepol **C**
 me uíncet hodie commodif **B**. me uíncet hodie me uíncet hodie c. **CD**
 me uíncet hodie inueniet. hodie c. **FZ**. Vbi inueni hunc qui commodius
 'ex priscis exemplaribus' *Ptus affert*. me uíncet. hic commodius *Pylades*

DEMIPHO.

Néquiquam poscét: ego habebó.

CHARINVS.

'At illic pollicitúst prior.

DEMIPHO.

Níhili facio.

CHARINVS.

Quínquaginta póscit.

DEMIPHO.

Non centúm datur. 440

Pótine ut ne licitére aduorsum méi animi senténtiam?

Máxumam hercle habébis praedam: ita illest, quói emitúr, senex.

Sánus non est éx amore illúus: quod poscés, feres.

CHARINVS.

Cérto edepol aduléscens ille, quói ego emo, efflictm perit
Éius amore.

DEMIPHO.

Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias. 445

CHARINVS.

Númquam edepol fust neque fiet ille senex insánior

Éx amore, quam ille adulescens, quói ego do hanc operám,
pater.

'partim ex codd. ant.' pater poscit **C** 439. nequicquam **FZ**
 poscet **R**. poscit libri habebó **CDF**. habeo **BDaZ** polli-
 citus est **B** 440. Nihil **B** quinquaginta **C** dantur **Z**
 441. Potinne **B** ne om. **B** licitere *Camerarius*. liceret **B**.
 litigere **CDF**. litigere **Z** aduersum **B** mei animi *Scaliger*,
Bothius. animi libri. animi mei *Acidalius* 442. Maximam **BCZ**
 predam **B** ille est libri qm mentitur **B**. cui emitur reliqui
 444. Certe **B** adul. pro adol. **B** cui libri efflictm hinc
 excerptum in *Gloss. Plaut.* efflictm **B**. efflictu **D** ante ras. 445. si
 sup. scr. **D** 446. flet 'alibi legi' Pius dicit 447. ille om. **Da**.
 sup. scr. **DB** adul. pro adol. **B** cui libri pater sup. scr. **D**

DEMIPHO.

Hém quiesce, inquam: ístanc rem ego recte égero.

CHARINVS.

Quid ais?

DEMIPHO.

Quid est?

CHARINVS.

Nón ego illam mancúpio accepi.

DEMIPHO.

Séd ille illam accipiét: sine.

CHARINVS.

Nón potes tu lége uendere íllam.

DEMIPHO.

Ego aliquid uídero. 450

CHARINVS.

Póst autem commúnis mihi illast cum álio [quodam]. qui scio.
Quíd sit ei aniní, uaenirene čam uelit an nón uelit?

DEMIPHO.

Égo scio uelle.

CHARINVS.

'At pol ego esse crédo aliquem, qui nón uelit

DEMIPHO.

Quíd mea id refért?

448. DEM. Hem quiesce **B.** DEM. Quiesce libri. Synizesi nullus hic locus egero **B.** uidero libri (fort. e v. 450). Non placet, recte expunctis. ístanc rém ego uídero ais Dousa fil., Lomanus p. 53. agít libri

449. Sic personis distinxit Acidalius. accepi sed ille illam accepit. DE. sine libri accipiet Scaliger, Bothius. accipit Taubmannus 450. potes **B** ante ras. 451. communis mihi illast post Pyladen **B** coll. v. 455

quoniam etiam communis mihi illa licbat. communest illa mihi **B.** communis est illa mihi reliqui quodam **B.** om. libri. Neque enim probabiliter Bothius communis illa cum alio mihi quid **Z** 452. uenire ne eam libri non uelit] non sine uelit **B** 454. mea id Pyladen. de mea **B.** id mea reliqui rem suam **B** aequomst **B.** aequumst

CHARINVS.

Quia illi suam rem esse aequomst in manu.

DEMIPHO.

Quid ais?

CHARINVS.

[Quicum] mihi communis illa, is hic nunc non
adeat. 455

DEMIPHO.

Prius respondes quam rogo.

CHARINVS.

Prius tu emis quam uendit, pater.

Nescio, inquam, uelit ille illam necne abalienari.

DEMIPHO.

Quid? illi quidam, qui mandauit tibi, si emetur, tuum uolet:
Si ego emo illi qui mandauit, tuum ille nolet? nihil agis.
Numquam edepol quisquam illam habebit potius, quam ille
quem ego uolo. 460

CHARINVS.

Certumne est?

D. equumst **CF.** aequum est **Z** manu] nauis **B** 455. Sic sanandum putavi, qui interpolatus e v. 451 talis est in libris: **DE.** Quid ais? **CH.** communis mihi illa est cum illo is nunc hic non adest: nisi quod illa est et hic nunc **B.** Vbi alio pro illo *Camurarius* 457. ille om. **A** nec me **B** ab aliena cum lacuna **C** 458. 459 tales prodierunt ex **A**, nisi quod ab initio **SEDILLEQUIDAM** cum *Maius* tum ego legimus, unde Sed illi quidam iam *Bothius*. Pro quibus unum hunc reliqui exhibent:

DE. Quid illic quidam qui mandauit cum ille nolet. nihil agit nisi quod mandauit **Z**, pro cum autem ipsum tum seruauit **B** **EMETUR** et altero v. **NOLET** ego legi, **EMITUR** et **NOLIT** *Maius*: **AGIS** an **AGES** sit, dubia res est Alterum nescio an sic potius poeta dederit: Si ego emi ei, mihi qui mandauit 460. edepol quisquam **BC.** **EDEPOLQUISQUAMEDEPOL** **A.** edepol priusquam **D.** edepol prius quisquam **FZ** 461. Sic **R.**

DEMIPHO.

Censén certum esse? quín ad nauem iam hínc eo:
 'Tbi uaeñibit.

CHARINVS.

Vín me tecum illo fre?

DEMIPHO.

Nolo.

CHARINVS.

Nón places.

DEMIPHO.

Méliust te, quae súnt mandatae rés tibi, praeuórtier.

CHARINVS.

Tú prohibes.

DEMIPHO.

At me ínCUSATO: té fecisse sédulo.

'Ad portum ne bítas, deico iám tibi.

CHARINVS.

Auscultábitur. 465

DEMIPHO.

'Ibo ad portum. ne híc resciscat, caúto opust. non ípse emam,

CERTUMNEST CENSCERTUMESSEQUIN **A**. CH. Certum est. DE. cenfen certum esse quin **BCDF**. Certum est. CH. cenfel certum esse. DE. quin **Z**.
Absque A esset, placeret Lachmanni correctio: Certumst. CH. censen certum id esse? nauem **B**. nauim reliqui hinc] nunc **F** 462. uenibit libri cum **A** placef **CDFZ** cum **A**. placet cum rasura post eam vocem **B**. placeo 'alibi legi' Pius scribit. Vnt **DEMIPHONI** nolo: non placet. Meliust continuabat Acidalius: non hercle male 463. Meliust te **CDFZ**. Meliuf itē **B**. MELIUSTE **A** que **B** tref **B** praeuotier **C**
 464. MEINCUSATO **A**. te excufato reliqui sedulo om. **Z**
 465. BITAS **A**, Camerarius. uital **B**. bitef **CD**. ibif **F**. íref **Z**: sed bitef iam Scutarius DEICO pro dico **A** 466. PORTUMNE **A**. portum

Séd Lysimacho amíco mandabo: ís se ad portum dexerat
'Ire dudum. mé moror, quom heic ásto.

CHARINVS.

Nullus sum: óccidi.

CHARINVS. EVTYCHVS.

CHARINVS.

Péntheum dirípuisse aiunt BÁCCHAS: nugas MÁXUMAS
FÜSSE credo, praé quo pacto égo diuorsus dístrahor. 470
QÚR ego ueiuo? qúr non morior? quíd mist in uitá boni?
CÉRTUMST, ibo ad médicum atque ibi me tÓXICO mortí dabo:
Quándo id mi adimitúr, qua causa úitam cupio úfucere.

EVTYCHVS.

Máne, mane obsecró, Charine.

CHARINVS.

Quís me reuocat?

et ne reliqui OPUS **A**, **Z**. opus est reliquis 467. Sed **ly** lysimacho
B lysimacho **C**. lysimacho **D** is se] esse **B** DEIXERAT pro
dix. **A** 468. QUOMHEIC **A**. cum hic reliqui affto **C**. adsto **Z**.
ASTO etiam **A**

Act. II. Scaen. 4. CHARINVS EUTEYCHVS **A**, ut visum est.
CHARINVS EVTICVS ADOLESCENTES **B**. CHARINVS EVTYCHVS
ADVLESCENTES B. II. C. **C** (sic). CHARINVS EVTICHVS **DFZ**, nisi
quod EVTYCVS **F**, EVTYCHVS **Z** 469. bachaf **DF**. bahaf **C**
maximal **BZ** cum **A** 470. praé quo **R**. praet quo libri
cum **A**. Transponebat praé quo pacto ut ego Lachmannus 471. que
A bis. Cur libri bis UEIUO pro uiuo **A** mihist (vel mist, quod
eodem valet) in uita **CFZ** et in sup. scr. **D**. mihi sustinuit **B**. MIHI
ESTINUITA **A** 472. CERTUNST **A**. certumst **FZ**. Certum est **BCD**
me ibi **B** 474. quis **R**. qui libri cum **A** eutichuf **D**.

EVTYCHVS.

Eútychus,

Túus amicus ét sodalis ét uicinus próxumus.

475

CHARINVS.

Nón tu scis, quantúm malarum rérum sustineám.

EVTYCHVS.

Scio.

'Omnia ego istaec aúscultai ab óstio: omnem rém scio.

CHARINVS.

Quíd id est quod scis?

EVTYCHVS.

Túus pater uolt uéndere

CHARINVS.

Omnem rém tenes.

EVTYCHVS.

Túam amicam

CHARINVS.

Nímium multum scís.

EVTYCHVS.

Tucis ingráticis.

CHARINVS.

Plúrumum tu scéis. sed quei scéis méam esse amicam illám?

EVTYCHVS.

[Tatae,] 480

Túte heri ipsus míhi narrasti.

outibus **C** 475. SODALISETUICINUS **A**. sodalis simul uicinus *reliqua*.
Vide Prol. Trin. p. CXLV proximus **Z** 476. Non] Nam *Lambinus*.
codd. ant. commemorans 477. Omni **B** ego om. **F** iste **C**
 hostio **FZ** 478. uult **BFZ** 479. *Vide ad v. 181*
 TUEISINGRATIEIS **A**. tuif ingratiif **BCD**. tuif (vel tu if) ingratus **FZ**
 480. Plurimum omnes SCEISSEDQUEISCEIS *pro scis sed qui scis*
A MEAMESSEAMICAMILLAM **A**: *quo servato addidi Tatae in fine: quan-*

CHARINVS.

Sátin' ut oblitús fui

Tíbi me narrauísse?

EVTYCHVS.

Haud mirum fáctumst.

CHARINVS.

Te nunc cónsulo:

Résponde, quo léto censes me út peream potíssimum?

EVTYCHVS.

Nón taces? caue tu ístuc dixis.

CHARINVS.

Quíd uis me igitur dícere?

EVTYCHVS.

Vín patri sublíneré pulcre me ós tuo?

CHARINVS.

Sané uolo. 485

EVTYCHVS.

Vísne eam ad portúm?

CHARINVS.

Quid potius quá́m uoles?

EVTYCHVS.

Atque éximam

Múlierem pretió?

quam etiam aliis interiectionibus locus est. esse amicam illam meam reliqui
 481. eri **D** narrafti **B.** NARRAUISTI **A.** om. reliqui fatin
B. statim reliqui 482. factum est **BDZ** 483. quo uolet
 occenfes me **B** loeto **CD** ut peream censes me *Lachmannus*
 potíffimum libri cum **A** 484. tu **AB.** om. reliqui íftic **Da**
 dixerit **Z** 485. Vim **BD** patrif ante ras. **B** fublinere
BbCDb. fubliniere **Ba.** fublimere **Da.** fublinire **FZ,** *Scioppius*
Susp. lect. I, 12 me os *Camerarius:* MEOS **A,** meof **B.** of reliqui
 486. quid potius **FZ,** *codd. Pyladis.* QUI POTIUS **A.** qui potius **BCD,**
nisi quod potius C eximiam **Z** 487. precio **CF.** precio **Z**
 quid *Pylades.* qui libri, etiam **A** ut videtur. Frustra est *Dousa Expl. III, 15*

CHARINVS.

Quid potius quam aúro expendas?

EVTYCHVS.

Unde erit?

CHARINVS.

'Achillem orabo, ut aúrum mihi det, Héctor qui expensús fuit.

EVTYCHVS.

Sánunes?

CHARINVS.

Pol sánus si sim, nón te medicum mi expetam.

EVTYCHVS.

Tánti quantí póscit, uin tantí illam emi?

CHARINVS.

Immo auctárium 490

'Adicito, uel mille nummum plús quam poscet.

EVTYCHVS.

Iám tace.

Séd quis ais? unde érit argentum quód des, quom poscét pater?

unde erit *Guyetus*. UN *in sine versus dissecti apparuit in A.* unde ateritif **BCDF**. unde atteritif **Z**. unde autem erit id 'prisca exemplaria' *Pii*. unde id erit *Saracenus*. unde at id *Pylades*, *Acidalius*. unde? CH. ab *Atridis et* unde aderit id *et* unde? CH. at erit aes *triplici conamine Bothius*. *Non magis simplicem veritatem Handius Turs. I, p. 443 vidit*
 488. Achillem orabo ut aurum mihi **R**. Achillem orabo aurum mihi **BCD**, nisi quod Achille morabo **B**, achillẽ **DB**. achillem orabo aurum mihi ut **FZ**. *ACHILLEMORABOVR* — apparuit in **A**. Achillem *Bothius olim*
 489. non] prae **FZ** medicinum **C** 490. emi? CH. immo auctarium *Pareus: cui emi a me?* CH. auctarium *merito posthabebis. emi?* CH. auctarium **BCDFZ**: quod non nescio defendi posse. *EMI AUCTORARIUM A: quod defendere nescio. Spectare huc Festum Paulli p. 14 putant: 'auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram uel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus uocatur in modio'. Ceterum uin tanti emier illam Bothius olim, uin tu tanti emi illam cum Pylade transponens Lachmannus*
 491. adicito **Z**. abdicito **F**. ADICITO etiam **A** millenum num pluf **B**. mille nummum pluf **D**. *MILENUMMPLUS A* 492. des om.

CHARINVS.

Inuenietur, exquiretur, aliqui fiet.

EVTYCHVS.

Énicas.

Iám istuc 'aliqui fiet' metuo.

CHARINVS.

Quín taces?

EVTYCHVS.

Muto ímperas.

CHARINVS.

Sátin' istuc mandátumst?

EVTYCHVS.

Potin ut áliud cures?

CHARINVS.

Nón potest. 495

EVTYCHVS.

Béne uale.

CHARINVS.

Non édepol possum prús quam tu ad me rédieris.

EVTYCHVS.

Méliust, sanus sí sis.

CHARINVS.

Vale, uince ét me serua.

F quom **A.** qm̄ **B.** cum *reliqui* 493. aliqui **R.** aliquid *libri cum*
(A) 494. aliqui **R.** aliquid *libri cum* **(A)** metua **C** qui
DFZ 495. mandatumst **DBF:** mendatumst **Da.** mandatũst **BZ.**
mandatũst **C** aliquid **Z** 497. Meliust, sanus si sis **R.** MELIUS
ISAN — *ab initio apparuit in A.* Melius sanus sí *reliqui* uale uince

EUTYCHVS.

Ego féccero.

Dómi maneto me.

CHARINVS.

Érgo actutum fáce cum praeda récipias.

libri, nisi quod uale sup. scr. D. uale et uince Camerarius 498. me er:
 Ch. actutum **Z.** *Fuitne fortasse me. Ch. eo te actutum — ? face er:*
 praeda **B:** *defensum a Scioppio Susp. lect. III. II. face: cum praeda*
reliqui. face: praedam ut 'ex ant. codd.' Pylades: quod saltem face uti pra-
dam esse debebat. face, cum praeda me ut Doussa fil.

ACTVS III.

LYSIMACHVS. PASICOMPSA.

LYSIMACHVS.

Amfice amico operám dedi: uicfnus quod rogáuit,
 Hoc émi mercimónium. mea és tu: sequere sáne. 500
 Ne plóra. nimis stulté facis: oculós corrumpis tális.
 Quin tñbi quidem, quod rídeas, magis ést quam ut lamentére.

PASICOMPSA.

Amábo ecastor, mí senex, elóquere

LYSIMACHVS.

Exquire quíduis.

PASICOMPSA.

Qur émeris me.

LYSIMACHVS.

Téne ego? ut, quod ímperetur, fácias:

Item átque, tu míhi si ímperes, ego fáciam.

Act. III. Scaen. I. LISIMACHVS SENEX. PASICOMPSA MERE-
TRIX B et, nisi quod LYS., C. LISIMACHVS PASICOMPSA DFZ
 500. oc **D** 501. corrupif **C** talef **F** 502. QUIN **A**,
Pylades. Quid B. Qui reliqui quod om. F. quid Z 504. QUE
EMERIS A. Cur emprif CDe. Curem priuf B. Cur emerif DdFZ
 imparef **Z** factaf **B** 505. Item atque, tu míhi si imp. **B**, quan-

PASICOMPSA.

Facere cértumst 506

Pro cópia et sapiéntia, quae té uelle arbitrábor.

LYSIMACHVS.

Labóriosi nfl tibi quiequam óperis imperábo.

PASICOMPSA.

Namque édepol equidem, mí senex, non dídici baioláre

Nec pédua ruri páscere nec púeros nutricáre.

LYSIMACHVS.

Bona si ésse ueis, bene erít tibi.

PASICOMPSA.

Tum pól ego perii mífsera. 510

LYSIMACHVS.

Qui?

PASICOMPSA.

Quía illi, unde huc aduéceta sum, malís bene esse sólitumst

LYSIMACHVS.

Quasi dícas nullam múlierem bonam ésse.

quam constructione non sane Plautina. Item quod tu mihi si imp. libri c. A, nisi quod quid DFZ. Item quod tu mihi imp. Camerarius CERTUNST A. certum est B. certust C. certum DFZ 506. sapiencia C que B 507. Laboriosi Pius. Laboriose libri 508. Namque AB nam CD. non FZ edepol C equidem, non quidem, omnes c. A: et sic Bentleius in Heautont. I, 1, 91 baiolare BCD. baiulare FZ 509. PECUA A, Z et hunc v. offerens Priscianus VI p. 719 (t. I p. 27. Kr.). peculia B. pecula CDF neque a Pylade est. nec etiam A Prisc., item Bentleius 510. UEIS pro tuf A 511. illi Bothius. illim BC (illimunde iungens B). illü D. illuc FZ. illic Camerarius, simul aduecta huc transponens. Dubitabat Handius Turs. III p. 214 huc om. F mali C. Nugatur de malis Palmerius p. 873 esse om. Z solitust Da, solitust Db 512. 513. 514 hoc ordine A: quos reliq. sic collocant 513. 514. 512. Suspiciari tamen licet practerea intercidisse c. quem versum post 512 512. diciaf D bo e corr. C sic D

PASICOMPSA.

Haud equidem dīco:

Nec mōs meust ut praedicem, quod ego ōmnis scire crōdam.

LYSIMACHVS.

Oratio edepol plūris est huiūsce, quam quanti ēmptast.

Rogāre hoc unum tē uolo.

PASICOMPSA.

Rogānti respondēbo.

515

LYSIMACHVS.

Quid ais tu: quod nomēn tibi deicam ēsse?

PASICOMPSA.

Pasicōmpsae.

LYSIMACHVS.

Ex fōrma nomen īditumst. sed quīd ais, Pasicōmpsa:

Possīn tu, si usus uōnerit, subtēmen tenue nēre?

PASICOMPSA.

Possūm.

LYSIMACHVS.

Si tenue scīs, scio te ubērius posse nēre.

PASICOMPSA.

De lānificio nēminem metuo, ūna aetate quae sit.

520

LYSIMACHVS.

Bonae hērcle te frugi ārbitro, a matūra iam inde aetāte

513. meust **CDaZ**. meuf est **BDbF** omnis omnes
 cire **C** 514. huiūsce quam quanti **R**. huiuf quam quanti haec **libri**,
 nisi quod hec **B**. Quod saltem ea esse debuerat empta est **Z**. nupta
 est **F** 515. ROGARENUM ab initio versus **A**, in quo reliqua evanuerunt:
 unde credibile est Rogāre unum hoc ego tē uolo scripsisse Plautum
 te om. **Z** 516. Quif **F** DRICAM pro dicam **A** pasciompse
B 517. inditum est **Z**. indicium est **F** 518. subte mentē tenere
B. subtegmen tenue nere **DeFZ**, nisi quod sub tegmen **Z**
 519. Possūm omnes. Possim **Aldina** tenues scio te uberiuf posse tenere
B 521. Bonae hercle te frugi **R**. BONAHERCLETEFRUGE **A**. Bonam hercl

Quom facere officium seís tuum. mulier.

PASICOMPSA.

Pol docte didici:

Operam áccusari nón sinam meam.

LYSIMACHVS.

Ém. istaec hercle res es:

Ouém tibi eccliam dabo, natam ánnos sexaginta.

Pecúliarem.

PASICOMPSA.

Mei senex, tam uétulam?

LYSIMACHVS.

Generis graécist. 525

Eam seí curabéis, pérbonast: tondétur nimium seíte.

PASICOMPSA.

Honóris causa, quécquid est quod dábitur, gratum habébo.

LYSIMACHVS.

Nunc, mulier, nei frustrá sies, mea nón es: ne arbitrére.

te et frugi reliqui, nisi quod ercle **C** arbitro a matura **R**. arbitro:
 matura libri inde libri cum **A**. indu Lipsius. de Bothius 522. quov
A, **F**. Quñ **B**. cum reliqui. Quoniam Camerarius: quo servato facere de-
 lebat Hermannus facere officium seís (vel officium facere seís) **R**. seí
 facere officium libri cum **A**, nisi quod offitium **B** tuum mulier. Pa
 pol **B**. tuum mulier pol **CDA**. tuum. PA. mulier pol **DBZ**. tuum.
 PA. muliere pol **F**: unde tuum. PA. a muliere Rostius p. 262 docte
 didici **R**. docta didici libri, nisi quod poeta **Bes**. a docta didici Douc.
 docta dico Palmerius p. 882 523. LY.] spatium **BCDA** ex
A, **B**. hem reliqui istec **Z** 524. Ouem 'prisca exemplaria'
 Pii. Quem **BCD** cum **A**. Quñ **F**. Qui **Z** tibi eccliam Bothius
 tibi ecco illam **CDFZ**, 'prisca exemplaria' Pii. TIB...LLAM (tibi illam)
A. tibi ancillam **B**, permíro iudicio inde a Camerario propagatum, we
 Grutero suspectum in Appulei. t. III p. 435 sq. Oud. 525. MEI pro mi
A uetula **F**. ueluta **Z**. uellutam 'prisca exemplaria' Pii gener:
Z graeci est Camerarius. gracist **B**. grást **CDA**. grást **DB**. gratia
Z. gratia est **F**. Graii est Palmerius p. 703 526. SEICURABEIS pro
 si curabil **A**: quorum neutrum obscurare volui perbona est **FZ** (ne
A) tondetur. Lys. nimium **C** 528. LY. om. **C** ne frustra sies

PASICOMPSA.

Dic igitur quaeso, quóia sum?

LYSIMACHVS.

Tuo eró redempta's rúrsum.

Ego té redemi illi: ille mecum oráuit.

PASICOMPSA.

Animus rédieit, 530

Sei mécum seruatur fides.

LYSIMACHVS.

Bono ánimo's: liberábit

Ille té homo: ita edepol déperit: atque hódie primum ufdit.

PASICOMPSA.

Ecástor iam biénnumst, quom mécum rem oceptáuit.

LYSIMACHVS.

Quid ás tu? iam biénnumst, quom habét rem tecum?

PASICOMPSA.

Cérto.

Nunc quándo amicum té scio esse illús, indicábo.

535

Bothius. neu frustra síf **B.** ne tu frustra síf **CDF** et, ut visum est, **A.**
 ne tu frustra síf **Z** me **CD** arbitrer **B** 529. igitur igitur dic
D quefo **B** cula sum **CFZ.** cui áfum **D.** cui' sum **B**
 REDEMTAS **A.** redempta ef reliqui *Ceterum de hoc v. vide praefationem*
 530. SEI **A.** Si reliqui te redemi illi: ille mecum **R.**
 TEREDEMIILLIMECUM **A.** te redemi ille me reliqui. te redimerem, ille me
Pylades, non male. redemi te, ille me *Camerarius. Corruptela non fugit*
Fleckeisenum Exerc. p. 37 REDIEIT pro redit **A** 531. animo ef
 libri liberabat **Z** 532. ITA **A, B.** om. reliqui 533. ecasto-
 rium **D.** ecastor sine iam **F** BIENNIUMST **A.** biennium est **Z**
 quom **A.** cum reliqui oceptauit **R.** COEPIT **A.** cepit **B.** cepit **CDF.**
 coeperit **Z.** ille coepit *Pylades.* coepit habere *Camerarius* 534. 535 hoc
ordine Acidalius: inverso libri cum A 534. BIENNIUMST **A, B.** bien-
 nium est reliqui QUOMHABETREMECUM **A.** cum tecum rem habet reliqui.
 c. t. habet rem *Pylades* certo] rt e corr. **C.** certe **Z** 535. INCABO **A**

5*

Quom fácere officium scís tuum, muliér.

PASICOMPSA.

Pol docte didici:

Operam áccusari nón sinam meam.

LYSIMACHVS.

Ém, istaec hercle rés est:

Ouém tibi eccillám dabo, natam ánnos sexagínta,

Pecúliarem.

PASICOMPSA.

Mef senex, tam uétulam?

LYSIMACHVS.

Generis graécist. 525

Eam seí curabeis, pérbonast: tondétur nimium scíte.

PASICOMPSA.

Honóris causa, quécquid est quod dábitur, gratum habébo.

LYSIMACHVS.

Nunc, muliér, nei frustrá sies, mea nón es: ne arbitrére.

te et frugi reliquí, nisi quod ercle **C** arbitro a matura **R.** arbitror
 matura libri inde libri cum **A.** indu Lipsius. de Bothius 522. **Q** **Q**
A, F. Quñ **B.** cum reliquí. Quoniam Camerarius: quo seruato facere de-
 lebat Hermannus facere officium scís (vel officium facere scís) **R.** scís
 facere officium libri cum **A,** nisi quod offitium **B** tuum mulier. Pa.
 pol **B.** tuum mulier pol **CDa.** tuum. PA. mulier pol **DóZ.** tuum.
 PA. muliere pol **F:** unde tuum. PA. a muliere Rostius p. 262 docte
 didici **R.** docta didici libri, nisi quod poeta **Ba.** a docta didici Douz.
 docta dico Palmerius p. 882 523. Ly.] spatium **BCDa** **EX**
A, B. hem reliquí istec **Z** 524. Ouem 'prisca exemplaria'
 Pti. Quem **BCD** cum **A.** Quin **F.** Qui **Z** tibi eccillam Bothius
 tibi ecce illam **CDPZ,** 'prisca exemplaria' Pti. TIB...LLAM (tibi illam)
A. tibi ancillam **B,** permiro iudicio inde a Camerario propagatum, ne
 Grutero suspectum in Appulei. t. III p. 435 sq. Oud. 525. MEI pro mi
A uetula **F.** ueluta **Z.** uellutam 'prisca exemplaria' Pti generi
Z graeci est Camerarius. graecist **B.** gräft **CDa.** gräft **Dó.** gratiañ
Z. gratia est **F.** Graii est Palmerius p. 703 526. SEICURABEIS pro
 si curabif **A:** quorum neutrum obscurare volui perbona est **FZ** (na
A) tondetur. Lys. nimium **C** 528. Ly. om. **C** ne frustra sic

PASICOMPSA.

Dic igitur quaeso, quóia sum?

LYSIMACHVS.

Tuo eró redempta's rúrsum.

Ego té redemi illi: ille mecum oráuit.

PASICOMPSA.

Animus rédieit, 530

Sci mécum seruatur fides.

LYSIMACHVS.

Bono ánimo's: liberábit

Ille té homo: ita edepol déperit: atque hódie primum uídít.

PASICOMPSA.

Ecástor iam biénnumst, quom mécum rem oceptáuit.

LYSIMACHVS.

Quid ais tu? iam biénnumst, quom habét rem tecum?

PASICOMPSA.

Cérto.

Nunc quándo amicum té scio esse illus, indicábo. 535

Bothius. neu frustra síf **B.** ne tu frustra síf **CDF** et, ut visum est, **A.**
 ne tu frustra síf **Z** me **CD** arbitrer **B** 529. igitur igitur dic
D quefo **B** cuiá sum **CFZ.** cui ásum **D.** cui' sum **B**
 REDEMTAS **A.** redempta est reliqui Ceterum de hoc v. vide præ-
 fationem 530. SEI **A.** Si reliqui te redemi illi: ille mecum **R.**
 TEREDEMILLI MECUM **A.** te redemi ille me reliqui. te redimerem, ille me
Pylades, non male. redemi te, ille me *Camerarius. Corruptela non fugit*
Fleckeisenum Exerc. p. 37 REDIEIT pro redit **A** 531. animo est
 libri liberabat **Z** 532. ITA **A, B.** om. reliqui 533. ecasto-
 rium **D.** ecastor sine iam **F** BIENNIUMST **A.** biennium est **Z**
 quom **A.** cum reliqui oceptauit **R.** COEPIT **A.** cepit **B.** cepit **CDF.**
 coeperit **Z.** ille coepit *Pylades.* coepit habere *Camerarius* 534. 535 hoc
ordine Acidalius: inverso libri cum A 534. BIENNIUMST **A, B.** bien-
 nium est reliqui QUOMHABETREMECUM **A.** cum tecum rem habet reliqui.
 c. t. habet rem *Pylades* certo] rt e corr. **C.** certe **Z** 535. INCABO **A**
 5*

Intér nos coniuráuimus, nisi cúm illo ego et ille mécum,
Neutér stupri causá caput limáret.

LYSIMACHVS.

Di immortáles,

Etiám cum uxore nón cubet?

PASICOMPSA.

Amábo te, an marítust?

Neque ést neque erit.

LYSIMACHVS.

Nolím quidem. homo hércle periuráuit.

PASICOMPSA.

Nullum ádulescentem plús amo.

LYSIMACHVS.

Puer ést ille quidem, stúlta: 540

Nam illí quidem haut sané diust quom déntes excidérunt.

PASICOMPSA.

Quid, déntes?

LYSIMACHVS.

Nihil est: séquere sis huc mé. diem unum oráuit

Vt áput me praehiberém locum, ideó quia uxor rúrist.

536. Sic **R** *sublati glossematis, quibus duo in B C D F Z versus enati:*

Et inter nos conturauimus, ego cum illo et ille mecum,

Ego cum uiro et ille cum muliere, nisi cum illo aut ille mecum
nisi quod cūiurauimus **D**. Quorum altero omisso solum priorem **A** *scroat,*

ILLOAUTILLE *exhibens pro illo et ille* 537. CAUSSA **A** *praeter morem*

limaret **B** cum **A**, *Saracenus, Pius. liniaret reliqui* **DI** *pro dii*

A 538. te **R**. *om. libri cum A* an maritus est **FZ**. Amaturus
CD. amaturus. **B**. an est maritus *Bothius* 539. quidem. homo h.

peri. **PAS**. Nullum *Acidalius*. quidem. **PAS**. homo h. peri. Nullum *libri, nisi*
quod quideſt **C** 540. adul. *omnes cum A* 541. haut pro haud **C**

DIUST **A**, **Z**. *ditu si CD. diuisi B. diu est F* quom **A**. qm **B**.
cum *reliqui* exciderunt **B**. exciderit **C**. exciderint *reliqui*

542. demet **C** **LYS**. *om. B. PAS. C* scif **F** 543. apud **A**.
aud **C**. apud *reliqui* me *om. B* prohib. **CD**. perhib. **F**. prohib.

Z ideo quia] *id.... quia A: quod non expedit* ruri est *libri*

D E M I P H O.

Tandem impetraui, me egomet ut corrumpere:

Empstast amica clam uxorem et clam filium. 545

Certumst: antiqua recolam et seruibo mihi.

Breue reliquom iam uitae spatiumst: [id igitur]

Voluptate, uino, amore delectauero.

Nam hanc bene se habere aetatem nimios aequius.

Adulescens quom seis, tum quomst sanguis integer, 550

Rei te quaerundae conuenit operam dare.

Demum igitur, quom seis iam senex, tum in otium

Te conloces, dum potis ames: id iam lucrast,

Act. III. Scaen. 2. DEMIPHO SENEX **BC**. om. **Da**. DEMIPHO

D^bFZ 544. impetraui me egomet ut **R**. IMPETRAUI.....UT **A**.
 impetraui ut egomet me reliqui 545. EMPSTASTAMICA **A**, **F**. empstastica
^{ta} **C**. empstastica **Da**, empstastica **D^b**. empta est amica **BZ** uxorem
 et clam filium **R**. UXOREMETCLAMPILIAM **A**. UXORE et iam (&iam **D**) filio
BCD. uxore et filio **FZ**. uxore mea et filio *Camerarius*. uxorem et
 clam filio *Bothius* 546. Certumst **BCZ**. CERTUMST **A**. certum est **DF**
 ut feruibo **FZ**. et re feruibo **C** 547. Sic **R** (*coll. Ter. Eun.*
V, 2, 15). BREUEIAMRELIQUOMUITAESPATIUMST— **A**, in quo cetera legi
 non potuerunt, UITAE autem litterae non satis certae visae sunt. Decurso
 in spatio breue quod uitae reliquomst reliqui, nisi quod decursu ante corr.
D, spacio **CZ**, uita ere licuum st **B**, est **F**. Vbi Decurso iam spatio
Gruterus, Decurso in spatio *Lachmannus in Lucr. IV, 283, interpretatus* spatio
 548. amore **R**. et amore libri cum **A** delecta uero **B**
 549. bene se **R**. se bene libri cum **A** nimio est **FZ** (non **A**) equiuf
BCD 550 Adol. **CF** (non **A**) QUOMSEISTUMQUOM **A**. cum fil tum
 cum **CD^bFZ**. cum fil tecum cum **B** est libri cum **A** 551. te **R**.
 tuae libri cum **A**, nisi quod tui **F**. om. *Guzetus* QUAERUNDAE **A**.
 querendae reliqui conuenit te *Bothius deleto* tuae 552. Sic **R**.
 QUOM...SIAMSENEX.....OTIUM **A**. cum si fim (sum **D**) senex tunc in otium
CD. cum fil senex tunc in otium **BFZ**: ubi senex sis *Pylades*
 553. conlocef pro coll. **AB** POTISAMBESIDIAM **A**. potest uerfidiã **B**.
 potest aue fidiam **CDa**, ubi potef saue **D^b**. potef sane id iam **F**. potef

Quor ufuas. hoc ut díco, factis pérsequar.

Intérea tamen huc ád me interuisám domum. 555

Vxór me exspectat íám dudum esuriéns domi:

Iam iúrgio enicábit, si intro rédiero.

Verum hércle postremo útut est, non íbó tamen,

Sed húnc uicinum prfus conueniam quám domum

Redeam. út mihi aedis áliquis conducát uolo, 560

Vbi hábitet istaec mülíer. atque ecum ít foras.

fi ualef id iam **Z**. potestur: id iam *Camerarius*, et sic *transponens* Te dum p., coll. *Acidalius*. pota, es, saues: id iam *sine dum Palmerius p. 872*. pote, et ames: si id iam *Bothius* lucrist **R**. LUCRIMEST (sic) **A**. lu-croft **RCDaZ**. lucro est **DbF** 554. Quor uíuas **B**: nisi aliud subest. Quod uíuis *Camerarius*. Quod uníuf **D**. Quod u-ní uíf **C**. Quod uno uíf **B**. Quominuf **Z**. Comínuf **F** 555. Sic *Dousa fil. Duo uerbo continui in CD sunt*:

Nunc tamen interea ad me huc inuífam domum

Interea tamen huc intro ad me inuífam domum

nisi quod Nec pro Nunc **D**. Quorum priorem om. **FZ**. Vnum hunc In-
terea tamen interea ad me huc inuífam domum **B** seruat. Item unus in
A est, cuius tantum initium legi potuit NUNCTAMEN —. Minus placuit uerbo
forma talis:

Nunc tamen interea huc ád me interuisám domum

(vel adeo N. t. interea intro ad me huc inu. d.) 556. exspectanti an

dudum **B** exuriens **Z** 557. iam om. **C** iurgo **Da**

559. domi **Z** 560. ut] is praestiterit edif **D** 561. istec **CZ**

it] ut **CD**, sed ut **Cb**

LYSIMACHVS. DEMIPHO.

LYSIMACHVS.

Addúcam ego illum iam ád te, si conuénero.

DEMIPHO.

Me dicit.

LYSIMACHVS.

Quid ais, Démipho?

DEMIPHO.

Est muliér domi?

LYSIMACHVS.

Quid censes?

DEMIPHO.

Quid, si úsam?

LYSIMACHVS.

Quid properás? [mane.]

DEMIPHO.

Quid fáciam?

LYSIMACHVS.

Quod opust fácto, facito ut cógites. 565

DEMIPHO.

Quid cógitem? equidem hercle ópus hoc facto exaéstumo,

Vt illo íntro eam.

Act. III. Scaen. 3. LISIMACHVS DEMIPHO SENES II. **B** et, nisi quod LYS., **C.** LISIMACHVS DEMIPHO **BFZ** 262. Abducam **F** illam **DaFZ** te sicut uenero **FZ** 563. dicit **B** 564. Quid censes *DEMIPHONI* *continuat Bothius* ni **F** mane *Pylades. om. libri* 565. opus est *libri* facto facito **B.** facto **CDa.** facito **DdFZ** 566. exaestumo **R:** vide *Monum. epigr. tria p. 21 sq.* exestimo **B.** existimo **CDZ.** existumo **F** 567. Vt illo **R.** Vt illuc *libri.* Vt *Guyetus* Ita me **Z** uero *om. Pareus* *servato* illuc uerue **B.** uerbex *reliqui*

LYSIMACHVS.

Itane uéro, ueruex? întro eas?

DEMIPHO.

Quid áliud faciam?

LYSIMACHVS.

Príus ausculata atque húc ades:

Príus étiamst, quod te fácere ego aequom cénseo.

Nam núnc si illuc intro feris, amplectí uoles,

570

Confábulari atque aúsculari.

DEMIPHO.

Tú quidem

Meum ánimum gestas: scís quid acturús siem.

LYSIMACHVS.

Peruórse facies.

DEMIPHO.

Quóдне amem?

LYSIMACHVS.

Tantó minus.

Ieiúnitatis plénus, anima foétida,

Senéc hirquosus, tu aúsculere múlierem?

575

Vtíne adueniens uómitum excutias múlieri?

DEMIPHO.

Scio pól te amare, quóm istacc praemonstrás mihi.

568. ausculata atque huc **R.** hoc ausculata atque hoc **CD.** hoc ausculata atque híc **FZ.** hoc ausculata atque **B** 569. etiam est **FZ** quo **C.** qm̄ **B** equum **BCDF.** equum **Z** 570. illuc **B.** illo *reliqui:* quo *seruato debebant* si tu illo introieris **B.** introieris **CD.** introieris **FZ** 571. ausculari **CD.** auscultari **B.** osculari **FZ** 572. quod **FZ** siem *Pylades. sim libri* 573. quodne amem *Scaliger.* quod ne ames *libri.* quin ne amem 'codd. ant.' **Psi** 574. ieiunitatis *Nonius p. 233.* ianutatif **CDa.** iam etatif **D^bFZ.** iam etatif **B** fetida **BF,** *Nonius, e cuius cod. Pal.* animam foetidat *profert Parcus* 575. hirquosus tu] uirquosufu **B.** ircofus tu **CD.** hircofus tu **Z.** hyrcosuf tu **F** ausculere **BCDa.** osculere **D^bFZ** 577. **DEM.**

Quid, si igitur cenam faciam? hoc si censés, coquam
 Aliquem arripiamus, prándium qui péroquat
 Apút te hic usque ad uesperum.

LYSIMACHVS.

Em, istuc cénseo: 580

Nunc tú sapienter loqueris et amatórie.

DEMIPHO.

Quid stámus? quin ergo ímus atque obsónium
 Curámus, pulcre ut símus?

LYSIMACHVS.

Equidem té sequor.

Atqui hércle inuenies tú locum illi, sí sapis:
 Nullum hércle praeter hunc diem illa apúd me erit. 585
 Metuo égo iam uxorem, crás si rure redserit,
 Ne illam híc offendat.

DEMIPHO.

Rés paratast: séquere me.

FZ. om. **RCD** qm̄ **B.** cum **CF** istec **C** mi **Z**
 578. DEM. **B.** om. reliqui. Lys. *Pylades* quod **FZ** coenam
 faciam? hoc Pius. coenam faciam? DEM. hoc *Pylades.* unam factam hoc
DZ et, nisi quod una, **F.** unum factā hoc **C.** unum factum hoc **B.**
 unum faciam? hoc *Gulielmus:* unum faciam hoc? *Acidalius.* unum rectum
 hoc *Guyetus. Liberius Palmerius p. 872:* Quid igitur, si hoc bonum factum
 censés cenf **Da**, cenf **Db** coquam **B.** coquam *reliqui*
 580. Aput **B.** Apud *reliqui* hem **FZ** 581. loqueris et amatorie
Guyetus: item Reisius. loquere atque amatori **BCD.** loquere atque ama-
 torie **FZ.** loqueris atque amatorie *Pylades. Fortasse fuit* loquere ut ama-
 tore[m] decet] 583. Curamus *Camerarius.* Curemus *libri* pulche **C.**
 pulchre *reliqui* soimus **F** 584. Atqui **R.** Atque *libri* illic **B**
 585. Nulum **C** hércle om. **B** preter **C** 586. iam **R.**
 om. *libri* 587. parata est **FZ** (**D**?)

CHARINVS. EVTYCHVS.

CHARINVS.

Súmne ego homo misér, qui nusquam béne queo quiéscere?
 SÍ domi sum, fóris est animus: sín foris sum, animús domist.
 'Ita mi in pectore átque in corde fácit amor incéndium: 590
 Ní oculi lacrumís defendant, iam árdeat credó caput.
 Spém teneo, salútem amisi: rédeat an non, néscio.
 Si ópprimit patér, quod dixit, éxsolatum abiit salus:
 Sín sodalis, quód promisiit, fécit, * * * *
 Séd tandem, tam etsí podagrosis pédibus esset Eútychus, 595
 Iam á portu redísse potuit. Id ei uitium máximumst,
 Quód nimis tardus ést aduorsum méi animi senténtiam.
 Séd isnest, quem curréntem uideo? is ipsus est. ibo óbuiam.

Act. III. Scaen. 4. CHARINVS EVTYCHVS ADOLESCENTES DVO
B. CHARINVS EVTYCHVS ADOLESCENS ·II· **C.** *om.* **Da.** CHA EVTYCHVS
Db. CHARINVS EVTYCHVS **Z** *et, nisi quod EVTYCHVS, F*
 588. homo *om.* **Z** 589. foris *ft C* sin] *fi F* foris ē *sum*
B domi *ft D.* domi est **FZ** 591. oculi lacrimis defendant **B**:
nisi nominativi forma oculis subest, de qua dixi Mus. phil. Rh. n. IX p.
156 sqq. oculis lacrimae defendat B. ex oculis lacrimae defendant C a.
nisi quod defendat, D. ex oculis lacrimae defendant F et, nisi quod
lachrymae, Z. oculi lacrimas defendant Scaliger 592. Spem teneo] *et*
sana sunt 593. pater nos, uixit *Palmerius p. 973* exsolatum **B**:
quod seruandum duxi. exsolatum C. exsolatum DFZ 594. fecit, *non*
abiit (habuit D) salutis libri: manifesto glossemate. Scriptum esse potuist *pro-*
tinam redierit vel redituram arbitror vel aliquid simile 595. tandem,
 tametsi podagrosis **R.** tamen demisso dragossis **B.** tamen (tam **D**) demisso
 podagrossis **CD.** tandem si podagrossis **Z et, nisi quod ped., F. tandem**
 iam si p. *Acidalius (delens proximo v. iam).* tandem etiam si p. *Guyetus.*
 iamdudum, si p. *Bothius.* tamen idem, si p. *idem nuper* isset *Palmerius.*
 eutichus **BCD** 596. iam adportu **B** rediisse **Z**
 maximumst **FZ.** maximum est **C** 597. mei *om.* **B** 598. Sed si
 nest **F.** Sed si ne est **Z.** Sed inest **BC.** Sedi nē **D** is *Acidalius*

Núnc quid restat? eí, disperii. uóltus neutiquam huiús placet.
 Trístis cedit: péctus ardet: haéret pes: quassát caput. 600
 Eútyche.

EVTYCHVS.

Eu, Charíne.

CHARINVS.

Prius quam récipias anhélitum,
 'Vno uerbo elóquere: ego ubi sum? hícine an apud mórtuos?

EVTYCHVS.

Néque apud mortuós neque hic es.

CHARINVS.

Sáuos sum: inmortalítas

Míhi datast. hic émit illam: pulcre os subleuít patri.

'Impetrabiliór qui uiuat, núllust. set díc, óbsecro: 605

Sí neque hic neque 'Acherunti sum, úbi sum?

EVTYCHVS.

Nusquam géntium.

CHARINVS.

Dísperii: illace ínteremit mé modo huius orátio.

om. libri Sequuntur in libris duo versus ex act. V. scaen. 2 initio huc
inculcati, deleri iussi ab Acidalio 599. Nunc quid **CD**. Nunc quod
BF. Numquid **Z**. Nam quid *Bothius olim* ei **R**. et ei **BCD**. et
 hei **FZ**. hei *Saracenus*. eheu *Camerarius* uultus **B** ne uti quam
B 600. cedit *Bothius*. incedit *libri* pectus sarrit *Palmerius*. cor
 ardet *Guyetus* haeret pes **R**. haereo **BD**. hereo **C**. heret **FZ**
 casat (*inmo cassat*) *Guyetus* capud **D** 601. Eutiche **BCD**
 eu **BCD**. heu **Z**. eleu **F**. heus *Bothius* 602. ego ubi **R**. ubi ego
libri hícine an **FZ**. hinc iam **Ba**, hie .an. **Bb** 603. saluof
 pro saluof **B** inmort., non imm. vel ím., **B** 604. data est *libri*
 emit mihi illam **C** ante ras. pulchrof pró pulchre of **B**
 pater **Z** 605. impenetrabilior **CDF**, *codd. Lambini* nullust. set
R. nullus est *libri* dic. **B** cum *rasura*, *Camerarius*. dico *reliqui*
 606. acherunti **B**. acheronti *reliqui* 607. disperi **D** illec **CZ**
 huius **R**. *om. libri*. hic *Camerarius*. *Alia Fleckeisenus Exerc. p. 25*

Quicquid est, ad capita rerum perveni.

EVTYCHVS.

Primum omnium

Perrimus.

CHARINVS.

Quin tu illud potius nuntias quod nescio?

'Odiosast oratio, quom rem agas, longinquom loqui. 610

EVTYCHVS.

Mulier alienast abs te.

CHARINVS.

Eutyche, hoc capital facis.

EVTYCHVS.

Qui?

CHARINVS.

Quia aequalem et sodalem liberum ciuem enicas.

EVTYCHVS.

Né di sirint.

CHARINVS.

Demisisti gladium in iugulum: iam cadam.

EVTYCHVS.

Quaeso hercle, animum ne desponde.

CHARINVS.

Nullust quem despodeam.

temptabat 608. 609. 610 hoc ordine Bothius: 610. 608. 609 libri
 608. Quicquid est] equidem **FZ** omnium **B.** om. reliqui
 609. perimus *Pylades*. Perimus libri nuntia] a e corr. **C**
 610. Odiosa est oratio *Camerarius*. Hodie fat st oratio **B.** odio sane oratio
CD. odiosa ne oratio **F.** odiosa ne oratio est **Z** cum libri rem
 aueas *Acidalius* longinquam loqui **B.** longinquu loqui **C** et ut videtur
D. longinquum longinqui **FZ** 611. est libri eutiche **BCD**
 hoc **R.** hec **B.** om. reliqui 612. equalem **BC** liberum
 ciuem **B.** ciuem liberum reliqui 613. dii sirint *Camerarius*. defierint
B. deferint **CD.** dixerit **FZ** in iugulum, iam *Camerarius*. ingula-
 miã **B.** iugulum iam **CDa.** in gulam iam **D²FZ** 614. Quofo

EVTYCHVS.

Né tibi istuc mágis diuidiæ nón est quam mi hodié fuit. 615

CHARINVS.

Lóquere porro aliám malam rem: quó est empta?

EVTYCHVS.

Néscio:

Iam áddicta atque abdúcta erat, quom ad pórtum uenio.

CHARINVS.

Vaé mihi:

Móntis tu quidém mali in me ardéntis iam dudúm iacis.

Pérge, excrucia, cárnufex, quandóquidem occepistí semel.

[CHARINVS.

[Díc, quis emit?

EVTYCHVS.

Néscio hercle.

CHARINVS.

Em, istúcinest operám dare 620

Bónum sodalem?

EVTYCHVS.

Quíd me facere ús?

BC nullus est libri 615. Hunc v. huc revocavi, qui in libris est post 619 Ne **R.** Nec libri. Non Varro de l. lat. VII, 60 diuidiæ non est **R.** diuidiæ est libri. diuidia est Varro 616. malam rem **B.** rem || Malam **CF.** rem || Mala **DZ.** Mire argutatur Palmerius p. 873 quoi east **R.** cui est libri. quoinam est Bothius 617. adducta **B.** abdicta **F'** qm **B.** quom **F'** cum reliquis ue **C.** ueh **F'** 618. Montis et ardentis omnes in om. **Z** 619. carnufexa **C.** carnifexa **B.** carnifex **FZ** 620 — 624 apertum est non eiusdem vel poetæ vel recessione esse, cuius sunt v. 616. 637 620. Dii mihi quis **Z** em **BC.** em **D** ead. m. hem **FZ** istucine est Camerarius. istuc in

CHARINVS.

Idem quod mé uides:

'Ut pereas. quin pércontatu's, hóminis quae faciés foret,
 Quí illam emisset: éo si pacto pósset indagárier
 Múlier? heu me míserum.

EVTYCHVS.

Flere omítte. istuc quod núnc agis

* * * * *

EVTYCHVS.

Quíd ego feci?

CHARINVS.

Pérididisti me ét fidem mecúm tuam. 625

EVTYCHVS.

Dí sciunt culpám meam istanc nón esse ullam.

CHARINVS.

Eúgepac,

Déos absentis téstis memoras: quí ego istuc credám tibi?

EVTYCHVS.

Quín tibi in manúst quod credas: égo quod dicam, id mi in
 manust.

è **B.** istuc inest reliqui 621. uides] uif **FZ** 622. percuntat
C. percunctatus **D** pacies **BCDa** 623. eol si. **B** in-
 dagari **F** 624. Mulier. heu me miserum. Ev. fiere omítte **BCD**
 mulier. heu me miserum. Ev. fiere. Ch. omítte **FZ.** Muller. Ev. heu me
 miserum. Ch. flere omítte *Camerarius* agis] *intercidisse apparet, quib.*
continuaeretur sententia 625. Ch. Quid — Ev. perdidisti **BC**
 626. Ev. om. **BC** Dii **B** istuc *Dousa filius.* istanc post ullar
collocatum Bothius eugepae *Guyctus.* euge pape **B:** quod tuct.
Bentleius in Andr. II, 2, 8. eugipe **C,** sed e corr. eiusd. m. eutihe **B**
 eutyche **FZ** 627. absentis testef **B.** absentef testif *reliqui*
 628. Quin *Pistoris.* Quia *libri* manu est *libri* quo dicam **C** in
 in *Bothius.* mihi ea in **BCDF.** mihi mea in **Z** manust *pro ma*

CHARINVS.

Dé istac re tu argútus es, ut pár pari respóndcas:

'Ad mandata cláudu's, caecus, mútus, mancus, débilis. 630

Prómíttebas te ós sublinere méo patri; ego me crédidi

Hómini docto rém mandare: is lápidi mando máxumo.

EVTYCHVS.

Quíd ego facerem?

CHARINVS.

Quíd tu faceres, mén rogás? requaérerés,

Rógítarés quis éssét aut unde éssét, qua prosápia:

Cfuisne esset án peregrinus.

EVTYCHVS.

Cfucem esse aibant 'Atticum. 635

CHARINVS.

'Vbi habitaret, inuenires sáltem, nomen sí nequis.

'EVTYCHVS.

Némo aiebat scíre.

CHARINVS.

At saltem hóminis faciem exquírerés.

EVTYCHVS.

Féci.

est **B** 629. tu **R**. om. libri 630. claudus *vulgabatur*
 631. te *of cum ras.* **B** sublinere **CDa**. sublinire **D&F**. sublinier
Z ego me **R**. egomet libri 632. mandare: is *Camerarius*.
 mandarif **BCD**. mandar **F**. mandar **Z** lepidi mando **B**.
 lapidi *sine mando reliqui* maximo **BCDZ** 633. tu **B**.
 om. reliqui men] me non **Ba**, me *n^o post rasuram* requae-
 rerés **R**: *vid. Mon. epigr. tria p. 21. requereref B*. requireref *reliqui*
 635. aibant *Guyetus*. aiebant libri 636. nomen si **R**. si
 nomen libri nequis **BCDa**: *quod non ausus sum sollicitare*.
 nequiref **D&FZ** 637. *post erasum vocabulum scire B, sed ut*
recentior manus Nemo aiebat *praemiserit*. Nemo scire aiebat *Bothius*.
Facilis, sed non necessaria mutatio Nemo se scire aibat 638. fora **B**

CHARINVS.

Qua forma ésse aiebant [igitur]?

EVTYCHVS.

Ego dicám tibi:

Cánum, uarum, uéntriosum, búcculentum, bréuiculum,
Súbnigris oculis, oblongis mális, pansam aliquántulum. 64

CHARINVS.

Nón hominem mihi, séd thensaurum néscio quem memorás
mali.

Númquid est quod dīcas aliud dé illo?

EVTYCHVS.

Tantumst quód sciam.

CHARINVS.

Édepol ne ille oblongis malis mīhi dedit magnúm malum.

Nón possum duráre: certumst éxulatum hinc íre me.

Séd quam capiam cíuitatem cógito potíssimum: 645

Mégares, Eretriám, Corinthum, Chálcidem, Cretám, Cyprum.
Sícyonem, Cnidúm, Zacynthum, Lésburne an Boeótiám.

igitur **R.** om. libri. ergo Camerario duce Gruterus. Eutyche *Bothius*.
Contra qua [tandem hominem] forma esse aiebant *Fleckeisenus Philologus*
II p. 79 639. uarum **B.** uanum **Z.** uentricofum **F.**
640. pansam **B.** panfum reliqui, etiam *Pii* 'vetusta exemplaria'
641. thensaorum **B.** thesaorum reliqui 642. tantumst **R.** tantum
libri 643. dedit mihi a *Pylade* est 644. certumst **DB**
exulatum] a (non u) e corr. **B.** 645. potíssimum libri 646. Megare:
Eretriam **R.** *Proleg. Trin. p. CLII.* Megare feretriam **B.** Megare feretrias
CD. Megarem feretriam **F.** Megara eretriam **Z.** corynthum **F.** cbe-
rinthum **Z.** chalcidem **Z.** chalcitam **B.** calchitam **CDF**
ciprum **D.** 647. Sicionem **F.** gnidum **DFZ.** Zacynthum
Pius. zacingthum **B.** zacingthum **CD.** hyacynthum **F.** iacynthum **Z.** *Ipsa*
Plautus dubium viz est quin Saguntum scripserit. Huc respicere Priscianum
I p. 561 (t. I-p. 45 Kr.) Fleckeisenus suspicatur praef. Plauti p. XII
Lesburne an Boeotiam **R.** lesbiambo iotiam **B.** lesbiam boetiam reliqui.
lesbiam boeotiam *Pylades.* Lesbon an Boeotiam *Guyetus.* Lesbiam an Boeotiam

EVTYCHVS.

Cúr istuc captás consilium?

CHARINVS.

Quía enim me afflictát amor.

EVTYCHVS.

Quíd tu ais? quid, quóm illuc, quo nunc íre paritas, uéneris,
 Si sibi quam amare fórte occipias átque item eius sit ínopia, 650
 Iam índe porro aufúgies? deinde item íllinc, si ídem euénerit?
 Quís modus tibi tándem exilio euéniet? qui finís fugae?
 Quae patria aut domús tibi stabilis ésse poterit? díe mihi.
 Cédo, si hac urbe abís, amorem te híc relicturúm putas?
 Sín fore ita sat ánimo acceptumst, pró certo incertúm si
 habes: 655

Quánto satiust rús abire te áliquo atque íbi te úfuere
 'Adeo dum illiús cupiditas te átque amor missúm facit?

CHARINVS.

Iám dixisti?

EVTYCHVS.

Díxi.

Bothius olim 648. ístu **D** captas *Guyetus*. ceptas **DFZ**. coeptas
BC me afflictat **CDFZ**. afflictat med *Guyetus*. Vide *Proleg. Trin.*
p. CLXXXIV et cave Lachmannum in Lucr. V, 396 sequare 649. qui

cum **Z**. quid cum *reliqui* illuc ueneris q^o nunc ira paritas **C**

650. Si ibi quam amare forte **R**. Sibi amare forti **B**. Si ibi forte amare
C. Si ibi amare forte *reliqui* 651. si ídem **R**. si ítem *libri*, nisi
quod ítem **C** 652. Quis] an Qui? tandem exilio *Bothius*. exilio

tandem *libri* fuge **C** 653. Que **B** 655. Sin fore **R**. Si id
 fore **B**. Si id forte *reliqui* sat] sit **B** acceptum est *libri*
 pro certo incertum **R**. certum id pro certo **BCDF**. certum id profecto
Z. incertum id pro certo *Bothius deleto est post acceptum* 656. Sic

R. Quanto te satiust ruf allquo abire íbi esse íbi uiuere *libri*, nisi quod
 satiust ruf **D**, satiust est ruf **FZ**, stat lustrus **B** 657. cupiditas te
 Plauti Com. III. Merc. 2. 6

CHARINVS.

Frustra dīxti. hoc mihi certissimumst:

Éo domum, patrem átque matrem ut mēos salutem: póstea
Clám patrem patria hác effugiam aut áliquíd capiam cónsili. 660

EVTYCHVS.

‘Vt corripuit sé repente atque ábiit. hei miseró mihi:
Sí ille abierit, mēa factum omnes dīcent esse ignáua.
Cértumst praeconúm iubere iám quantumst condúcier,
Quí illam inuestigént, qui inueniant: póst ad praetorem flic
‘Ibo, orabo ut cónquaestores dét mi in uicis ómnibus. 665.
Nám mihi relicuí nil quicquam iam áliud esse intéllego.

R. te cupidital libri 658. certissimum est **BCDZ**. certissimum **F**
559. patrem ^{atque} matremq? **D** 660. patre **F** consilii **BF**
661. corripuit **C** hei **R.** heu libri 662. factum **B.** om
reliqui omnis **CDa** ignauis **C** 663. Certumst omnes
praeconium **Z**, defensum a Guttelmo lubere **CD** iam quantum
est libri. quantumst iam nescio an praestet 665. Ibo **B.** om. reliqua
Vnde profectus ad praetorem iuro || Orabo ut conquisitores Guyetus
conquaestores Lachmannus in Lucret. VI, 1067. conquisitores libri
666. relicui nil **R.** nihil relictí libri. nihil relictum Saracenus 122
aliud Bothius. aliud iam libri intelligo **Z**

ACTVS IV.

DORIPPA. SYRA.

DORIPPA.

Quoniam á uiro ad me rús aduenit núnctius
 Rus nón iturum, féci ego ingeniúm meum:
 Reuéní, ut illum pérsequar qui mé fugit.
 Sed anúm non uideo cónsequi nostrám Syram. 670
 Atque éccam incedit tándem. quin is ócius?

SYRA.

Nequeó mecastor: tántum hoc onerist quód fero.

DORIPPA.

Quid óneris?

SYRA.

Annos óctoginta et quáttuor:

Et eó iam accedit séruius, sudór, sitis.

Simul haéc quae porto déprimunt.

Act. IV. Scaen. 1. DORIPPA MVLIER SYRA ANVS **BCD&FZ.**

om. **Da** 667. nunciuf **C** 669. reuereni **Da** 670. non **D.**
 nunc **FZ** nostra **Z** syriam **B** 671. eccam incedit *Camerarius.*
 incedit eccam *libri* qui ni sotiuf **B.** Dor. quin is otius **C**
 672. onerif st (*an onerif?*) **B.** onerif est *reliqui* 673. quatuor **BF**
 674. eo iam **R.** eodem *libri* 675. que **BC** Dor. om. **Z**

6*

CHARINVS.

Frustra dīxti. hoc mihi certissimumst:

Éo domum, patrem atque matrem ut mēos salutem: póstea
Clám patrem patria hác effugiam aut áliquid capiam cónsili. 659

EVTYCHVS.

'Vt corripuit sé repente atque ábiit. hei miseró mihi:
Sí ille abierit, mēa factum omnes dīcent esse ignáua.
Cértumst praeconúm iubere iám quantumst condúcier,
Quí illam inuestigént, qui inueniant: póst ad praetorem ílic
'Ibo, orabo ut cónquaestores dét mi in uicis ómnibus. 665.
Nám mihi relicuí nil quicquam iam áliud esse intéllego.

R. te cupiditas libri 658. certissimum est **BCDZ**. certissimumst **F**
559. patrem ^{atque} matremq' **D** 660. patre **F** consilii **BFZ**
661. corripuit **C** hei **R.** heu libri 662. factum **B.** om.
reliqui omnis **CDA** ignauia **C** 663. Certumst omnes
praeconium **Z**, defensum a Gulielmo lubere **CD** iam quantum
est libri. quantumst iam nescio an praestet 665. Ibo **B.** om. reliqui
Vnde profectus ad praetorem iuero || Orabo ut conquisitores Guyetus
conquaestores Lachmannus in Lucret. VI, 1067. conquisitores libri
666. relicui nil **R.** nihil relicti libri. nihil relictum Saracenus iam
aliud Bothius. aliud iam libri intelligo **Z**

ACTVS IV.

DORIPPA. SYRA.

DORIPPA.

Quoniam á uiro ad me rús aduenit núnctus
 Rus nón iturum, féci ego ingeniúm meum:
 Reuéní, ut illum pérsequar qui mé fugit.
 Sed anúm non uideo cónsequi nostrám Syram. 670
 Atque éccam incedit tándem. quin is ócius?

SYRA.

Nequeó mecastor: tántum hoc onerist quód fero.

DORIPPA.

Quid óneris?

SYRA.

Annos óctoginta et quáttuor:

Et eó iam accedit séruitus, sudór, sitis.

Simul haéc quae porto déprimunt.

Act. IV. Scaen. 1. DORIPPA MVLIER SYRA ANVS **BCD&FZ.**

om. **Da** 667. nunciuf **C** 669. reuereni **Da** 670. non **D.**
 nuno **FZ** nostra **Z** syriam **B** 671. eccam incedit *Camerarius.*
 incedit eccam *libri* qui ní sotiuf **B.** Dor. quin íf otíuf **C**
 672. onerif st (*an onerif?*) **B.** onerif est *reliqui* 673. quatuor **BF**
 674. eo iam **R.** eodem *libri* 675. que **BC** Dor. om. **Z**

6*

DORIPPA.

Aliquid cedo, 675

Qui uicini hanc nostram augeam aram [Apóllinis].

Da sane hanc uirgam lauri.

SYRA.

En.

DORIPPA.

Abi iam tu intro.

SYRA.

Eo.

DORIPPA.

Apóllo, quaeso te ut des pacem propitius,

Salutem et sanitatem nostrae familiae,

Meoque ut parcas gnato * * * 680

SYRA.

Dispérii: perii misera: uae miserae mihi.

DORIPPA.

Satín tu sana's, óbsecro? quid eiulas?

676. Sic **R** coll. *Bacch.* 172. Qui hanc uicini nostri aram augeram (*nihil praeterea*) **BCDF** et, nisi quod augeam, **Z**: quo Syra addidit *Camerarius*

677. Sic **R**, duce ex parte *Acidalió*. *Sx.* Da sane hanc uirgam lauri. *Do.* abi tu intro. *Sx.* eo **FZ**: ubi abi iam tu *Pylades*. *Sx.* Da sane hanc uirgam lauri abi tu intro eo **CD**. *Sx.* De sane hanc uirgam lauriabit uintro. *Dox.* eo **B**. *Non placuit* lauri. *Sx.* en tibi. *Do.* abi tu intro

678. *Do. om.* **B** queso **BC** propicius **C** 679. nostre **B**

680. gnato parce propitius **DFZ** et, nisi quod propicius, **C**. gnato pace propitius **B**: quae apertum est e v. 678 iterata esse, pepulisse autem aliquid huiusmodi:

Meoque ut parcas gnato, ut mihi sospes fuit.

Ceterum huc respexit Porphyrio in Hor. carm. saecul. 46: 'Plautus in *Mercatore* fabula idem sensit, cum inducit matrem familias precari Apollinem, nato suo ut parcat' 681. Disperfi **BCD** ue **C**

682. tu om. **FZ** (et fortasse **D**) sana es libri quid eiulas] quod

SYRA.

Doríppa, mea Doríppa.

DORIPPA.

Quid uis, óbsecro?

SYRA.

Nescío quaest mulier íntus hic in aédibus.

DORIPPA.

Quid, múlier?

SYRA.

Mulier méretrix.

DORIPPA.

Veron?

SYRA.

Sério.

685

Nimiúm scis sapere, rúri quae non mánsersis.

Quamuís insipiens póterat persentíscere

Illam ésse amicam túi uiri bellíssumi.

DORIPPA.

Credó mecastor.

SYRA.

Ei hác mecum, ut uideás semul

Tuam 'Alcumenam péllicem, Iunó mea.

690

DORIPPA.

Ecástor uero istúe eo quantúm potest.

nolebat **B** 683. Doríppā ea **B** uis **R**. clamat libri: quod est interpretamentum eiulas vocis 684. qua est mulier íntus hic in **B**. mulier quae est íntus hic in **C**: ubi hic íntus in **F**, íntus in sine hic **Z**. mulier quae est in **Da**, sed in **D^{intus}b** 685. ueron? Sy. serio. Nimum Acidalius. ueron serio? Sy. Nimum libri, nisi quod serie **CaDFZ**: in quo non offendebat Bentleius in Andr. IV, 4, 16 686. que **B** 687. Quamuís **B**. quam reliquí perferentísceret **Z** 688. pellíssumi **C**. bellíssimi **BFZ** 689. Ei **B** (ut v. 281). I reliquí simul **D^{intus}bFZ** 690. alcmenam **D^{intus}bFZ** pellicem **Z** iuno mea || Iuno mea **F**

L Y S I M A C H V S.

Parúmne hoc est malaé rei quod amat Démipho,
 Ni sumpuosus însuper etiám siet?
 Decém si ad cenam súmimos uocitassét uiros,
 Nimium ópsonauit. séd coquos, quasi in mari 695
 Solét hortator rémigés hortárier,
 Ita hórtabatur. égomet conduxí coquom:
 Sed eúm demiror nón uenire ut iússeram.
 Sed quís nam a nobis éxit? aperitúr foris.

DORIPPA. LYSIMACHVS. (SYRA.)

DORIPPA.

Misérior mulier mé nec fiet néc fuit, 700
 Talí uiro quae núpserim. hei miseráé mihi.
 Em, quóí te et tua quae tu hábeas commendés uiro.

Act. IV. Scæn. 2. LISIMACHVS SENEX **B** et, nisi quod **LVS.**
C. om. D. LYSIMACHVS **F** et sine h **Z** 692. Parumne hoc est
R: Parumne est hoc *Camerarius*. Parum ne est *libri*. Parumne est id [*rec-*
tius id est] *Lachmannus*. Parum nunc est *sine interrogatione Bothius*. *Nihil*
profecit Handius Turs. IV p. 189 male **Z** 694. si ad cenam sum-
 mos uocitasset **R**. si ad cenam uocasset *summos libri*, nisi quod *coenam*
DZ. uocasset si ad coenam *summos a Pylade est* 695. *opí. pro obl*
C quof **D** 696. Solet *qua ratione defendi possit dixi Prot. Trin.*
p. CLXXXIV. Solitust Pylades. Solet olim Guyetus, Acidalius hortator
Sealiger in Lycophr. Cassandr. p. 87, abusus Diomede I p. 378
remigief Z 697. conduxit **Z** coquã **BCDa**. coquũ **DBZ**
 698. eum **BD**. in **C**. eecum **Z**. quom **F** 699. quis nam **R**.
 qui nam hinc *libri*. qui hinc nam *Camerarius*

Act. IV. Scæn. 3. DORIPPA MVLIER. LISIMACHVS SENEX.
 SYRA ANVS **B**: *item, nisi quod LYSIMACHVS, C. om. Da.* DORIPPA
 M LISIMAC **Db**. DORIPPA MVLIER LYSIMACHVS **F** et addito VIR **Z**
 701. hei **R**. heu *libri* miserere **D** 702. Hem **FZ** cui

Em, quof decem talénta dotis détuli,
Haec út uiderem, ut férrem has contumélias!

LYSIMACHVS.

Perii hércle: rure iám rediit uxór mea. 705

Vidisse credo múlierem illam in aédibus.

Sed quae loquatur, éxaudire hinc nón quco.

Accédam propius.

DORIPPA.

Vae miserae mi.

LYSIMACHVS.

Immó mihi.

DORIPPA.

Dispérii.

LYSIMACHVS.

Equidem hercle óppido peris miser:

Vidit. ut te omnes, Démipho, di pérduint. 710

DORIPPA.

Pol hóc est, ire quód rus meus uir nóluit.

LYSIMACHVS.

Quid núnc ego faciam, nísi ut eam adeam atque ádloquar?

libri tua quae tu **BCD**. tua quae **F**. tu quae **Z**: quod fraudi fuit
Schneidero gramm. lat. I p. 145 703. Hem **FZ** quof 'vetusta
exemplaria' Pii. qui *libri nostri* talentā **BC** 104. hoc **F**
 iuderem **C** 705. mea uxor **Z** 706. credo *libri*. eam credo *Camer-*
rarius illam **R**. om. *libri*. hanc *Pylades*. hic *Kampmannus de In*
praep. p. 2 edibus **C** 707. non quco *Pylades*. non quo **BCD**.
 nequeo **FZ** 708. miserere **C** 709. equidem *libri*, *Fleckeisenus*
Exerc. p. 20. ego equidem *Pylades*. ego quidem *Camerarius* 710. uidit
 ut te omnes **CDA**. Vidit ut omnes **B** ut *videtur*. uidit te omnes **DB**.
 ut di te omnes **FZ**. Vtinam di te omnes *Pylades*. Vidit. ut omnes te
Camerarius di perduint *idem*. di perduint **CD**. di perduint **B**. perduint
Z: unde perduint *Pius*. disperduint **F**. disperduint *Pylades* 711. Do.
 om. **B** 712. Lv. om. **B** ego nunc **F** eam *Guyetus. om. libri*

Iubét saluere súus uir uxorem suam.

Urbáni fiunt rústici?

DORIPPA.

Pudícius

Faciúnt pol quam illi quí non fiunt rústici.

715

LYSIMACHVS.

Numquám delinquent rústici?

DORIPPA.

Ecastór minus

Quam urbáni: et multo mínus mali quaerúnt sibi.

LYSIMACHVS.

Quid autem urbani deliquerunt? díc mihi:

Cupio hércle scire.

DORIPPA.

Síc tu me temptás sciens?

Quoia illa mulier íntust?

LYSIMACHVS.

Vidistíne eam?

720

DORIPPA.

Vidí.

LYSIMACHVS.

Quoia ea sit, rógitas?

DORIPPA.

Resciscám tamen.

alloquar **CF**. eloquar **Z** 713. saluare **B** 714. puditiuf **B**. pudiciuf **FZ** 715. pol quam illi **B**. quam illi *libri*. illi quam *Camerarius* 716. Numquam **B**. Num quid **B**. nunquid *reliqui*. An non *Lambtinus*. Num non *Guyetus* delinquent **B**. delinquent **C**. delinquent *reliqui* 717. urbani delinquent et **F** malum **Z** queŕ **C** 718. autem minus urbani **F** deliqueŕ **C** 719. 720. 721 *hoc ordine Bothius*: 720. 721. 719 *libri* 719. scire. Dor. sic tu *idem*. scire sed tu *libri* tentat **FZ** 720. Quoia *Gulielmus*. Quia *libri h. e.* Quia íntuf est **DBFZ** 721. cui aea **B**. cui ea *reliqui* cogitat **FZ**

LYSIMACHVS.

Vin dicam quoniam? illa — illa edepol — uae mihi:
Nescio quid dicam.

DORIPPA.

Haeres: haud uide magis.

Quin dicis?

LYSIMACHVS.

Quin si liceat

DORIPPA.

Dictum oportuit.

LYSIMACHVS.

Non possum, ita instas: urges quasi pro noxio.

725

DORIPPA.

Si innoxius, audacter quamuis dicito.

Dic igitur.

LYSIMACHVS.

Dicamne?

DORIPPA.

'Atqui dicendumst tamen.

LYSIMACHVS.

Illast — etiam uis nomen dicam?

DORIPPA.

Nihil agis.

reficam **B** 722. cui est **B**. cuius est reliqui cuius est illa?
illa edepol **F**. cuius est illa? edepol **Z** 723. Do. haeres: haud **R**:
Do. haeres? haud *Bothius*. Do. haeres. Ly. haud *libri*, nisi quod haeres **C**.
Partem veri vidit Rostius Opusc. p. 262 sq. uide magis] demagis
ascripsit Scaliger 724. Quin *Bothius*. Do. Quin *libri* 725. instas
furfes **BC**. instas furfes **D** noxia **F** 726. Si innoxius *Bo-*
thius. Scio innoxius *libri* quiduis **F**. quid uis **Z** 727. dicamne
R. dicam *libri*. ego dicam *Camerarius* at quid **B** dicendum est
B. dicendum est *reliqui* 728. Illa est — etiam *Bothius*. Illa sunt
etiam **BD** et, nisi quod sunt, **C**. illa scin ut etiam **Z**. illa sicut etiam

Non tú scis quae sit illa?

LYSIMACHVS.

Immo etiám scio:

Istá quidemst illa

DORIPPA.

Quae illast?

LYSIMACHVS.

Illa

DORIPPA.

Ohe, iám satist:

730

Manuféstum teneo in nóxia.

LYSIMACHVS.

Qua nóxia?

DORIPPA.

* * * * *

LYSIMACHVS.

* * * * *

Tam, sí nihil usus ésset, iam non dícerem.

De istác sum iudex cáptus.

F. Illa est, num etiam *Camerarius* nihil magis **FZ** 729—734 post diutinam meditationem sic constituendos putavi, hoc ordine collocati in libris: 731. 730. 734. 729. Quorum duos ultimos inter se transponendi *Acidalius* 729. illa *Bothius* etiam **Z.** iam reliqui 730. Ista quidemst illa **R.** Ista quidem illa est libri. Ista est quidem illa *Guyetus* Istaec quidem illa est *Bothius* quae illa est libri, nisi quod que **B** ohe ia[m satist] **R.** iohia **BCDs.** io illa **D&FZ.** io io (quod scripsit iod io) *Guyetus.* io, hias *Bothius* 731. Manifestum **R** col *Men.* 594. *Bacch.* 696. Manifesto libri, nisi quod i **F** teneo in noxia coll. *Cas. II,* 8, 71 *Dousa fil.,* quod in vet. edd. esse falso testatur *Kumpmannus de Ix praep.* p. 15. teneo. in noxia (vel innoxia) et libri quia **C** 732. 733 talibus fere fuisse sententiis probabile est:

Dor. Etiam rogas? ne nunc dissimula diutius.

Lys. Etsi uno uerbo potis sum expurigare me,

Tamen, si nil usus esset, iam non dicerem.

DORIPPA.

Iudex? iam scio: 735

Huc tu in consilium istam aduocauisti tibi.

LYSIMACHVS.

Immo haec sequestro mihi datast.

DORIPPA.

Intéllego.

LYSIMACHVS.

Nihil hercle istius quicquamst.

DORIPPA.

Numero purigas.

LYSIMACHVS.

Nimiúm negoti répperi. enim uero haéreo

* * * * * 740

COCVS. LYSIMACHVS. DORIPPA. SYRA.

COCVS.

Agite ite actutum: nám iam amatorí seni

Coquenda cenast. átqui quom recógito,

734. Tam (h. e. tamen) *Bothius*. Iam *libri* 736. Huc *Gruterus*.
Nunc *libri*. Nempe *Dousa fil.* consilium]um e corr. **C** aduocauisti
B. aduocasti reliqui

737. Immo haec **R.** Immo sic *libri*: atque sic
etiam apud *Festum p. 339, 29 M. superstes est*. Immo *Camerarius* data
est **D&B**, *Festus* 738. *Lx. om. Z* quicquam est **BCDF**. quic-
quam **Z** *Do. om. Z* nunc numero **F** purigas **R.** purgas *libri*.
purgitas *Pylades* 739. negoti **B.** negoti **FZ** repperi et hereo omnes

740. *Rurnus versiculus intercidit huius modi*:

Quos esse hos dicam, qui huc recta adueniunt uia.

Act. IV. Scaen. 4. LISIMACHVS DORIPPA COCVS **B.** LYSI-
MACHVS COCVS + IDEM **C.** om. **Da.** COCVS LYSMC' DORIPPA SIRA
D&B. COQVVS LYSIMACHVS DORIPPA SYRA **FZ** 741. iam **R.**
mihi *libri* matori **D** 742. Coquenda coena est *Bothius*. Coquen-
dast cena *libri*, nisi quod est **D&F** atqui quom **R.** atque qm **B.**

Nobis coquendast, non quoi conducti sumus.

Nam qui amat, quod amat si habet, id habet pro cibo.

[Videre, amplecti, ausculari, adloqui.]

74

Sed nos confido onustos redituros domum.

Eite hac. sed eccum, qui nos conduxit, senex.

LYSIMACHVS.

Ecce autem perii: coquos adest.

COCVS.

Aduenimus.

LYSIMACHVS.

Abei.

COCVS.

Quid, abeam?

LYSIMACHVS.

St, abei.

COCVS.

Abeam?

LYSIMACHVS.

'Abei [modo.]

COCVS.

Non estis cenaturi?

atque cum reliquis. atque eundem cum *Camerarius* recogito **B.** reg.
CD. cogito **FZ** 743. coquenda est **Bb** non cui coquet
Camerarius: non ei cui ducti *Pylades*. non cui ducti 'antiqui codd.' *Pa*
non ducti **BCDFZ** 744. si id habet, id habet *Camerarius*
745 *insiticius habendus, quanquam defensus a Lingio p. 17* amplecti
Camerarius ausculari **CD.** auscultare **B.** osculari **FZ.** osculari
Camerarius adloqui pro all. **B** 747. Eite **BD.** Fite **C.** In
FZ 748. coquunt libri *Cocvs. aduenimus C* 749. Abei] *Abi*
Ba. Abl **Bb** cum reliquis st, abi *Camerarius.* stabi **BDa.** *st.*
C. abi **DFZ** abeam? *Ly. abi modo R.* abeam? *Ly. abei C*
abeam? *Ly. abii BaD.* abeam? *Ly. abi BbFZ.* abeamne? *Ly. ab*
Camerarius. Licebat etiam St abi. 'Abeam. Abi abi modo. *Non recte iudicavit Lachmannus in Lucret. III, 941: qui olim abeamusne pro abeamusne*

LYSIMACHVS.

Iam saturi sumus.

750

Intérii.

DORIPPA.

Quid ais tu? étiamne haec illi tibi

Iussérunt ferri, quos inter iudex datu's?

COCVS.

Haecine tuast amica, quam dudum mihi

Te amare dixti, quom obsonabas?

LYSIMACHVS.

Nón taces?

COCVS.

Satis spissum filum mulieris: uerum hercle anet.

755

LYSIMACHVS.

Abin dierectus?

COCVS.

Haud malast.

LYSIMACHVS.

At tu malu's.

COCVS.

Scitam hercle sane concubinam hanc.

correzerat 751. Interil *Pareus*. Sed interil *libri*. St, interil *Acidalius*

752. interil iudex *B* datus *edebatur* 753. Haecintua (vel

Haec in tua) est *CD*. Hec intua est *B*. Haecine tua est *FZ*

754. dixti *Camerarius*. dixisti *libri* qm̄ *B*. cum *reliqui*

755. spissum *R*. scitum *libri* (fortasse e v. 757): nisi quod fitum *Z*

filum *Pius*. filium *libri* uerum hercle anet *R*. uerum hercle an et

CD. uerum hercle amet *B*. uerum hercle aut haud *F*. uerum hercle auct

Z. uerum hercle auct *Gulielmus*. *Alia aliis ineptiora Aldus, Meursius, Pal-*

merius, Colvius, Gruterus. Glossae Philoxeni: 'anet γηρά' 756. *Lx. om.*

F Abindie rectuf *B*. Abin dierectuf *D*. Abi indirectuf *F*

malast *D*. mala est *Z* malus *edebatur* 757. hercle sane *R*.

hercle opinor sane *BCDF*. hercle opinor satis *Z*. hercle opinor *Guyetus*

LYSIMACHVS.

Nón abis?

Non égo sum, qui te dúdum conduxim.

COCVS.

Quid est?

Immo hércle tu istic ípsu's.

LYSIMACHVS.

Vae miseró mihi.

COCVS.

Nempe úxor rurist túa, quam dudum díxeras

Odísse te acque atque ánguis.

LYSIMACHVS.

Egone istúe tibi?

COCVS.

Mihi tú quidem hercle.

LYSIMACHVS.

'Ita me amabit Iúppiter,

Vxór, ut ego illud númquam dixi.

DORIPPA.

Etiám negas?

Palam ístacc fiunt té me odisse.

LYSIMACHVS.

Quín nego.

hanc om. **Z** 758. conduxim **B**. conduxí libri. conduxit *Ar-*
dalius 759. istic *Pylades*, *Acidalius*. istuc libri ipse *edebatur*
 ue **BC** misero misero **F** 760. rurist **Z**. rurest **B**. ruf est *reísq*
 761. Odisse te *Fleckeisenus Philologi II p. 90*. Te odisse libri. Te
 odisse *Bothius* atque om. **B** angif **CD**. anguem *Hermannus*.
servans Te odisse egone omnes istuc tibi *Bothius*. istuc dixi tibi
 libri 762. Co. om. **F** Mihi tu **B**. Mihi libri. Pol mihi *Fleckeisenus*.
 qui mox At ita amabat **Ces** iupiter **F** 763. Do.] Co. **Z**.
 764—768 hoc ordine **B**: 765. 764. 766. 768. 767 libri. *Solos* 765.
 764 transponebat *Pistoris* 764. Do. praemittunt libri

COCVS.

Non téd odisse, uérum uxorem aibat suam:

765

Et suam aútem uxorem rúri esse aibat.

LYSIMACHVS.

Haéc east.

COCVS.

Nempe métuis tu istanc.

LYSIMACHVS.

Sápío: nam mihi únicast.

Quid míhi molestus?

COCVS.

Quía me non nouísse ais.

Vin me éxperiri?

LYSIMACHVS.

Nólo.

COCVS.

Mercedém cedo.

LYSIMACHVS.

Cras pétito: dabitur. núnc abi. ei miseró mihi:

770

Nunc uérum ego illud uérbum esse experiórum uetus,

Aliquíd mali esse própter uicinúm malum.

765. Co. om. **F**. Ly. **Z** Sic ut supra et ego pridem et ut nunc video **Bo-**
thius. Non te odisse aiebat uxorem uerum suam **libri**, nisi quod Non non te **B**,
 uerum autem sup. scr. tantum **C** 766. Et suam autem uxorem **R**. Co.
 Et uxorem suam **libri** aibat **R**. aiebat **libri** hec **B** ea est **D&FZ**

767. Co. Nempe metuis **R**. Ni metuis **libri**. Num metuis *Camera-*
rius. Ne metuis *h. e.* metuisne *Meursius!* unica est **D&FZ**

UNICAST *uisum est etiam in A apparere* 768. molestus **B**. molestus
 et reliqui **at C** 769. Co. Vin **libri** expediri *Palme-*

rius nolo *Camerarius*. uolo **libri** . cedo **B**. dabo **CD**. dato
FZ 770. abi. heu misero mihi. Nunc *Aldina: prob. Acidalius*. abi.

Do. eu miseræ mihi. Nunc **libri**, nisi quod heu **FZ** — misere **C**, mi-

serere **D** — nunc **C**. *Vbi Ly. Nunc Pylades* ei **R** 771. uerum
 ego *Lachmannus*. ego uerum **libri** 772. effat **B**

COCVS.

Qur héc astamus?

LYSIMACHVS.

Quém abeis?

COCVS.

Incómmodi

Si euenit quid tibi, id non est culpá mea.

LYSIMACHVS.

Quein me éradicas míserum.

COCVS.

Scio iam quíd uelis: 775

Nempe me hínc abire ús.

LYSIMACHVS.

Volo inquam.

COCVS.

Abfbitur:

Drachumám da.

LYSIMACHVS.

Dabitur.

773. *Exspectes potius LYSIMACHO continuata haec verba* Cur hic astatis? quin abis? *QRHEIC* **A**. Cur hic reliqui quin abis *Bothius*. quin abimus *libri*. nisi quod habimus **B**, QUEINABEIMUS **A** 774. euenit quid tibi **R**. quid tibi euenit *libri*, nisi quod eueniet **F**. tibi quid euenit *Guyetus*. In **A** inter SIQUID et TIBIEUENIT (modo haec satis certa sint) apparuit vocabulum quinque minimum litterarum, quae tamen legi non potuerit id] at *Gronovius*, *refutatus a Bostio Opusc. p. 166* 775. QUEIN pro Quin **A** me eradicas *Aldina*. mera dicat **C**. meradical **D**. me radical **BEF** MEER·ADICAS **A**, ut quinta littera aut A aut R sit miseram **C**

776. nepe **C** me hinc *libri* cum **A**, nisi quod hic **B**. hinc me *Cammerarius* adibitur **B** 777. Drachumam da **R**, non recte in his *versatus Musei nostri philol. VII p. 561*. Drachmandato **B**. dragmam dato **CD**. drachmam dato **FZ** iam dari **R**. dari *libri*. In **A** pro dari ergo

COCVS.

Iám darei ergo síis iube:

Potést interea dum illi ponunt.

LYSIMACHVS.

Quín abis?

Potine út molestus né sis?

COCVS.

Agite appónite

Obsónium istuc ánte pedes illí seni. 780

Haec uása aut móx aut crás iubebo abs té peti.

Seqúmini.

LYSIMACHVS.

Fortasse flum te mirárier,

Quod uénit atque haec áttulit. dicám quid est.

DORIPPA.

Non míror si quid dámpni facis aut flágití,

Nec pól ego patiar. síc me nuptam tám male! 785

Meásque in aedis síc scorta obductárier!

Syrá, eí, rogato mēum patrem uerbís meis,

haec spatia apparuerunt D.....GO *h. e. ut puto* DAREIERGO 778. Potest

Pareus, Hermannus. Dari potest *libri* qui *Des*, qui *Ds*

779. Potine *omnes* apponite *omnes.* opponite *Lambinus* 781. nox

Bothius iubeo *C* pet. *C* 782. sequiminin *CD* illum

te mirarier *R.* te illum mirari coquum *libri*, nisi quod coquom *B.* Vbi te

delebat Guyetus, istum *scripsit Camerarius.* Non satis tutum fors sit (vel

fors fuit) te illum mirari coquom. *Minus etiam probabiliter* fortasse illum

miraris coquum *Hermannus* 783. adque *C* atulit *D.* adtulit *Z*

ante QUID in *A* *apparere visae sunt* 10 vel 10 *litterae.* Fortasse fuit

DICOQUID qui pro quid *C* 784. mīnor *D* dāpni *C*

flagiti, nec pol ego patiar. sic . . . male! measque . . . obductarier! *R.*

flagiti. nec pol ego patiar sic me e. q. s. una constructione iuncta vulgo

flagiti *CD* nec] neo *C* 786. Measquae *B.* Praestiterit Meas

aedif *omnes* adductarier *F* 787. ei *B.* i *CDF.* om. *Z*

uerbis meis *Camerarius.* uerbis meis. *Sx.* eo *B.* meis uerbis *reliqui*

Planti Com. III. 2. Merc.

7

Ut scilicet ad me iam om. **F** me] te **CD**

SYRA

E.

LYSINACHUS.

Nescis regem quid sit. **MYR.** Osecro:

Concepisti veris iam his iurandim dato.

Me nunquam quicquam cum Ela — iamne ablit Syra?

Perii lércle. ecce autem haec súnt. uae misero mihi.

At té. uicine, di deaeque perclaint

Tua cum amica cümque amationibus.

Suspitionum impleuit me indignissime:

Conciuit hostem domi mi uxorem acerrumam.

Ibo ad forum atque Démiphoni haec eloquar.

Me istanc capillo prótracturum esse in uiam,

Nisi hinc abducit quó uolt ex hisce aédibus.

Vxór, heus uxor, quámquam tu iratás mihi,

Iubeás, si sapias, haec hinc intro auférier:

Eadem licebit móx cenare réctus.

788. ad me iam om. **F** me] te **CD** simul tecum **E**:
Pylade duce Camerarius: nisi simitu tecum males. semul tecum libri, ut
quod simul Z. simulde tecum mirifico invento Bothius Sr. eo om. b.
loco B 789. negotii **BCD**. negotii **FZ** 792. haec **C**
 ablit **Z** ue **C**. Vhe **F** 793. uicinae **B** dii **F** per-
 dunt *Pylades. perdunt B. perdunt C. perdiunt DFZ* 794. Tua cum
Camerarius. Cum tua libri. Cum tua hac Pylades. cunqae F
 795. Suspicionum *Dousa fil.* Suspicionibus **B**. Suspicione **CDFZ**
 indignissime **BFZ** 796. Sic **R**. Conciuit hostis domi uxor *acerr-*
mafi libri, nisi quod azerrumast D, acerrima e Z. Quae interpretum-
vulgo post hostes. Post quam uocem domi uxor est acerrima Camerarius.
 uxor est acerruma sine domi *Guyetus*, dum uxor est acerruma cum *proxi-*
versu constructa Bothius 797. adque **C** Demiphoni haec *Pylada*
 haec demiphoni *libri, nisi quod hec B* 798. istac **B** protacturum
B. pertracturum **Z** sese *Da* 799. uult **FZ** his caedibus:
B 800. irata est *libri* 801. sapeat **B** hinc intro **R**: intro
 hinc *Pylades. intro libri* auférier **C**. auférier **FZ**

ACTVS V.

SYRA. EVTYCHVS.

SYRA.

Era quó me misit, ád patrem, non ést domi:

Rus ábiisse aibant. núnc domum renúntio.

Ecástor lege dúra uiuont mülíeres

805

Multóque iniquióre miseræ quám uiri.

Nam ufr si scortum dúxit clam uxorém suam,

Id sí rescuiit úxor, inpunést uiro:

Vxor uirum si clám domo egressást foras,

Viró fit causa, exígitur matrumónio.

810

Act. IV. Scaen. 5 de trataticia fabulae distributione: contra quam novum hinc actum ordiendum putavimus SYRA ANCILLA . EVTICVS ADOLESCENS **BC** et, nisi quod Y, **F**. om. **Da**. SYRA EVTICVS **D^b**. Syra serua. Eutyclus adulescent **Z** 803. qm̄ me **B**. que me **Z**. quem me auctore Saraceno Camerarius 804. abisse **BCD** aibant *Guyetus*. aiebant libri demum **F** renunciat **Z**. renuncio etiam *Pii 'prisca exemplaria'* 805—817 huc transposui suasore *Bothio*: quae in libris post v. 829 collocata novam scaenam efficiunt actus IV. sextam, SYRA nomine *inscriptam* 805. duravi u••unt cum duarum litterarum *litura* **B**. dura uiuunt reliqui 806. iniquiores **DFZ** miserae sic collocatum non *Plautinum* 807. uir si *Bothius*. si uir libri 808. impune est **DFZ** 809. Vxor uirum *Pareus*. Vxor uiro **BCDZ**. om. **F** est libri 810. Vxor uiro fit **F** cassa '*felicissima emendatio venerandi senis Ludovici Dorleans in suis notis ad Tacitum*':

7*



Vt uéniat ad me iám senul tecum húc.

SYRA.

Eo.

LYSIMACHVS.

Nescís negoti quíd sit, uxor. Óbsecro:

Concéptis uerbis iám ius iurandúm dabo, 790

Me núnquam quicquam cúm illa — iamne abiit Syra?

Perii hércle. ecce autem haec ábiit. uae miseró mihi.

At té, uicine, dí dcaequé pérduint

Tuá cum amica cúmque amatió nibus.

Suspítionum impléuit me indigníssume: 795

Concúit hostem dómi mi uxorem acérrumam.

Ibo ád forum atque Démiphoni haec éloquar,

Me istánc capillo prótracturum esse ín uiam,

Nisi hínc abducit quó uolt ex hisce aédbus.

Vxór, heus uxor, quámquam tu iratá's mihi, 800

Iubeás, si sapias, haéc hinc intro auférric:

Eadém licebit móx cenare réctus.

788. ad me iam *om.* **F** me] te **CD** simul tecum *b*
Pylade duce Camerarius: nisi simitu tecum males. femul tecum libri, ut
quod simul Z. simulde tecum mirifico invento Bothius Sy. eo *om.*
 loco **B** 789. negotii **BCB**. negotii **FZ** 792. haec **C**
 ablt **Z** ue **C**. Vhe **F** 793. uicinae **B** dii **F** pe-
 duint *Pylades. perdunt B. perdunt C. perdiunt DFZ* 794. Tuas
Camerarius. Cum tua libri. Cum tua hac Pylades. cunque F
 795. Suspicionum *Dousa fil.* Suspitionibus **B**. Suspicione **CDPZ**
 indignissime **BFZ** 796. Sic **R**. Conciuit hostis domi uxor acerr-
 maft *libri, nisi quod azerrumast D*, acerrima e **Z**. *Quae interpretu-*
vulgo post hostes. Post quam vocem domi uxor est acerrima Camerari-
uxor est acerruma sine domi Guyetus, dum uxor est acerruma cum prae-
uersu constructa Bothius 797. adque **C** Demiphoni haec *Pylades:*
 haec demiphoni *libri, nisi quod hec B* 798. istac **B** protactura
B. pertracturum **Z** sese *Da* 799. uult **FZ** his caedib.
B 800. irata est *libri* 801. sapeaf **B** hinc intro **B**: int
 hinc *Pylades. intro libri* auferier **C**. auferier **FZ**

ACTVS V.

SYRA. EUTYCHVS.

SYRA.

Era quó me misit, ad patrem, non ést domi:

Rus ábisse aibant. núnc domum renúntio.

Ecástor lege dúra uiuont múlieres

805

Multóque iniquióre miseræ quám uiri.

Nam úr si scortum dúxit clam uxorém suam,

Id sí rescuiit úxor, inpunést uiro:

Vxor uirum si clám domo egressást foras,

Viró fit causa, exígitur matrumónio.

810

Act. IV. Scæn. 5 de tralaticia fabulae distributione: contra quam novum hinc actum ordiendum putavimus SYRA ANCILLA . EVTICVS ADOLESCENS **BC** et, nisi quod Y, **F**. om. **Da**. SYRA EVTICVS **D^b**. Syra serua. Eutychnf adulescent **Z** 803. qm me **B**. que me **Z**. quem me auctore Saraceno Camerarius 804. abisse **BCD** aibant Guyetus. aiebant libri demum **F** renunciat **Z**. renuncio etiam Pii 'prisca exemplaria' 805—817 huc transposui suasore Bothio: quae in libris post v. 829 collocata novam scaenam efficiunt actus IV. sextam, SYRA nomine inscriptam 805. duravi uount cum duarum litterarum litura **B**. dura uiuunt reliqui 806. iniquiores **DFZ** miserae sic collocatum non Plautinum 807. uir si Bothius. si uir libri 808. impune est **DFZ** 809. Vxor uirum Pareus. Vxor uiro **BCDZ**. om. **F** est libri 810. Vxor uiro fit **F** cassa 'felicissima emendatio venerandi senis Ludovici Dorleans in suis notis ad Tacitum':

7*



Vtinám lex esset éadem, quae uxórist, uiro.
 Nam uxór contentast, quae bonast, unó uiro:
 Qui uír minus una uxóre contentús siet?
 Ecástor faxim, si ítidem plectantúr uiri,
 [Si quis clam uxorem dúxerit scortúm suam,] 815
 Vt illae éxiguntur quae ín se culpam cómmerent,
 Plurés uiri sint údúi, quam nunc múlieres.

EVTYCHVS.

Deféssus sum urbem tótam peruenárier:
 Nihil ínuestigo quícquam de illa múliere.
 Sed máter rure rédiit: nam uideó Syram 820
 Astáre ante aedis. Sýra.

SYRA.

Quis est qui mé uocat?

EVTYCHVS.

Erus átque alumnus túus sum.

SYRA.

Salue, alúmne mi.

EVTYCHVS.

Iam máter rure rédiit? respondé mihi.

SYRA.

Sua quídem salute ac fámiliai máxuma.

Pareus matrumonio **C.** matrimonio **D.** matrimonio **BFZ**
 811. que **B** est *libri* uxori est uno uiro **B**, *omissis quae mediae sunt* uiro Nam bona est contenta est et bona est *libri*
 q' **C** 815 *iteratum esse e versu 807 vidit Osannus Anal. p. 204*
 816. illa **BCD** exigunt²tunt² **D** *ante lituram* que inculpam
 conuenirent **B** 817. sint uiri **Z** 818. Defessum urbem **B**.
 Defessus fu urbem **C** peruenariæ **C.** percunctariæ **Z**, *corr. iam a*
Scutario 819. inuestigio **C.** inuenisti **g** **B** 821. astare **D**
 aedif omnes me nominat **Z** 822. alumnū **C** mi *Pylades. om.*
libri 824. Sua quídem salute ac familiae *Camerarius: quando non licuit*
Latinis ut σὺν γε τύχη Graecis. Cum quídem salute a familia libri. Cum

EVTYCHVS.

Quid istúce negotist?

SYRA.

Túus pater bellíssumus

825

Amícam adduxit íntro in aedis.

EVTYCHVS.

Quó modo?

SYRA.

Aduéniens mater rúre eam offendít domi.

EVTYCHVS.

Pol haúd censebam istárum esse operarúm patrem.

Etiám nunc mulier íntust?

SYRA.

Etiam.

EVTYCHVS.

Séquere me.

q. salute familiai *Bothius*. Sua q. s. familiaeque *Guyetus* maxima **CF**

825. negotii st **B**. negotii est **CD**. negotii est **FZ** bellissimuf

Da, bellissimuf **Db**. bellissimuf **C**. bellissimuf **BFZ** 826. edif **B**

829. Et iam mulier nunc **B** intuf est libri *Subiciunt his*

vulgo scaenas illas a novicio homine factas, quas primum addidisse Plautum diu est cum monstravi Musei Rhen. a Welckero Naekioque editi t. IV p. 200 sqq. 'Non inepti imitatoris Plautini' Scaligero visas esse non possumus satis mirari

CHARINVS.

Lūen superumque inferumque salue. simul autēta uale. 830
 Hūnc hodie postremum extollo mēa domo patrā pedem.

Vous, fructus, uictus, cultus iam mihi harum aedium

Interemptust, interfectust, alienatust. occidi.

Di penates meum parentum, familiai Lar pater.

Vobis mando, meum parentum rem bene ut tutemini. 835

'Ego mihi alios deos penatis persequar, alium Larem,

'Aliam urbem, aliam ciuitatem: ab 'Atticis abhorreo.

Nam ubi mores deteriores increbrescunt in dies,

'Vbi, qui amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere.

'Vbique id eripiatur, animo tuo quod placeat maxime, 840

'Ibi quidem si regnum detur, non cupitast ciuitas.

Act. V. Scaen. 1. CHARINVS **BFL**. om. **Da**. CHARINVS
 ADOLESCENS **C** et, nisi quod ADOL, **D** 830. superumque **R**
 superum **DFL**. superam **BC**. superiorum *Lachmannus* uabe **C**.
 salue **B** 831. me a **FZ** 832. Usufructus 'sunt qui legant': *Pius*
 harum **FZ**, *Nonius p. 449* 833. interemptust **BDe**. interec-
 to **D**. interitust *Nonius* interfectust est *Nonius* 834. dii **FL**
 familiai *Bothius ante Goellerum in Trucul. p. 104 et Lachmannum in*
Lucr. p. 159. familias libri. familiaeque Camerarius 836: penatis omnes
 837. athicis **F** 838. ibi **F**. uiri **Z**, corr. a *Scutario*
 increbrescunt omnes iudex **C** 839. Vbi qui duce *Pio Palmerius,*
item Scioppius Susp. lect. II, 21. Vbique **BCDZ**. ibique **F** sint
Camerarius. sient **BCDF**. sient **Z** nequeas **C** 840. Vbique id
 eripiatur post *Scioppium Gruterus.* Vbi qui deripiatur **B**. Vbiquid eripiatur
CD. Vbi quid eripiatur **F** et, nisi quod errip., **Z** placet **Z**
 matume **C**. maxime **BZ** 841. cupitast **R**. est cupita **CDFZ**. est
 cupida **B**, defensum a *Salmasio* c-uital **Da**, quod utrum c-uital an
 cpital an c-uital an exital fuerit ante rasuram, non satis liquet. c-uital **D**

EVTYCHVS. CHARINVS.

EVTYCHVS.

Díuom atque hominum quæ spectatrix átque era eadem es
hóminibus,

Spém speratam quom óptulisti núnc mihi, tibi gratés ago.

Écquis nam deúst, qui mea nunc laétus laetitíá fuit?

Dómi id erat quod quaéribam. séx sodales répperi, 845

Vítam, amicitíam, uoluptátem, laétitiam, ludúm, iocum.

Ëorum inuentu rés simitu péssumas péssúm dedi:

*Act. V. Scaen. 2. EVTICVS CHARINVS B et addito ADV-
LE CENS C. om. Da. EVTICVS CARINVS Db. Eutycef Charinuf F.
Eutycef Charinuf Z 842. 843 et hic et supra post v. 598 exhibent
libri. Illo loco (quem additis circulis signamus) debebat Acidalius, hoc Bo-
thius 842. Diuom (Z). Diuom (D). Diuvm (C). Duvm C. Diuum*

*DF(F)Z. Diu B(B) adque C que (B) speratrix BCD
(BCD) erã (D) 843. speratam quom R. speratam quã CDFZ.
spera tamquã B. sperat aequom (B). sperata cum (C). speratam cum
(DFZ). speratam quoniam h. L. Camerarius optulisti pro obt. (B)*

*nunc mihi, tibi R. hunc mihi tibi (BCDFZ). hanc mihi sine
tibi BCDFZ 844. Eoquif C deust Pylades. deuf est
libri letuf letitia B. laetuf laetititia C fuit Camerarius, Bentlicius
in Adelp. V, 4, 1. fiat CDFZ. fiet B 845. Domi id R. Domi*

*libri, non suspectum Lachmanno in Lucr. p. 195 queritabam D. querit
ablam Ba, querit ab·i cum ras. Bb. quaeritabam: ibi Camerarius.
foris quaeritabam Acidalius 846. amititiam B. amicitiam FZ*

*uoluptatem R. ciuitatem libri. Nisi tamen aliud subest: quanquam nec sa-
lute nec quietem nec aequitatem nec hilaritatem placet. (Ipsum hoc hila-
ritatem post vidí cum ab Hermanno tum a Lachmanno ascriptum)*

*leticiam BF locum F 847. Eorum inuentu res simitu Bothius:
Eorum inuentu res decem simitu Camerarius. Eorum [an Forum?] inuen-
turuf simitu C. Forũ inuentũruf simitu D, sed sim,itu Db. Forum in-
uenturuf sim ita Z et, nisi quod sum, F. Forum inuentust sim tu B:
unde recentissima demum manu simitu factum. Eorum inuentu res decem*

Tram, inimicitiam, maerorem, lacrimas, exitium, inopiam,
 Pertinaciam, stultitiam, exilium, solitudinem.

* * * * *
 Date di quaeso conueniundi mi eius celerem copiam. 850

CHARINVS.

'Apparatus sum, ut uidetis. abicio superbiam:
 Egomet mihi comes, calor, equos, agaso sum, armiger:
 Egomet sum mihi imperator, idem egomet mi oboedio:
 Egomet mihi feró quod usust. ó Cupido, quantus es.
 Nam tu quemuis confidentem facile tuis factis facis, 855
 Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.

EVTYCHVS.

Cogito, quo nam ego illum curram quaeritatum.

une [una?] Guyetus pessimas **Z** pessum dedi **B** et aut sic aut
 pessumdedi **CD**. pessumdedi **FZ** 848. 849 sic constituendos putari
 Qui tales sunt in **CDFZ**:

Iram inimicitiam merorem lacrimas exilium inopiam solitudinem
 Stultitiam exitium pertinaciam:

(nisi quod inimicitiam **FZ** — merorem **Z** — lacrimas **C**, lacrimas
F, lacrymas **Z** — stulticiam **CF** — pertinaciam **C**): hi autem in **B**.

Iram inimititiam stultitiam exitium pertinaciam

Merorem lacrimas exilium inopiam solitudinem stultitiam exitium
 pertinaciam.

Quorum nominum tribus extremis omissis Camerarius effecit quod vulgare
 Post hos autem versus apertum est intercidisse, quibus ad Charini
 mentionem sermo traduceretur 850. conueniundi **F**. conueniundi **C**.

conueniendi **D**. conueniendi **BZ** 851. Cha. om. **Z** utut **B**
 abicio **FZ** 852. calor **B**. clauator **Z**, idque 'alibi legi' Pius
 dicit equus libri agaso sum **R**. agas **B**. agaso **CDF**. agasio **Z**

armier **B**. armier **C** 853. sumi **C** oboedio **CD**. oboedio **B**.

obedio **FZ** 854. uisus **DB** o Cupido Camerarius. occupido **B**.
 cupido **CDF**. cupidus **Z** cupido quantus es Nonius profert p. 42!

855. quauis **C** 856. diffidentem **C** 857. Evt. om. **Z**
 quoniam **F** ego **B**, Bentleyus in *Adelph. IV, 2, 30.* om. reliqui.
 Fullitur Kampmannus de reb. mil. p. 34 certa rest Acidalius. certarest

CHARINVS.

Cérta rest,

Me úsque quaerere íllam, quoquo ea hínc abductast géntium,
Néque mihi ulla opsístet amnis néc mons neque adeó mare
Néc calor nec frígus: metuo néque uentum neque grán-
dinem: 860

Ímbrem perpetiár, laborem súfferam, solém, sitim.
Nón concedam néque quiescam úsquam noctu néque dius
Príus profecto quam aut amicam aut mórtem inuestigávero.

EVTYCHVS.

Néscio quoia uóx ad auris mi áduolauit.

CHARINVS.

Ínuoco

Vós, Lares uiáles, ut me béne iuuetis.

EVTYCHVS.

Íúppiter, 865

Éstne illic Charínus?

B. certa ref est *reliqui* 858. Mensque **B.** Mensque **Z** querere
BC ea hinc abductast **R.** hinc abductast **BCD.** hinc abducta est
FZ. hinc est abducta *Bothius* 859. ulla mihi *Nonius p. 191*
opsístet **C.** obsístet **B.** obsístet **DFZ.** obstauit *Nonius* nec monf
BCDF, *Nonius.* neque monf **Z** neque adeo] atque adeo *Nonius*
860. Nec calor nec frígus **BCDa:** *quae cum metuo construebant*
Philargyrius in Verg. Georg. II, 344 neque frígus neque calor *exhibens,*
Nonius p. 200 neutri generis calor dicens et tamen neque frígus neque ca-
lorem *afferens secundum codices: item Gruterus et teste Rutgersio Var. lect.*
V, 17 Scaliger. Verum viderunt Mercerus, Pareus. Nec calorem nec frígus
D^oBFZ. Neque frígus neque aestum *Guyetus* 861. ímbem **D**
súfferam **D** 862. considam *Palmerius* quiescam' quam **D.** con-
quiescam usquam **Z** dius **Da^oFZ:** quod *servandum duxi. dnif C.*
dius **D^o.** uif **B.** interdius *Camerarius.* diu *Bothius* 864. *Hinc usque*
ad finem fabulae personarum notas plerasque omittunt CDa
cua nox. **B.** cufa uox *reliqui* aurif **B.** auref **CDF.** aurem **Z**
865. lares *hic om. Z,* *collocat post tutetif* uiales **BCDF,** *Nonius*
p. 476. dialef Z bene iuuetis *Camerarius.* bene iuuetif **B.** bene

CHARINVS.

Ciues, béne ualcte.

EVTYCHVS.

Ilico

Stá, Charine.

CHARINVS.

Quís me reuocat?

EVTYCHVS.

Spés, salus, uictória.

CHARINVS.

Quíd me uoltis?

EVTYCHVS.

'Ire tecum.

CHARINVS.

'Alium comitem quaérite.

Nón amittunt hís me comites quí tenent.

EVTYCHVS.

Qui súnť ei?

CHARINVS.

Cúra, miseria, aégritudo, lácrumac, lamentátio. 870

EVTYCHVS.

Répudia istos cómites atque hoc réspice et reuórtete.

tutetif **CDFZ**: *qualibus libris deceptus tutetif etiam Nonius* 866. ille
FZ *inter bene et ualete spatium C. bene ualete ciues Guyetus*
 heus, ilico *Bothius, non male* 867. quis **B.** qui *libri* 868. alium **C**
 querite, et ite *e corr., C* 869. admittunt **Z** his **B.** *his*
cum unius litterae rasura B. hi reliqui ii **F** 870. misera **C**
 lacrumae **D.** lachrymae **F.** lachrymae **Z.** lacrum uel **B.** lacrimae *cum*
 spatio **C** 871. hoc (*i. e. huc*) *libri. huc Lambinus* reuertere **C**

CHARINVS.

Siquidem mecum fabulari uis, subsequere.

EVTYCHVS.

Sta ilico.

Nam amicus [tibi beneuolenti] atuenio multum beneuolens.

CHARINVS.

Male facis, properantem qui me commorare: sol abit.

EVTYCHVS.

Si huc item properes ut istuc properas, facias rectius. 875

Huc secundus uentus nunc est: cape modo uorsoriam.

Hic fauoniis serenust, istic auster imbricus:

Hic facit tranquillitatem, iste omnis fluctus conciet.

Respice ad dextram, Charine: nonne ex aduerso uides

Nubis atrae ut imber instat? spice nunc ad sinistram: 880

Caelum ut est splendore plenum, uide sis, atque [innubilum].

872. *post ita spatium C* 873. *Huc revocavi, qui in libris post v. 887 collocatus est talis: Sta ilico. amicus at uenio multum bene uolef. Vbi Evt. ita ilico FZ, pro eisdem autem verbis studio C — aduenio FZ — beneuolens Z, beneuolens. CHA. quid est? Camerarius de suo. ita ilico errore iterata sunt e sine superioris versus. Pro tibi beneuolenti poteris alia, ut tibi opitulatum* 874. *Malificif Z commemorantem C ante ras.*

875. *properat D ut om. Z* 876. *Huc] Nunc Z. Hinc F ante cape spatium D, amplius etiam B* 877. *fauoniuf serenust istic B. serenuf fauoniuf est hic reliqui post auster spatium C*

imbricuf C 878. *omnif omnes conciet B* 879—881 *restitui ut potui. Quos corruptissimos vulgo sic B exhibet:*

Recipite ad terram charine huc. non me ex aduerso uidef?

Nubifater inberque instat. aspicias non ad sinistram atque detif

Celum ut splendore plenum ex aduerso uidef.

A B in his reliqui discrepant: 1. Respice DB. Respue F. Respice Z, 'nonnulli libri mss.' Lambini. Recipe te Camerarius tetram DB. dextram FZ. dexteram eidem illi Lambini non ne ex CDFZ aduerso CD 2. *Nubif ater inberque CD. Nubif atra Iberque FZ. Nubis ater imber ut Guyetus. Nubs ut atra atque imber fuit cum conicerem*

CHARIVS.

Religione et honesta religionem me esse

EVTYCHVS.

Sapis.

*O Charine, contra patrem sic gratum et osciter potes
Pinge brachium.*

CHARIVS.

En. prende iam tenes?

EVTYCHVS.

Teneo.

CHARIVS.

Tene.

EVTYCHVS.

Quo nunc ibas?

CHARIVS.

Exulatum.

aspice non at sinistra **C**. aspice ñ ad sinistra **D**. aspice autem
sinistram **Z**. aspice ad sinistram **F**. iam ad sinistram respice *Gugeta* in
sinistrorsum aspice *olim conieceram* atque ut detif **CD**. atque ut
FZ. atque uide sis *Scloppius Susp. lect. III, II.* atque uidebis *Both-*
olmurlos procedens valde inconditos 3. Cælum **CZ**. Coelum **D**

splendore est **CDFZ** ex aduerso (aduerso **C**) uidet huc *illapsus*
e. 878 exitum versus expulerunt, cuius pars, nisi fallor, seruata est in ju-
proximi superioris atque ut detif. *Quibus verbis neglectis olim cogitatum*
de tali versu: Caelum ut est splendore plenum, rursus ex auorso uide-
ubi auorso Bothius praeterat. Ceterum duos versus Acidalius hos edidit.
Recipe te retro, Charine, huc: non ex aduerso uides? Nubis atra imbrisque
instat: coelum hic plenum splendoris est 882. **CHA. Saracenus. om. FI**

Religionem **C**. Religionem **FZ** mi obiectisti **R**. illic obiect **B**.
illi obiect *reliquit, nisi quod obicit Z*. obiect illic *Bothius, pro quo eadem*
illuc *mi obiect debebat* illuc. **EVT.** sapis *Saracenus.* illuc. sapis **Z**. et
illuc sapis **F**. 883. garine **BC** 884. Porge **R**. Porrige libri
brachium **B**. brachium *reliquit* **CHA.** en prende. iam tenes? **EVT.**
teneo. **CHA.** tene **R**. prende. iam tenes? **CHA.** teneo. **EVT.** tene libri, *et*
quod pende B. Vbi praehende Pylades 885. **EVT. R. om. libri**

EVTYCHVS.

Quíd ibi faceres?

CHARINVS.

Quóð miser. 885

EVTYCHVS.

Né paue: restítuam iam ego te in gáudia antiqua ócius:
Máxime quod ús audire, it aúdiēs.

CHARINVS.

Quid ego aúdiam?

EVTYCHVS.

Túam amicam

CHARINVS.

Quíd eam?

EVTYCHVS.

Vbi sit, égo scio.

CHARINVS.

Tunc óbsecro?

EVTYCHVS.

Sánam et saluam.

Quod **BaC** quid ibi **B.** qui tibi **CD.** quid tibi **FZ** faceres
Lachmannus. facerhif **CD.** facere uif **BFZ.** facere is *Gruterus*
quot **B.** quid **Z** miser **B.** miserst **C.** miserst **D.** miser est **FZ**
886. iam] tibi iam **D** gaudia antiqua ocus **R:** nisi quid aliud
latet. gaudiantq' ut sis **CD.** gaudiantq' ut sis **B.** gaudium utique ut sis
FZ, cum maxime *iungentes.* gaudia, antequam is. **CHA.** eo *Camerarius.*
g. antiqua ut sies *Pareus.* Cf. *Mus. Rhén. nov. VII p. 579* 887. Maxime
quod **B.** maxime (*in sine versus cum ut sis iunctum*) Quod **CD.** maxime.
CHA. Quod **F** et, nisi quod maxime et Quid, **Z** it **C.** id **DFZ.** om.
B audies *Camerarius.* audif libri **CHA.** quid ego audiam **R.** quod
gaudeaf libri *EVTYCHO* continuantes *Sequitur in libris, quem post v. 872*
inseruimus 888. **EVT.** Tuam amicam *Camerarius* (*post CHA.* quid est?
a se addita). tuam amicam cum beneuole(n)s *iungentes libri* quidem
eam **F** ubi sit] *fort.* ubi ea sit tunc obsecro **B.** tu me atumne
obsecro **CD.** tu meam tunc obsecro **F.** tun. eam tunc obsecro **Z.** tun'
autem, obsecro *Bothius* 889. quo ego **B.** ego **CDFZ.** Valde sus-

CHARINVS.

Quid tibi istuc est?

EVTYCHVS.

Quid tibi istuc est?

CHARINVS.

Ergo de ea?

EVTYCHVS.

Pater tuus animum tuum tranquillum?

CHARINVS.

Quid si autem animus fluctat?

EVTYCHVS.

Ego tui locum in tranquillo et tuto sistam: ne time.

CHARINVS.

Obsecro te, eloquere [propere, ea] ubi sit, ubi eam uideris.
Quid taces? dic: enicas me miserum tua reticentia.

EVTYCHVS.

Non longe hinc abest a nobis.

CHARINVS.

Quin commostras, si uides?

pectum illud quo mauelim **FZ**. mauetim **CD**. malim **B**
 890. tranquilla **B**. tranquillã **CD** si autem animus *Bothius*. sint er-
 timos **B**. sistantimuf **C**. sint animus **D**. si animus **FZ** fluctat:
BCD 891. tibi istunc *Acidalius*. istum libri in tranquillo et
 tuto sistam *Camerarius*. intranquietu ofistam **B**. in transquieto tuto sistam
 reliquit 892. eloquere propere, ea ubi **B**. loquere ubi libri. loquere nunc
 ubi *Camerarius* uederis **C** h. e. fortasse uederis 893. dic] dr.
 cur **F** reticentia **Z**. recentia reliquit 894. abesta. nobis cum du-
 rum triumue litterarum rasura **B**. abst a nobis **C**. abest sine a nobis *Co-*
merarius quin commonstras si uides *Guyeto duce Bothius*. quin ergo
 commonstras si tu uidet **Z** et, nisi quod commostras, **F**. quin ergo com-
